

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





LE CONSULTE

DELLA

REPUBBLICA FIORENTINA

DALL' ANNO MCCLXXX AL MCCXCVIII

PER LA PRIMA VOLTA PUBBLICATE

DA

ALESSANDRO GHERARDI

ARCHIVISTA DEL R. ARCHIVIO DI STATO DI FIRENZE
SOCIO ORDINARIO DELLA R. DEPUTAZIONE TOSCANA DI STORIA PATRIA
ACCADEMICO RESIDENTE DELLA CRUSCA

DUE VOLUMI

CON DUE FACSIMILI IN FOTOTIPIA E DUE INDICI

Vol. II



IN FIRENZE
G. C. SANSONI, EDITORE

1898

LE CONSULTE
DELLA
REPUBBLICA FIORENTINA

LE CONSULTE
DELLA
REPUBBLICA FIORENTINA

UNIV. OF
CALIFORNIA

DALL' ANNO MCCLXXX AL MCCXCVIII

PER LA PRIMA VOLTA PUBBLICATE

DA

ALESSANDRO GHERARDI

ARCHIVISTA DEL R. ARCHIVIO DI STATO DI FIRENZE
SOCIO ORDINARIO DELLA R. DEPUTAZIONE TOSCANA DI STORIA PATRIA

VOL. II ED ULTIMO

CON UN FACSIMILE IN FOTOTIPIA



IN FIRENZE
G. C. SANSONI, EDITORE

1898

FDG737
A15A4
v. 5

TO VNU
ABSOLUO

PROPRIETÀ LETTERARIA

Firenze — Tip. G. Carnesecchi e Figli.

III.

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Codice legato in pergamena, con due spranghe di cuoio; cm. 31-32 × 22-24. Cartaceo, di carte 149, modernamente numerate, e 23 delle quali sono bianche. Si compone di sei Quaderni, e di dieci pezzi di carta di varie grandezze, già sciolti dentro i Quaderni stessi, e ora fermati ne' loro luoghi e progressivamente numerati con le altre carte.

1290, 3 gennaio — 1292, 1 gennaio.

Quaderno I, cm. 31 × 23. Carte 1-31. Le carte o pezzi di carta 3, 6, 8 hanno rispettivamente queste dimensioni: 12 × 10, 19 × 10, 10 × 22.

1290, 4 gennaio — 1291, 11 dicembre.

Sancti Spiritus nobis adsit gratia amen.

In Dei nomine amen. Anno sue salutifere Incarnationis Millesimo cc lxxxx, Inditione iij.
Tempore regiminis d. Guillielmi de Putaliis de Parma civitatis et Comunis Florentie potestatis, et domini Beccadini de Artinixiis de Bononia defensoris et capitanei civitatis eiusdem.

Die iij^o mensis ianuarii.

¹In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quid et quomodo videtur et placet dicto presenti Consilio providere super facto Griffi et Addatti de Cantoribus, fideiussorum emptorum Gabelle camangiarium et fructuum, et vini quod venditur in comitatu; qui, tamquam clerici, impetraverunt litteras apostolicas ad Episcopum Pistoriensem, qui fecit quemdam Iudicem subdelegatum: scilicet, quomodo exactio fieri possit contra eos et eorum bona, sicut melius fieri poterit: lectis litteris impetratis et missis per Iudicem subdelegatum. Presentibus testibus d. Iohanne iudice et assessore Capitanei et Leone Poggi preconere. Nerinus de Teczonibus consuluit, quod d. Capitaneus et Priores provideant, per se vel

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B."

alios, super predictis, quecumque viderint convenire et ad defensionem Comunis pertinere; et valeat quicquid fecerint.

Neri Attiliantis consuluit idem; et quod ambaxiatores et omnia fiant pro defensione Comunis.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predictorum Sapientum.

Die viii^j mensis ianuarii. Alibi notatum est in quaterno bambacis.

In Consilio speciali domini Defensoris proposuit d. Iohannes de Bellionibus, iudex et assessor d. Capitanei, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod Comunibus Montisvarchi et¹ Fighini, pro sex mensibus venturis, initiatis in kallendis ianuarii preteriti, secundum formam petitionum super hoc porrectarum, concedantur Potestates; et quomodo fieri debeat electio ipsarum Potestatum: servata forma statutorum.

Presentibus testibus ser Baldo de Montespertoli notario Priorum et Leone Poggi precone, et aliis.

Placuit omnibus, quod Potestates concedantur dictis Comunibus, secundum propositionem. Item, quod electio fiat ad brevia; ita quod qui habuerit breve eligat quem voluerit.

Ghighus Paradisi elegit d. Goczium de Maneris in potestatem Montisvarchi, et Vanni Hugolini Benivieni elegit d. Marsoppinum olim d. Stoldi Iacoppi in potestatem Fighini.²

Die xv^o mensis ianuarii.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum^{cim} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod exactores presentis libre, qui fuerunt duobus mensibus preteritis, adhuc esse debeant in dicto officio; vel quod alii, et quot et quomodo eligantur.

Item, quomodo eligantur sex nuntii Iudicis bladi.

Presentibus testibus d. Giampetro milite Capitanei et Leone Poggi precone.

In reformatione cuius Consilii, preaudito consilio in predictis exhibito, placuit quasi omnibus in dicto Consilio residentibus, quod duo exactores et duo notarii pro comitatu eligantur per Consiliarios huius Consilii: exactores et notarii civitatis, qui fuerunt in dicto officio, remaneant adhuc, usque ad unum mensem.

Item, quod nuntii eligantur per sextus.

[c. 1^a] Die xvii^j mensis ianuarii.

³ In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infra-scripta.

Presentibus testibus d. Iohanne de Bellionibus iudice et assessore Capitanei et Braccino Bratii precone, et aliis.

¹ A questo punto, sopra, tra rigo e rigo, sono le sigle "a. n.", cioè "alibi notatum".

² Questo paragrafo è aggiunto dopo dal notaro, in tre mezze righe, tra il precedente Consiglio e quello che segue; e di fronte ha le solite sigle "a. n.".

³ Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B.".

Primo, si videtur Consilio quod ser Consiliatus Detaiuve, notarius, subrogatus et positus per ser Baldum de Montespertoli notarium Priorum, qui est infirmus, ad officium notarii Priorum, possit dictum officium facere, donec dictus ser Baldus liberatus erit; et valeat quicquid fecerit: vel quid aliud in hiis providendum sit.

Item, quomodo et per quos debeant fieri ordinamenta, que fieri debent secundum formam ordinamentorum Gabelle, super venditione vini ad minutum vendendi.

Item, quomodo eligantur xvij pensatores farine.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit, super facto notarii predicti, secundum propositionem. Item, quod per Capitaneum, Priores et Sapientes, quos et quot Priores habere voluerint, fiant¹ dicta ordinamenta vini; et postea legantur in simili Consilio, et per ipsum Consilium aprobentur. Item, quod dicti pensatores fiant per presens Consilium.

Factis partitis per Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die †²

Die xxv^o mensis ianuarii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium, congregato in domo Priorum, proposuit d. Dogius de Burgo, propositus Priorum, voluntate sociorum suorum: Quomodo fieri debeat electio novi Capitanei, eligendi pro anno futuro, initiando in kallendis maii proxime preteritis: lectis statutis de hoc loquentibus.

Presentibus testibus †

* Cenni Alberti consuluit, quod electio fiat per Priores et per illos Sapientes quos et quot Priores eligere voluerint; et valeat talis electio ac si facta esset per totum presens Consilium, dummodo servetur forma statutorum: et non eligatur qui sit de Marchia Trivixina vel a civitate Cremona citra. *

D. Gerardus de Vicedominis consuluit, quod quilibet sextus eligat duos, et postea de hiis fiat scriptinium; et qui plures voces habuerit sit primus, at alter secundus et alter tertius et alter iij.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod quilibet sextus eligat duos nobiles viros qui non sint in divieto; et postea fiat scriptinium de predictis, et qui plures voces habuerit sit Capitaneus.

Manectus Tiniocci consuluit, quod quilibet sextus eligat unum, dummodo non sit³ ultra Cremonam.⁴

Cenni Alberti consuluit secundum quod supra dixit.

[c. 2^r] D. Guidoctus de Canigianis consuluit, quod per illos de quolibet sextu eligantur duo sufficientes de maioribus et melioribus maiorum⁵ civitatis; et postea fiat scriptinium, et ille qui plures voces habuerit sit primus.

¹ Il testo ha "faciant", come se innanzi avesse, invece di "per Capitaneum" ec., *Capitaneus* ec.

² Segue uno spazio bianco di sei o sette righe.

³ Qui si omette "de Ma", principio, come pare, di *de Marchia*, cancellato, e "a. c.", principio di *a civitate*, pur cancellato.

⁴ Ripetuto; e la prima volta cancellato, perchè male scritto,

⁵ Così il testo.

Neri Attiliantis consuluit, quod Priores eligant duos Sapientes quos voluerint, qui faciant electionem predictam.

Corsus d. Alberti consuluit, quod per illos de quolibet sextu eligantur duo per sextum ex illis qui sint de isto Consilio, per quos fiat electio cum Prioribus.

D. Loctheringhus de Montespertoli consuluit, quod per Priores eligantur duo vel tres per sextum, qui non sint de isto Consilio; per quos fiat electio de ^{or}iiij: et si omnes renunciarent dicte electioni, fiat per presens vel futurum officium Priorum, cum dictis Sapientibus.

Massarius Raffacani consuluit, quod Priores nominent sex, et Consilarii et Capitulum cuiuslibet sextus unum; et postea fiat scriptinium.

Placuit quasi omnibus, quod nullum devetum fiat, nisi illud devetum quod fit per statutum.

Item placuit quasi omnibus secundum dictum Bandini.

Die penultimo mensis ianuarii.

In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Iohannes iudex Capitanei: Quomodo Sex de blado eligi debeant, et ^{or}vj nuntii eorum.

Nerinus de Teczonibus consuluit, quod Priores eligant duos per sextum, qui faciant electionem predictam; et valeat.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Presentibus testibus d. Giampetro milite Capitanei et Leone Poggi precone.

Die ultimo mensis ianuarii.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Iohannes iudex et assessor d. Capitanei, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, super facto Gabelle.

Item, super petitione illorum qui condemnati fuerunt occasione staterarum, de prorogando usque ad decem annos.

Item, super obmissis de presenti mense ianuarii, in futurum mensem februarii proxime venturum *prorogandis*.

Item, super condemnando in libris centum florenorum parvorum deferentes vel deferi facientes granum vel bladum extra comitatum Florentie; et si condemnationem non solveret, infra tertium diem postquam pervenerit in fortia Comunis, amputetur ei pes: et amictant granum et bladum et bestias et res, que veniant ad Comune.

Item, super aprobando ordinamenta edita pro Comuni contra inpetrantes licteras etc. Presentibus testibus domino Petro iudice Gabelle et Leone Poggii precone d. Capitanei, et aliis.

Dominus Guidoctus de Canigianis consuluit secundum propositiones predictas, absolutis statutis.

Dominus Maffeus Tedaldi consuluit †

* Neri *

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

Facto partito per predictum Iudicem super predictis supra propositis, ad pissides et balloctas, placuit lxx^a secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vij^{tem}.

[c. 2^a] Die iovis primo februarii.

¹ In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit dominus Iohannes iudex domini Capitanei omnia que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: salvo de facto divieti.

Presentibus testibus domino Petro iudice Gabelle et Braccino Braccii precone d. Capitanei, et aliis.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Lotheringus de Montespertoli consuluit secundum dictum dicti Manecti: salvo ordinamento quod loquitur quod offendi possit ille qui haberet de pecunia Communis etc.

Facto partito per predictum Iudicem particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lv^a secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vij^{tem}.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum Iudicem.

Ghinus Davanczi consuluit secundum propositiones predictas.

* Factis partitis *, ² placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die viii^o mensis februarii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus, omnia infrascripta.

Primo videlicet, super eo quod solutio facta domino Amalrico, per Camerarios Communis, de quantitate duorum millium florenorum auri, potuerit fieri de pecunia exacta ex gabellis, que deposita erat pro solutione debiti Partis.

Item, super petitione Sex de blado.

Item, super petitione Superstitum carcerum Aretinorum.

Item, super petitione Paccini Peruzzi et aliorum trium, super solutione pensionis domorum in quibus carcerati Aretinorum steterunt.

Item, super expensis librarum quadraginta duarum florenorum parvorum, solvendarum notariis qui exemplaverunt duo nova Statuta Communis.

Presentibus testibus domino Iohanne iudice domini Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

Braccinus del Maccha consuluit secundum propositiones predictas.

Bonaccursus Villanuzi consuluit †

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo come al successivo Consiglio: "per B."

² * Facto partito *.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, placuit l^x secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xv^{cin}.

Die x^o mensis februarii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de xxv^o libris expendendis notariis qui scripserunt pacta inita inter Comune Florentie et d. Amalricum¹ de Narbona.

Item, super petitione Aprovatorum magnatum.

[c. 4^r.] Item, super petitione Taglie, de conestabilia Bulgaruccii de Sartiano, super emendatione unius sui equi mortui, in quantitate xxij florenorum auri.

Item, super petitione magistri Becti, pro pensione cuiusdam sue domus.

Item, super stantiamento facto per preteritos Priores super salario officialium electorum ad consignandum equos cavallatarum.

Item, super salario officialium veterorum² super consignatione equorum cavallatarum, ad rationem librarum quatuor florenorum parvorum pro quolibet eorum, et ad rationem soldorum quadraginta, pro heredibus Lippi de Medicis.

Item, de pensione domorum Iohannis pupilli filii quondam Giachoti de Malaspinis, in quibus moratur dominus Capitaneus, pro duobus annis complendis in kallendis maii proxime venturi, ad rationem librarum l^x pro anno quolibet.

Dominus Maffeus Tedaldi consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod salarium dictorum Approbatorum sit pro tempore quo servierunt et servient, secundum quod solitum est eis solvi pro Comuni Florentie.

Placuit lxviii^{cin} secundum propositionem factam super expensis xxv^o librarum; nolentes fuerunt viii^{cin}.

Item, super salario Approbatorum, placuit lxxij^o secundum dictum dicti d. Maffei; nolentes fuerunt vj^o.

Item, super aliis omnibus propositionibus, placuit lxv^o secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xii^{cin}.

Presentibus testibus domino Iohanne iudice d. Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

Eodem die et testibus.

³In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposuit dominus Iohannes iudex et assessor *dicti* domini Capitanei, presentibus et volentibus dominis Prioribus, omnia infrascripta.

Primo videlicet, super emendatione unius equi *mortui* d. Paczini de Paczis, in quantitate xl^o florenorum auri.

Neri Attigliantis consuluit secundum propositionem predictam.

Factis partitis particulariter per predictum Iudicem, primo ad sedendum et levandum

¹ Il testo: " Amalrici ".

² Così il testo; e anche appresso, altre volte.

³ Nel margine interno, di fronte a questo Consiglio e a quello che segue: " per B. ".

et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvj secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xj.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali proposita fuerunt predicta, que in dicto Consilio speciali firmata fuerunt.

Item, si videtur Consilio dare licenciam et bailiam officio dominorum Priorum super cavallatis diminuendis et providendis, secundum quod viderint convenire.

Item, si videtur dicto Consilio quod officiales eligantur, et quot et per quos et quomodo, ad videndum et faciendum rationem Sex de blado, qui fuerunt de mensibus decembris et ianuarii proxime preteritis.

Item, cui vel quibus videtur dicto Consilio quod ser Cappia Gualfredi notarius det et restituat libras iiiij lxiiij florenorum parvorum, exactas ab hominibus Vallis Ambre, secundum stantiam factum de mense octobris per dominos Priores.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones. Item, quod dicta quantitas detur domino Marignano de Bondelmontibus. Item, quod rationerii eligantur per sex bonos viros, unum per sextum, eligendos per Priores.

Factis partitis particulariter, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Manecti.

[c. 3] Firmatum fuit, quod officium d. Priorum Artium possit cavallatas, pro anno presenti impositas pro Comuni Florentie, diminuere, et ad competentem numerum reducere; et in hiis ac aliis circa ipsas cavallatas providere et facere, secundum quod officio d. Priorum Artium videbitur convenire: ita quod quicquid in predictis provide- rint et fecerint valeat et teneat ac si factum fuisset per totum Consilium antedictum.

[c. 4^t] Die x^o mensis februarii.

¹ Placuit Prioribus et Capitudinibus, congregatis in domo Capitanei, quod duo per sextum per Priores eligantur, ad providendum super exactione gabelle instrumentorum guarantee, et etiam super exactione gabelle pannorum, et aliarum rerum contentarum in capitulo de hoc loquente; et quomodo exigi debeant redditus gabellarum non venditarum: et quicquid per eos factum fuerit valeat et observetur.

Die xij mensis februarii.

² In Consilio speciali et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Iohannes iudex Capitanei, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, petitionem Sex de blado.

Item, ea que deliberata fuerunt in Consilio Centum virorum super solutione duorum milium florenorum auri, solutorum per Camerarios d. Amalrico.

Item, solutionem x^l duarum librarum florenorum parvorum, pro exemplatura duorum Statutorum.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Nel margine esterno, di fronte a questo ed al Consiglio che segue: "per A."

Presentibus testibus ser Baldo de Montespertoli notario Priorum et Leone Poggii preconone domini Capitanei, et aliis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter per predictum Iudicem, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit ^{l^{viij}} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{xiij} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum Iudicem et assessorem domini Capitanei.

Puccius Bellondi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die xiij^o mensis februarii.

¹In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{xiij} maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quomodo et per quos electio notarii et nuntiorum Priorum futurorum fieri debeat.

Presentibus ser Baldo de Montespertoli notario Priorum et Leone Poggi preconone d. Capitanei.

Lapus Raynuccini consuluit, quod Capitudines eligant ^{iiiiij} vel sex notarii, et fiat scrupinium; et qui plures voces habuerit in toto presenti Consilio sit notarius. Et quilibet sextus eligat unum nuntium.

Lapus Gualterocti consuluit, quod Priores futuri eligant unum per sextum, qui eligant notarium et nuntios Priorum; et valeat ipsorum electio.

Placuit quasi omnibus super predictis, secundum dictum predicti Lapi Gualterocti.

[c. 5^r] Die xvij^o mensis februarii. Alibi notatum est in quodam folio bambacis.

²In Consilio speciali et generali d. Defensoris et Capitudinum ^{xiij} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, provisiones factas per quosdam sapientes viros super reddito domorum et terrarum que vendentur, et super dotibus et augmentis dotium.

Item, super eligendis officialibus super exactione gabellarum, secundum provisionem Sapientum, habitorum vel habendorum, ad providendum super facto gabellarum; et quomodo et per quos eligantur dicti officiales.

Item, super eo quod officiales exactores presentis libre, soldorum centum pro centenario, durent in dicto officio usque ad kallendas martii proxime venturi.

Item, in eodem Consilio, dominus Capitaneus et Priores ordinaverunt terminum, ad sol-

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Di fronte, nel margine interno: "per A."

vendum libram soldorum centum pro centenario, usque ad kallendas martii proxime venturi; et quod ab inde in antea exigatur dupla.

Presentibus testibus domino Iohanne iudice dicti d. Capitanei et Leone Poggii eius preconone, et aliis.

Bandinus de Falchoneriis surexit et arengando consuluit, super dictis provisionibus gabellarum, secundum propositiones predictas. Item, quod Priores eligant duos bonos viros per sextum, qui eligant dictos officiales necessarios super facto gabellarum exigendarum. Item, quod predicti exactores et notarii possint facere officium exactionis secundum propositiones.¹

Manectus Tinioczi surexit et arengando consuluit idem: hoc addito,² quod notarii civitatis et comitatus teneantur et debeant facere quoddam memoriale seu inventarium per se, de predictis venditionibus, donationibus, permutationibus, dotibus et augmentis dotium. Item, quod officiales predicti eligantur per predictos duodecim bonos viros comuniter, vel per duas³ partes eorum, et non dividantur inter eos per sextus.

Ser Stephanus Rustichelli consuluit, quod notariis comitatus denuntiantibus predicta provideatur secundum provisionem Priorum. Item, quod credatur iuramento notariorum de denuntiatione facta.⁴

Neri Attigliantis surexit et arengando consuluit secundum dictum Bandini.

Ser Gianni Siminecti surexit et arengando consuluit secundum dictum dicti ser Stephani.

Nerinus de Ticzonibus surexit et arengando consuluit †

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis per predictum dominum Capitaneum, ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum provisiones gabellarum: hoc addito,⁵ quod aliquod instrumentum predictorum non possit fieri per aliquem notarium forensem, qui non stet et respondeat Comuni Florentie, ad penam librarum centum pro quolibet contraente.

Item, quod notarii, qui fecerint talia instrumenta, de eis faciant inventarium seu memoriale, secundum dictum dicti Manecti.

Item, quod officiales gabelle eligantur secundum dictum Manecti predicti.

Item, quod exactores et eorum notarii possint facere et fecisse dictum officium secundum propositionem.

Die xx mensis februarii.

⁶In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis in campana nuper facta, secundum provisionem Priorum.

Item, super solutione facienda xxv peditibus commorantibus ad custodiam Montis Cucheri Vallis Ere, pro duobus mensibus, initiatis quando finivit tempus pro quo alias fuit eis satisfactum.

¹ Il testo ha "propositionum".

² Il testo ha "a licto".

³ Il testo: "duos".

⁴ Il testo: "facte".

⁵ Il testo: "adito"; e così appresso, altre volte.

⁶ Di fronte, nel margine interno: "per B.".

Item, super eo quod solutiones facte, et de cetero usque ad kallendas maii fiende, per Camerarios, possint et potuerint fieri de pecunia libre presentis, et de quacumque alia pecunia Communis, non obstante aliqua [c. 5^{ta}] obligatione facta Parti Guelforum, vel quod per aliqua Consilia ipsa pecunia sit deputata ad certas solutiones faciendas: dummodo ipsas solutiones fecerint secundum ordinamenta canoniczata seu secundum reformationes solempnium Consiliorum, factas vel fiendas. Salvo quod in futuris solutionibus, pecunia, que de cetero exigetur ex gabellis venditis vel vendendis, non convertatur nisi solummodo in solutione debiti Partis Guelforum.

Presentibus testibus domino Iohanne iudice dicti domini Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

Dominus Maffeus Tedaldi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per predictum dominum Capitaneum ad pissides et balloctas super predictis supra propositis, placuit lv secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xv.

Die xxij^o mensis februarii.

In Consilio Centum virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, ea que per Sapientes provisiva sunt super exactione librarum, facienda a populis civitatis, pro supplemento defectorum ipsorum populorum; et quod in bonis vendendis per syndicos Communis nullum regressum ulterius habeat Comune, aliqua occasione, pro preteritis vel futuris negociis.

Item, super eo quod a possessoribus aliorum bonorum exigatur solum libra sive prestantia, sine duplo vel pena; et quod id quod pro duplo exactum est restituatur.

Item, super conducendo comitem Manentem ad stipendia Communis, pro duobus futuris mensibus, initiandis in kallendis martii, cum l^{ra} militibus, computata persona sua; ad soldum xxv florenorum auri pro persona sua, banderia et trumbeta, et x^{cm} florenorum auri pro militibus, per mensem.

Item, super xxv libris expendendis, ad provisionem Priorum, in conducendo et emendo res necessarias pro fornimento castri Pontis Here; et in scripturis faciendis pro questione quam Comune Florentie habet cum Griffio et Adato de Cantoribus, coram Episcopo Pistoriensi et Iudice subdelegato in dicta questione.

Presentibus testibus domino Iohanne iudice Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Iacobus Giambolarius consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lxij secundum propositiones; nolentes fuerunt xv.

Die eodem et testibus.

In Consilio Centum virorum proposuit d. Capitaneus de aliis xxv libris expendendis in predictis, et etiam in aliis opportunis, secundum provisionem Priorum; assignando causam in provisione Priorum.

Dominus Iacobus Giambolarius consuluit secundum propositionem.

Placuit lxxviii secundum propositionem, nolentes fuerunt viij.

[c. 6] Die xxij^o mensis februarii.

Proponi debet in Consilio speciali domini Defensoris et Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium omnia infrascripta, in Consilio C virorum deliberata.

Primo, factum xxv^o peditum de Montecucheri, scilicet de ipsorum solutione, pro duobus mensibus, ad rationem librarum iij^o, per mensem, pro quolibet.

Item, quod solutiones facte et fiende per Camerarios presentes et futuros, usque ad kalendas maii, potuerint et possint fieri, non obstantibus obligationibus: salvis gabellis * pro futuris *¹ solutionibus.

Item, provisiones Sapientum facte super exactione et circa exactionem librarum facienda a populis et possessoribus.²

Item, de conducendo comitem Manentem de Sartiano ad stipendia Comunis, pro duobus mensibus, secundum quod provisum fuit per Consilium C virorum heri factum.

[c. 5⁴] Die xxij^o mensis februarii.

³In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, factum xxv^o peditum de Monte Chucheri.

Item, factum solutionum factarum et fiendarum per Camerarios presentes et futuros, usque ad kalendas maii.

Item, de conducendo comitem Manentem de Sartiano ad stipendia Comunis Florentie, pro duobus mensibus.

Item, provisiones Sapientum super facto librarum solvendarum per populos et possessores bonorum non solventium libras.

Presentibus testibus domino Iohanne de Bellionibus iudice dicti domini Capitanei et Bracino Braecii eius preconis, et aliis.

[c. 7²] Manectus Tinioczi surexit et arengando consuluit secundum propositiones: Hoc addito, quod si venditio bonorum non solventium libras fiat sindico vel sindicis populorum, fiat secundum provisionem Sapientum: set si fieret speciali persone, satisfacet ille talis coram domino Capitaneo de non restituendo bona, que emerit, illi vel illis quorum fuerint; et si contra facerent, solvant libras Comunis Florentie pro predictis. Factis partitis per Capitaneum super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

⁴In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum.

¹ * pro preteritis *.

² Segue "alii", forse principio di *aliis*, cancellato.

³ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

⁴ Di fronte, nel margine interno: "per B."

Item, quomodo et per quos eligantur officiales dogane salis.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod domini Priores eligant duos bonos viros per sextum, qui coram domino Capitaneo eligant dictos officiales: habito iuramento ab ipsis electoribus; et sint due partes eorum in concordia de electione dictorum officialium.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Rogerii.

Die *ultimo*¹ mensis februarii.

² In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, super conductione Stephani de Bibiena, cum quantitate xxviii militum, ad solita stipendia et pacta, pro duobus mensibus iniciandis in kalleudis martii proxime venturi.

Item, super prorogatione obmissorum per Capitaneum suamque familiam et Priores Artium, de presenti mense februarii, in futurum mensem martii.

Item, super solutione facienda Castellano et peditibus castri Laterini, pro duobus mensibus iniciandis in kallendis martii proxime venturi.

Item, super solutione facienda domino Daldo de la Tosa et domino Bancho Castellani, consiliariis domini Amalrici, per unum mensem, ad rationem soldorum ^l florenorum parvorum per diem quamlibet: qui mensis initietur die qua ipsi Consilarii iverint extra civitatem Florentie cum dicto domino Amalrico; quod probare debeant coram Camerariis.

Item, super solutione facienda Rimbotino Burnecti Becchi olim castellano castri de Tasso, et quatuor suis peditibus, pro uno mense et xxiii diebus complendis in kallendis martii proxime venturi; ad rationem soldorum centum florenorum parvorum pro ipso Rimbotino et librarum trium pro quolibet dictorum peditum, per mensem et ad rationem mensis.

Presentibus testibus domino Iohanne de Bellionibus iudice d. Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

Dominus Guido de Canigianis surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per predictum dominum Capitaneum super predictis supra propositis, ad pissides et balloctas, placuit lij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxv.

[c. 7^o] Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta, hodie firmata in Consilio Centum virorum.

Item, super emendatione equi Tallie, de masnada Bulgaruccii comitis de Sartiano.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter per predictum dominum Capitaneum super predictis supra

¹ * xxviiij *.

² Di fronte, nel margine interno: "per A."

propositis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liiij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii Potestatis, sex nuntii Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris condempnationum, tres nuntii Iudicis appellationum et Sindici, tres nuntii Castaldorum, et duo Approbatores in curia domini Capitanei.

Bindus Neri Ambroxii consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod predicti officiales eligantur per sextus.

Neri Atigliantis consuluit, quod dicti officiales eligantur per duos per sextum, eligendos per Priores.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item, quod dicti officiales eligantur per sextus, secundum dictum predicti Bindi.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali et Capitudinum et aliorum Sapientum proposita fuerunt infrascripta: silicet de parlamento suspendendo.

Ser Rogerius Ugonis Albiczi consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti ser Rogerii, facto partito per dominum Capitaneum.

Die iovis primo mensis martii.

Die secundo mensis martii.

¹In Consilio Centum virorum proposita fuerunt infrascripta per dominum Capitaneum, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Primo videlicet, super quantitate librarum ^{tarum} ccc quadraginta duarum florenorum parvorum, solvendarum domino Guidoni de Polenta, ut se favorabiliter exhibeat in favorem Comunis Florentie, super facto grani et bladi quod conducitur de partibus Romandiole ad civitatem Florentie; faciendo prius, ipse vel eius procurator, finem Comuni Florentie pro se et tota familia quam habuit in regimine potestarie civitatis Florentie.

Item, super mutuacione iij florenorum auri de pecunia dicti Comunis, per Camerarios dicti Comunis facienda domino Ingherame de Biserno, usque ad terminum a² dominis Prioribus Artium ordinandum: et hoc, cum dicatur quod hoc sit utile pro Comuni.

Item, si videtur utile quod castra Montis Luchi de la Bernardinga et Caposelvolis et Pietre Sancte custodiantur pro Comuni et expensis Comunis, et cum quot Castellanis et peditibus: et cum quo salario ipsi Castelani et pedites ad dictam custodiam stare

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Il testo ha "ad".

debeant: narato et lecto numero Castellanorum et peditum qui anno preterito steterunt ad custodiam predictam.

Presentibus testibus domino Iohanne de Bellionibus iudice dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Tieri Burbassi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas; et quod per Priores provideatur super facto dictorum Castellanorum et peditum, et eorum salario, secundum quod eisdem videbitur convenire.

Facto partito per predictum dominum Capitaneum super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, placuit xxxvj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxxv.

[c. 9^r] Die tertio mensis martii.

¹ In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt ea que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Item, petitio Paccini Peruczi et aliorum debentium recipere pensionem, pro burellis carceratorum Aretinorum.

Item, petitio Superstitum dictorum Aretinorum, silicet de satisfatione eisdem facienda in quantitate librarum quinquaginta.

Item, duo stantiamenta facta per Priores super salario officialium novorum et veterorum, qui consignaverunt equos cavallatarum; secundum quod predicta alias firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Presentibus testibus domino Iohanne de Bellionibus iudice dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Dominus Gherardus de Vicedominis surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis, per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum, et postmodum ad secretum scriptinium cum pissidibus et balloctis, placuit liiij^{or} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt novem.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Puccius Bellondi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum super predictis supra propositis, placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Puccii.

Die xij mensis martii.

² In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Iohannes assessor Capitanei: Quomodo

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B.", corretto "A." in "B"; e così nel successivo Consiglio.

² Di fronte, c. s.: "per B."

eligantur duo exactores librarum detentarum, et duo notarii cum eis, et eorum nuntii; et quot nuntii esse debeant.

Placuit quasi omnibus, quod fiant per sextum predicti officiales; et nuntii sint duo. Presentibus testibus Braccino Bracii, et Durante nuntio Capitanei.

Die xiiij mensis martii.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, * negotium condempnationis d. Bonaccursi de Dagomariis de Prato cassande *.

Item, super expensis librarum ^{la} i, seu usque in quantitatem predictam, in reparatione trium apothecarum Communis Florentie, existentium super Ponte Veteri.

Item, de emendatione unius equi Citadini de masnada comitis Manentis de Sartiano, in quantitate xxxv florenorum auri, secundum consilium domini Maffei Tedaldi.

Item, super stantiamento facto per Priores, super eo quod *inquillini*² commorantes in domibus et apothecis Communis, iuxta plateam Pontis Rubacontis, possint retinere velas etc.

Item, super stantiamento facto per Priores presentes, super eo quod candele de sepo ubique possint fieri.

Item, super solutione facienda domino Anarico, pro complemento sue solutionis et suorum militum, mensium ianuarii february martii et aprilis, in quantitate librarum clx^{la} sex et soldorum ^{orum} ij et denariorum ^{ca} vj florenorum parvorum: dummodo sibi retineatur gabella pro predictis solutionibus sibi factis etc.

Item, super salario sex officialium electorum ^{cim} ad inquirendum de facto molendinorum, pro quindecim diebus, ad rationem soldorum xv florenorum parvorum per diem, pro quolibet. Presentibus testibus domino Iohanne iudice dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

[c. 9^{la}] Dominus Guidoctus de Canigianis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas per predictum dominum Capitaneum, placuit lxij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xviiiij.

Die xiiiij mensis martii.

³In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus *Iohannes iudex d. Capitanei*⁴, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Presentibus testibus ser Lupo Cinghiecti notario Priorum et Leone Poggi precone domini Capitanei, et aliis.

Manectus Tinioczi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Stephanus Rustichelli consuluit secundum propositiones predictas: salvo super provisione facta super candelis de sepo.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per A."

² *inquilline*.

³ Di fronte, nel margine esterno: "per A."; e così al Consiglio successivo.

⁴ *Capitaneus*.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis per predictum Iudicem, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xxviiij^o super facto sepi; nolentes fuerunt xxxviiiij^o.

Item placuit *omnibus numero* lxiiiij, super aliis omnibus propositionibus, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dictum Iudicem dicti d. Capitanei: excepto de facto sepi. Item, quomodo et per quos eligi debeant decem et octo pensatores, et sex nuntii Iudicis bladi.

Chiarescia de le Bandelle consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti officiales eligantur per sextus.

Factis partitis particulariter per predictum Iudicem, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

[c. 8^r.] Summa pecunie quam solverunt Camerarii domino Almericho, pro suo et eius militum salario et paga iiiij^o mensium, initiatorum die kalendarum ianuarii proxime preterito, est hec. Floreni auri v^o cclij et soldi vj et denarii viij florenorum parvorum. Qui floreni valent, in summa florenorum parvorum, libre viiiij^o dccc iiiij^o et denarii xvj. Est hic de gabella libre clxiiij et soldi viij florenorum parvorum.

Item ascendit gabella centum lxiiij librarum, libras ij et soldos xiiij et denarios vj florenorum parvorum.

Summa in totum gabella, libre clxvj et soldi ij et denarii vj.

[c. 8^v.] Nobili viro d. A. de Narbona, capitaneo militum tallie Societatis Tuscie, vel suo legitimo procuratori, pro se ipso et ducentis militibus et equitatoribus suis, pro integra solutione et complemento salarii et soldi ipsius d. A., et militum et equitatorum predictorum, mensium ianuarii et februarii proxime preteritorum, et martii presentis et aprilis venturi, quod, secundum formam pactorum initorum inter Comune Florentie et alia Comunia Societatis ex una parte et dictum d. Amalricum ex altera, pro se et dictis suis militibus et equitatoribus, habere et recipere debet a Comuni Florentie, pro parte contingente dicto Comuni Florentie, de salario et stipendio predictis, visis et examinatis ipsis pactis per Sapientes iuris, libras centum sexaginta sex soldos ij et denarios sex florenorum parvorum: dummodo de solutione dicte quantitatis, et de aliis omnibus solutionibus, eidem d. Amalrico vel suo procuratori pro Comuni Florentie factis vel fiendis, pro quatuor mensibus iamdictis †

[c. 9^v.] Die xviiiij^o mensis martii. Alibi notatum est in quadam cedula et in quaterno Camere.

¹ In Consilio C virorum proposuit d. Beccadinus capitaneus: Si videtur Consilio utile fore pro Comuni predicto teneri Consilia opportuna super facto exercitus fiendi contra

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."; e così al Consiglio che segue.

ad hunc modum primo dicitur quod in scripturis non
est expressum quod dominus sit dominus et dominus sit dominus

et
et

et

et

et in scripturis non est expressum quod dominus sit dominus
et dominus sit dominus et dominus sit dominus

et in scripturis non est expressum quod dominus sit dominus
et dominus sit dominus et dominus sit dominus

et in scripturis non est expressum quod dominus sit dominus
et dominus sit dominus et dominus sit dominus
et dominus sit dominus et dominus sit dominus
et dominus sit dominus et dominus sit dominus

Pisanos, termino et tempore; et de quantitate militum et peditum ordinata in parlamento, quod nunc fit apud Empoli; et super bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus presentibus et futuris; una cum Sapientibus quos et quot habere voluerint, providendi de divisione militum et peditum; et de omnibus et super omnibus opportunis ad ipsum exercitum faciendum, pro parte contingente Comuni Florentie: et de providendo quis esse debeat Capitaneus et dux gentis iture in dictum exercitum pro Comuni Florentie; et de bailia iurisdictione et officio concedendo ipsi Duci et capitaneo; et super ordinamentis propterea faciendis: et etiam super expensis ordinandis et firmandis et fieri faciendis, de pecunia Comunis Florentie, in predictis et circa predicta, sine aliqua solempnitate Consiliorum; et super sindico constituendo ad predicta. Item, super conducendo Bulgaruccium de Sartiano cum ^{or}xxiiij militibus, pro duobus mensibus, initiandis¹ die xx presentis mensis martii, ad stipendia et pacta solita; quorum paga videtur esse in summa ^{or}iiiij ^{or}lxxvij florenorum auri.

Presentibus testibus d. Iohanne assessore Capitanei et Leone Poggi preconem d. Capitanei, et aliis.

D. Guido de Canigianis consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit xlij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xxvij.

Die xx mensis martii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{or}xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, ea que die xviii presentis mensis martii *firmata fuerunt*, secundum quod supra scriptum est.

Item, ea que super restitutione facienda ser Cambio Aczi notario, de libris xvj et soldis ^{or}xiiij, firmata fuerunt die x mensis decembris.

Presentibus testibus d. Iohanne iudice Capitanei et Leone Poggi preconem d. Capitanei.

Manectus Tinoczi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ^{or}xlvij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt ^{or}xj.

[c. 10^r.] Die ^{or}xx mensis martii.

Presentibus testibus suprascriptis.

²In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Defensor omnia predicta.

Chiaressus consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die xxiiij mensis martii.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{or}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quid sit providendum et respondendum ambaxiatoribus Comunis Reate, super hiis que in presenti Consilio ipsi ambaxiatores dixerunt super facto Giani de Monsiris; quem dixerunt se absentasse cum certa quantitate pecunie quorundam civium de Reate: audita responsione eisdem ambaxiatoribus facta per dominum Capitaneum in presenti Consilio.

¹ Qui è un "in k", principio di *in kalendis*, cancellato.

² Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B".

Item, quomodo eligi debeant Sex de blado, et sex nuntii eorum.

Dominus Locteringhus de Montespertoli consuluit, quod stetur responsioni facte per dominum Capitaneum: et si videbitur Prioribus aliud respondendum et faciendum, faciant, secundum quod eisdem videbitur. Item, quod electio predictorum officialium fiat per presens Consilium.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod Priores eligant duos bonos viros per sextum, qui eligant dictos officiales.

Placuit quasi omnibus, super facto dictorum ambaxiatorum, secundum dictum dicti d. Loctheringhi.

Item placuit quasi omnibus, super electione predictorum officialium, secundum dictum dicti Bandini.

Presentibus testibus domino Iohanne de Bellionibus iudice dicti d. Capitanei, et Leone Poggi eius preconone, et aliis.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quadam cedula.

¹In Consilio speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur pro Comuni infrascriptis terris; et quomodo eligi debeant.²

Dominus Guidoctus de Canigianis consuluit, quod Potestates concedantur dictis terris, et quod vadant ad scrupinium.

Dominus Loctheringus de Montespertoli consuluit, quod dicte Potestates concedantur ad brevia.

Manectus Tinioczi consuluit, quod electiones de Empoli et de Avena concedantur ad scrupinium; alie vero quatuor fiant ad brevia.

Placuit quasi omnibus, quod predicte Potestarie concedantur; item, quod fiant ad brevia.

In Millesimo c̄c lxxxj, Indictione iiiij, die xxv mensis martii.

³Die xxvj mensis martii, quamplures propositiones et reformationes facte fuerunt, notate in quodam folio, que ponende sunt in quaterno.

[c. 10⁴] Die ultimo mensis martii. Alibi notatum est in quodam folio bambacis, et in quaterno Camere.

⁴In Consilio Centum virorum proposuit dominus Iohannes iudex et assessor domini Capitanei omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus.

Primo videlicet, petitionem canevaniorum salis.

⁵Item, negotium tecti Pallatii Communis.

Item, petitio Cecchi de Manellis.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per A."

² Segue uno spazio bianco di quattro o cinque righe.

³ Di fronte, nel margine interno: "per B."

⁴ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai due successivi Consigli: "per A."

⁵ Innanzi a questo paragrafo sono le solite sigle "a. n.", cioè "alibi notatum".

- ¹ Item, provisio Priorum, facta super lastrichando Pontem Robacontis, secundum provisionem Priorum; non obstante statuto in hoc contradicente.
- Item, provisionem Priorum super platea Pontis Rubacontis lastricanda; et super expensis in hoc faciendis usque in quantitatem librarum quinquaginta florenorum parvorum, ad presens.
- Item, super obmissis per dominum Capitaneum de presenti mense martii, *prorogandis* in futurum mensem aprilis.
- * Item, solutionem Pieri filii Beni magistri Camere, ad rationem librarum trium florenorum parvorum per mensem, pro uno anno incepto in kallendis martii *
- ² Item, solutionem Fini conversi Omnium Sanctorum, in quantitate librarum duodecim florenorum parvorum, pro uno anno incepto in dictis kallendis martii, pro pastura leonis.
- Item, de xxv libris expendendis in construendo locum in quo leopardus morari debeat. Presentibus testibus ser Domenico de Bononia notario dicti d. Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.
- Ser Guido de Lucho surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas. Facto partito super predictis supra propositis per predictum dominum Iohannem, ad pissides et balloctas, placuit xxxvij^{tem} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxxiiij^{tem}.

Die secundo mensis aprilis.

- In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium civitatis Florentie proposuit dominus * Iohannes iudex dicti d. Capitanei *,³ presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia que die ultimo mensis martii firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: salvo⁴ de xxv libris expendendis in construendo locum in quo leopardus morari debeat.
- Presentibus testibus * ser Domenico de Bononia notario *⁵ dicti d. Capitanei et * Braccino Braccii *⁶ eius precone, et aliis.
- Bandinus de Falchoneriis surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.
- Factis partitis particulariter super predictis per predictum Iudicem, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit l secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

- In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum Iudicem, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

¹ Innanzi, le sigle come sopra.

² Innanzi a questo e al successivo paragrafo, le sigle c. s.

³ * Capitaneus *.

⁴ Si omette "de solutione Pieri filii Beni magistri Camere", cancellato.

⁵ * domino Iohanne de Bellionibus iudice *.

⁶ * Leone Poggi *.

Benci Amati surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.
Facto partito, placuit quasi omnibus in dicto Consilio residentibus.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali proposuit dominus Iohannes: Quomodo electio Castaldorum fieri debeat.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod dicta electio ¹

[c. 11^r] Die v̄ mensis aprelis.

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus, infrascripta.

Primo videlicet, de libris xxv̄ expendendis in salario sex officialium transmitendorum per comitatum Florentie, ad scribendum redditus mollendinorum comitatus, ad provisionem dominorum Priorum: dummodo solutio alicuius ipsorum officialium non excedat quantitatem soldorum xv̄ per diem.

Item, solutionem d. Amalrici et suorum militum et equitatorum et notarii sui, pro mensibus maii et iunii venturis: que videtur esse mm̄ vij̄ xxxv̄ florenorum auri et librarum lxxx̄ vj̄, soldorum xiiij̄ et denariorum iiij̄.

Item, provisionem faciendam pro Comuni Bindo de Lucca, pro pretio leopardi, in quantitate librarum ī florenorum parvorum.

Item, emendationem equi Simonis Iacobi de Sancto Miniato del Tedesco, de masnada Manentis comitis de Sartiano, in quantitate xx̄ florenorum auri.

Item, salarium et solutionem domini Odaldi de la Tosa et d. Banchi Chastellani, olim pro Comuni Florentie consiliariorum domini Amalrici capitanei tallie: videlicet, dicto domino Odaldo pro xxv̄ diebus, inceptis die octavo martii, et dicto domino Bancho pro xxiiij̄ diebus, inceptis die decimo mensis martii; ad rationem soldorum quinquaginta florenorum parvorum per diem, pro quolibet eorum.

Presentibus testibus ser Lapo Cinghiecti notario Priorum et Leone Poggi precone domini Capitanei, et aliis.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per predictum dominum Capitaneum, ad pissides et balloctas, placuit lxvij̄ secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vij̄.

Eodem die et testibus.

³In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus de xxv̄ libris expendendis, pro complemento salarii dictorum officialium iturorum ad circandum molendina comitatus, et in aliis expensis utilibus et necessariis pro Comuni; ad provisionem et secundum provisionem dominorum Priorum.

¹ Segue uno spazio bianco per altri quattro o cinque versi.

² Di fronte, nel margine interno: "per A."

³ Di fronte, c. s.: "per B."

Facto partito per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxx^a secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt iiij.
Ser Rogerius Ughonis Albiczi consuluit secundum propositionem predictam.

Eodem die.

¹In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia que hodie firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: excepto de predictis xxv^o libris expendendis in salario sex officialium predictorum.

Item, ea que die x^o mensis februarii deliberata fuerunt in Consilio Centum virorum, super solutione pensionis domus Iohannis olim Giaccoti de Malaspinis; in qua moratur dominus Capitaneus.

Presentibus testibus ser Domenico de Bononia notario domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Salimbene Dietisalvi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas: salvo de facto leopardi, quod consuluit quod nichil fiat.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lx^a, super facto leopardi, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt iiij.

Item, super aliis omnibus, placuit lxij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

[c. 11^o] Eodem die et testibus.

²In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et speciali domini Defensoris.

Ser Uguccione Ruggerocti consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die x^o mensis aprilis.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, petitionem Sex de blado.

Item, Locto Iannis populi Abbatie Fesulane, qui exemplavit unum Statutum Comunis, in quantitate librarum xxj florenorum parvorum.

Item, negotium ser Rustichelli, in quantitate librarum l florenorum parvorum.

Item, de solutione sex peditum iturorum ad custodiam castrum Laterini, usque ad kalendas iulii proxime venturi, ad rationem duorum florenorum auri pro quolibet eorum

¹ Di fronte, c. s.: "per A."

² Nel margine esterno, di fronte a questo e agli altri Consigli: "per A."

per mensem et ad rationem mensis; et inicietur eorum terminus die qua iter arriperint, ad eundum ad custodiam predictam.

Presentibus testibus domino Iohanne de Bellionibus iudice dicti d. Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Bindus Neri Ambrogii surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas. Facto partito per predictum dominum Capitaneum ad pissides et balloctas super predictis supra propositis, placuit lxviii^m secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj^o.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt omnia suprascripta per dominum Capitaneum, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Neri Atillantantis surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvj^o secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt suprascripta per dominum Capitaneum, presentibus Prioribus.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Rogerii.

Die xj^o mensis aprelis. Alibi notatum est in quaterno bambacis et in quaterno Camere.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus dominis Prioribus: Si videtur dicto Consilio quod, de quantitate librarum centum, que possunt expendi de presenti mense aprelis, expendantur usque in quantitatem librarum xxv florenorum parvorum in domuncula que fit pro Comuni, pro mansione leopardi.

Item, si videtur dicto Consilio utile fore quod, usque in quantitatem centum peditum, mitantur, cum uno Capitaneo, si videbitur Prioribus, ad custodiam castrum Laterini; ibidem moraturorum usque ad kallendas iulii proxime venturi, vel pro minori termino si videbitur Prioribus; cum soldo et salario duorum florenorum auri pro quolibet eorum per mensem et ad rationem mensis: quorum terminus inicietur die qua iter arriperint ad eundum ad custodiam predictam.

¹ Item, super negotio Nerini de Ticzonibus, secundum quod provisum [c. 12^o] est per Priores, super pluribus articulis in dicta provisione contentis.

Item, super petitione nuntiorum Potestatis, Capitanei et Priorum.

Item, super petitione Officialium salis veterorum.

¹ Innanzi a questo "Item", e al successivo, sono le solite sigle "a. n."

Item, super petitione campanariorum d. Capitanei.

Item, super eo quod dominus Capitaneus, et dominus Petrus Ungarelli iudex exactor condemnationum librarum prestantiarum et fationum Comunis Florentie, et dominus Petrus de Crescentiis iudex Camere et Gabelle, et eorum notarii, possint eorum officium et omnia spectantia ad ipsa officia, in ultimis quindecim diebus presentis mensis aprilis, silicet usque ad kallendas maii proxime venturi, facere et exercere sicut possunt et poterunt, usque ad dictos quindecim dies.

Presentibus testibus domino Iohanne de Bellionibus iudice dicti d. Capitanei * et * ser Domenico de Bononia notario dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius preconone, et aliis.

Ser Arrighus Gratie surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas. Dominus Bardus Angiollerii iudex surexit et arengando consuluit, quod non est utile teneri Consilium super facto centum peditum mictendorum ad custodiam Laterini. In aliis omnibus, consuluit secundum dictum ser Arrighi.

Dominus Neri de la Gataia iudex surexit et arengando consuluit secundum dictum suprascripti ser Arrighi.

Factis partitis particulariter super predictis per predictum dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit super facto Laterini, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt †

Item, super * aliis * omnibus, placuit lxvij^{tem} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj^{xx}.

Die xij^o mensis aprilis

¹In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus, omnia suprascripta que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: salvo de xxv libris expendendis in domucula leopardi. Presentibus testibus domino² Iohanne de Bellionibus iudice dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius preconone, et aliis.

Manectus Tinioczi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis, per predictum dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lv secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt suprascripta.

Item, super facto depositorum comitatus sextus Porte Sancti Petri.

Item, negotium illorum de Lambertis et illorum de Tosinghis.

Ser Gianni Siminecti notarius surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per A."

² Si omette "Guil", principio, come pare, di *Guilielmo*, cancellato.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum per predictum dominum Capitaneum, placuit quasi omnibus in dicto Consilio residentibus secundum dictum scripti ser Gianni.

[c. 12⁴] Die xiiij^o mensis aprilis.

¹In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum proposuit d. Capitaneus: Quomodo electio notarii et nuntiorum dominorum futurorum Priorum fieri debeat; servata forma statutorum et ordinamentorum.

Presentibus testibus d. Iohanne assessore Potestatis et Leone Poggi.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod Priores novi eligant unum bonum virum per sextum vel plures, per quos dicta electio fiat; et valeat, et ex nunc firmum sit, quod per eos factum fuerit.²

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xviii^o mensis aprilis.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, super pecunia in Comuni habenda, pro facto exercitus fiendi contra Pisanos intrinsecos, et pro expensis opportunis in hiis que ordinata sunt vel ordinabuntur circa dictum exercitum faciendum, in quantitate que videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus, cum illis Sapientibus quos habere voluerint: non obstantibus reformationibus loquentibus de libra vel prestantia non imponenda, ad extimum novum vel vetus.

Presentibus testibus domino Iohanne de Bellionibus iudice dicti d. Capitanei et Braccino Braccii eius preconis, et aliis.

Dominus Bardus Angiollerii iudex surexit et arengando consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus,³ cum Sapientibus et sine Sapientibus, sicut eisdem videbitur.

Facto partito per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lviij^o secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xv.^{tem}

Eodem die.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum^o xij^o maiorum Artium proposita fuerunt ea que hodie⁴ firmata fuerunt in Consilio Centum virorum per dominum Capitaneum; presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Presentibus testibus domino Petro de Ungharellis iudice d. Capitanei et Braccino Braccii eius preconis, et aliis.

Dominus Guidoctus de Caniscianis iudex surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam.

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai successivi Consigli: "per B. "

² Il testo ha "fuit", per mancanza del segno d'abbreviatura.

³ Il testo, certamente per error di penna, ha "Priorum".

⁴ Il notaro scrisse "odie"; e si corregge per la ragione espressa nel primo volume, a pag. 421 nota 2.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xxxviii^{em} secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xviiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Bandinus de Falconeriis surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam. Item, quod dicta pecunia habeatur per libram, exigendam ad extimum novum.

Puccius Bellondi surexit et arengando consuluit idem.

Duccius Risalliti surexit et arengando consuluit idem.

Chiarescia de le Bandelle surexit et arengando consuluit, quod in predictis procedatur in nomine Domini.

Neri Attiliantis surexit et arengando consuluit secundum dictum suprascripti Bandini.

Lapus domini Raynuccini surexit et arengando consuluit, quod modus dicte pecunie habende remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus: dummodo quilibet solvat in illo loco ubi moratur.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis per predictum dominum Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Item, super modo dicte pecunie habende, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Bandini.

[c. 13^r.] Die xxiiiij^o mensis aprelis:

¹In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quomodo et per quos eligantur xij^{cim} exactores presentis libre nuper ordinate, et xij^{cim} notarii cum eis.

Item, quomodo eligatur unus bonus vir in sextu Porte Domus ad Officium bladi, loco Aglionis de Alleis, qui erat electus in dicto sextu ad dictum officium, et postea electus fuit in officio Prioratus; ita quod de necessitate ipsum oportuit dictum primum officium renunciare.

D. Guidoctus de Canigianis consuluit, quod omnes predicti exactores et notarii eligantur per presens Consilium, scilicet per sextus. Illi de sextu Porte Domus eligant unum bonum virum ad Officium bladi.

Nerinus de Teczonibus consuluit, de electione predicti Officialis bladi, secundum dictum predicti Sapientis. Exactores vero et notarii eligantur per duos per sextum, per Priores eligendos.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Guidocti, super electione predicti Sex de blado.²

Item, idem placuit de electione predictorum exactorum et notariorum, secundum dictum predicti domini Guidocti.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."; e così al seguente Consiglio.

² Cioè del predetto ufficiale che doveva compire il numero dei Sei del biado.

Presentibus testibus d. Iohanne assessore Capitanei et ser Guidone *Caccapretis*¹ notario Capitanei.

Die xxvij^o aprilis. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Primo videlicet, de facto cavallatarum reimponendarum illis quibus imposite fuerunt alias, pro anno presenti incepto in kallendis mensis decembris proxime preteritis; et de solutione eisdem facienda pro tempore preterito et futuro.

Item, de augendo gentem que ire debet in exercitu nuper fiendo contra Pisanos, in quantitate que videbitur Potestati, Capitaneo, Prioribus et Sapientibus, tam de civibus, comitatinis et forensibus, equitibus et peditibus, et ballistariis; et super expensis propterea necessariis ordinandis et firmandis, prout et secundum quod videbitur d. Potestati, Capitaneo, Prioribus et Sapientibus ad hoc habendis, sine solemnitate alterius Consilii.

Item, super eo quod Camerarii Comunis, presentes seu futuri, possint et teneantur facere, usque ad kallendas augusti proxime venturas, omnes expensas necessarias pro dicto Comuni, secundum formam ordinamentorum canonicorum seu reformationum solemnium Consiliorum, editarum vel edendarum, de quacumque pecunia dicti Comunis: non obstante aliqua obligatione facta Parti Guelforum, de redditibus gabellarum et aliis redditibus Comunis.

Item, super solutione Castellani et lxxxiiij peditum Laterini, pro duobus mensibus incipiendis in kallendis maii proximis, ad solitam rationem, vel circa dictas kallendas.

Item, super solutione facienda xxv peditibus commorantibus pro Comuni ad custodiam Montis Cuccheri Vallis Ere, pro duobus mensibus inceptis quando finivit solutio que eis ultimo facta fuit.

Item, super oblatione facienda de xxv^o carceratis masculis et feminis, secundum formam statutorum; et super cancellationibus faciendis, per notarios Camere, de condemnationibus et bamnis, pro quibus et de quibus liberati oblatis et relaxati fuerint.

²Item, de xv^o libris expendendis in domucula leopardi, ultra quantitates alias expensas. Dinus Pecora surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Donatus notarius surexit et arengando consuluit [†]

Facto partito ad pissides et balloctas per predictum dominum Capitaneum, placuit lvj^o secundum propositiones predictas: nolentes fuerunt xvj^o.

Presentibus testibus d. Iohanne assessore d. Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

[c. 13^o] Eodem die et testibus.

³In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus *Capitaneus*⁴ omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: salvo de xv^o libris expendendis in domucula leopardi.

¹ * Meczabatis *.

² Di fronte, nel margine interno, le solite sigle "a. n."

³ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

⁴ * Iohannes iudex et assessor domini Capitanei *.

Manectus Tinioczi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas. Factis partitis particulariter per predictum dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvj^{cm} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt viiiij^{cm}.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cm} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum.

Item, quomodo et per quos eligi et cerni debeant dicti xxv carcerati, sic obferendi et relaxandi.

Chiarescia de le Bandelle surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti xxv carcerati cernantur per duos fratres Minores et per duos fratres Predicadores.

Iohannes Rossi de le Bocte surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti xxv carcerati cernantur per duos fratres Minores et per duos fratres Predicadores et per duos fratres Eremitanos, et per tres bonos viros de presenti Consilio eligendos per Priores.

Ser Lopus de Sexto notarius consuluit secundum propositiones. Item, quod modus eligendi dictos carceratos remaneat et sit in Consilio d. Potestatis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones. Item, quod Guardianus fratrum ¹

Factis partitis particulariter per d. Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item, super relaxatione dictorum carceratorum, placuit idem.

Item, super modo oblationis, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Lapi.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cm} maiorum Artium et aliorum Sapientum proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio de parlamento suspendendo; salvo, si eis videretur, possint eum facere.

Dominus Guidoctus de Canigianis iudex consuluit, quod suspendatur, secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti d. Guidocti.

Die ij^o maii.

²In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cm} maiorum Artium proposita fuerunt infrascripta per dominum Ildebrandinum de Meczabatibus, capitaneum; presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Primo videlicet, de electione duorum bannitorum domini Capitanei: videlicet, quomodo et per quos videtur et placet dicto Consilio quod dicta electio fieri debeat.

¹ Seguono due righe bianche.

² Di fronte, nel margine esterno: "per B."

Item, quomodo et per quos eligi debeant quatuor avvocati.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii domini Capitanei; item, sex nuntii domini Potestatis.

Presentibus testibus Leone Poggi et Braccino Bracci preconibus dicti d. Capitanei.

Borgus Rinaldi surexit et arengando consuluit, quod dicti officiales eligantur per quatuor bonos viros per sextum, eligendos per dominum Capitaneum et per dominos Priores. [c. 14^r.] Philippus Iacobi consuluit, quod predicti officiales eligantur per presens Consilium, secundum quod consuetum est.

Ser Cenni de Vicchio notarius consuluit, quod dicti bannitores eligantur per Consilium speciale; alii vero omnes eligantur per totum presens Consilium.

Ser Donosdeus Dati notarius consuluit, quod predicti officiales eligantur per presens Consilium; dummodo prius terminetur, sorte, in quibus sextibus eligi debeant dicti avvocati et bannitores.

Facto partito per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Donosdei.

Die v̄ mensis maii.

¹In Consilio generali *d. Defensoris*² proposuit d. Aldobrandinus capitaneus: Quid videtur Consilio providere super facto fornellorum, in quibus aurum funditur et fundi debet; ne moneta aurea defectum patiatur: lecto statuto de hoc loquente.

Item, quid et quomodo videtur Consilio providere super capitulo loquente de sex fornacibus faciendis pro Comuni; et de precio mactonum et calcinarum: lecto capitulo predicto.

Item, quomodo et per quos eligantur xviiij pensatores, iiij nuntii Iudicis exactionum librarum et condemnationum, tres nuntii Iudicis appellationum, et tres nuntii Gastaldorum.

Presentibus testibus d. Antonio de Flabianis indice Capitanei et ser Niccolao domini Thomei de Padua notario Capitanei, et Dino Gallerie preconere.

Lapus Rinucini consuluit, quod proposita super fornellis auri remaneant in Capitaneo et Prioribus. Item, quod proposita super fornacibus et precio mactonum et planellarum suspendantur et prorogentur, donec videbitur Prioribus Artium presentibus vel futuris. Item, quod electio dictorum officialium fiat per presens Consilium; terminato prius in quibus sextibus fieri debeat.

Placuit quasi omnibus secundum *dictum predicti Sapientis*.³

Die viij mai. Alibi notatum in quaterno Camere et in quaterno bambacis.

In Consilio Centum virorum proposita fuerunt infrascripta per dominum Capitaneum, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

⁴Primo videlicet: Si videtur dicto Consilio quod libre xxv solvantur per Camerarios infrascriptis notariis, videlicet: ser Lapo Bonamichi notario libras xv, pro exempla-

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e al seguente Consiglio: "per B".

² *Comunis*.

³ *propositionem*.

⁴ Precedono le solite sigle "a. n."

tura unius novi Statuti d. Capitanei, et correctura duorum statutorum; et ser. Symoni Boncristiani notario libras ^{ccm}x, pro exemplatura unius novi Statuti d. Capitanei.

¹Item, si videtur utile esse pro Comuni teneri Consilia super bailia danda *domino* Potestati et eius Vicario, Capitaneo, Prioribus Artium, et Sapientibus quos et quot habere voluerint, super cavalcatis andatis et tractis faciendis ad² quascumque partes, quacumque de causa; usque ad medium mensem iunii proximi, de militibus et stipendiariis ac peditibus civitatis et comitatus Florentie ac forensibus; ac expensis ordinandis propterea et firmandis.

Item, super feriis indicendis, usque ad kallendas iulii proxime venturas, in civilibus questionibus; secundum quod in quadam cedula notatum est.

Item, super conducendo ad stipendia Comunis comitem Manientem de Sartiano et Stephanum de Bibiena, cum solita quantitate militum et solitis stipendiis et pactis, pro duobus mensibus iniciatis in kallendis maii proxime preteritis.

[c. 14¹] Item, super conducendo Bulgaruccium modo predicto, pro duobus mensibus iniciatis die xx presentis mensis maii.

Item, super emendatione equi Michalaczi filii Anselmi de Castello, de masnada Bulgaruccii de Sartiano, in quantitate decem et octo florenorum auri.

Item, super emendatione equi Cioli filii Raynaldi de Urbeveteri, de masnada Bulgaruccii de Sartiano, in quantitate sedecim florenorum auri.

Item, de electione Iudicis bladi, et de expensis propterea opportunis; et super absolutione statutorum.

Presentibus testibus ser Benincasa de Altomena notario Priorum et Dino de Gallera precone d. Capitanei, et aliis.

Dinus Pecora surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Neri de la Gataia iudex surexit et arengando consuluit idem.

Facto partito per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas super predictis supra propositis, placuit lxv secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt viiiij.

Eodem die.

³In Consilio speciali et Capitudinum ^{cm}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum: salvo de xxv libris expendendis pro exemplatura Statuti domini Capitanei.

Dominus Teghia de Ciprianis iudex surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj.

Presentibus testibus domino Biaxio iudice dicti d. Capitanei et Dino Gallerie precone eius, et aliis.

¹ Anche a questo "Item" e a tutti i successivi, fuori che all'ultimo precedono, le sigle "a. n."

² Il testo: "a" invece di *ad*, per error di penna.

³ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: "per B".

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Item, quomodo et per quos videtur et placet dicto Consilio quod electio Iudicis bladi fieri debeat, et per quantum tempus eligi debeat, et cum quanta familia et cum quanto salario et cum qua iurisdictione et officio.

Migliaccius pelliparius consuluit, quod dicta electio fiat per Priores et per dominum Capitaneum; et quod dictus Iudex sit de terra unde est dominus Capitaneus; et moretur in hospicio domini Capitanei: eius familia, salarium et tempus sit in Prioribus. In aliis, consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Cenni medicus consuluit, quod Iudex bladi non eligatur ad presens. In aliis, consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas: salvo de electione Iudicis bladi, de quo firmatum fuit fieri non debere ad presens.

Die xj^o maii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem dominorum Priorum, in salariis et pro salariis Iudicum, et pro quibusdam ordinamentis et aliis scripturis exemplandis et faciendis.

Item, super libris xxxvj^{xx} solvendis militibus Potestatis, pro quibusdam andatis factis in servitium Comunis.

Item, super approbatione et confirmatione ordinamentorum contra exbaunitos, et super absoluteione statutorum contradicentium: lectis per ser Benincasam notarium Priorum. Presentibus testibus ser Benincasa de Altomena notario Priorum et Dino de la Gallera precone dicti d. Capitanei, et aliis.

Dominus Bardus Angiollerii iudex surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas super predictis supra propositis per predictum dominum Capitaneum, placuit lxxij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj^{xx}.

[c. 15^r.] Die xij^o mensis maii.

¹ In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit d. Aldobrandinus, capitaneus Comunis Florentie, de salario militum Potestatis; que sunt in summa libre xxxvj^{xx} florenorum parvorum.

¹ Nel margine interno, di fronte: "per B."

Item, de approbatione ordinamentorum lectorum in presenti Consilio per me B. notarium, editorum contra exbannitos; secundum quod hec firmata fuerunt in Consilio C. Presentibus testibus ambobus militibus Capitanei et Bectino quondam Pieri precone. D. Palmerius Altoviti consuluit secundum propositiones predictas. Exquisita voluntate dicti Consilii secundum formam statutorum, placuit lvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iij solum.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta. D. Teghia de Ciprianis consuluit secundum propositiones predictas. Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die xiiij mensis maii.

¹In Consilio speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus: Quomodo et per quos eligantur exploratores secreti contra retinentes ludum et mutuan-tes ad ludum; et contra illos qui ducunt fodera lignorum per Arnum, nisi reducant² ligna ad comburendum: secundum capitula Constituti d. Capitanei de hoc loquentia. Ser Rinuccius de la P[†] Nicti Cacciafuori consuluit,³ quod eligantur per Cappellanos populorum. Bectus del Biecho consuluit, quod quilibet Consiliarius huius Consilii eligat unum bonum virum pro suo sextu; et postea d. Capitaneus mictat pro illis quos voluerit, qui faciant dictas explorationes. Placuit quasi omnibus, quod Cappellani eligant dictos exploratores.

Die xv mensis maii.

In Consilio generali domini Defensoris proposuit d. Capitaneus: Quomodo et per quos eligantur duo exactores librarum detentarum, et duo notarii et duo nuntii cum eis. Presentibus testibus Bectino Pieri precone d. Capitanei et Puccio Dietesalvi. Benci Amati consuluit, quod predicti officiales eligantur per presens Consilium, scilicet unus per sextum:⁴ divisus tamen per sextus, prius, per sortem, ipsis officialibus. Lapus Gualterocti consuluit, quod Priores eligant dictos officiales. Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Benci.

Die xvij mensis maii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum^{cin} xij maiorum Artium proposita et provisiva fuerunt aliqua in cedula notata.⁵

¹ Nel margine, di fronte a questo e ai due successivi Consigli: "per B."

² O "reducerent". Il testo, per uno scorcio di penna, ha "reduceant".

³ Si omette un "secundum", cancellato.

⁴ Qui si omette "determin", cancellato. Pare che, invece di "divisus", volesse prima scrivere *determinatis*.

⁵ Segue uno spazio bianco di cinque righe.

[c. 15^o] Die xxiii^o mensis maii.

¹ In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum^{cin} xij maiorum Artium; ac etiam in Consilio C virorum, et coram aliquibus Sapientibus ad hoc electis, congregatis coram d. Capitaneo in ecclesia Sancti Petri Scradii, ad vocem preconis et sonum campane, ut est moris, proposuit d. Capitaneus: Quid sit respondendum Potestati et ambaxiatoribus Communis Luce et ambaxiatoribus Iudicis Gallure, super eorum ambaxiata et petitione in presenti Consilio facta per ipsum Potestatem et ambaxiatores, super eo quod petunt, quod certificentur de die motus exercitus fiendi contra Pisanos. Presentibus testibus Dino del Gallera et Bectino Pieri preconibus d. Capitanei. Bindus Neri Ambroxii consuluit, quod dies motus exercitus sit in kallendis septembris. Gianni Buccelli consuluit, quod predicta responsio fiat secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus, et illis Sapientibus quos et quot habere voluerint. Dinus Peccora consuluit secundum dictum dicti Gianni; et quod dies motus exercitus sit in provisione predictorum; et valeat quicquid providerint de predictis. Andreas de Ricziis² consuluit idem. Ser Gianni Syminecti consuluit, quod certus terminus respondeatur predictis, sicut videbitur predictis Potestati, Capitaneo et Prioribus et *Capitaneis guerre*.³ Manellus de Manellis consuluit, quod Potestas, Capitaneus, Priores et *duo per sextum*⁴ provideant in predictis, secundum quod eisdem videbitur convenire. Ser Arrighus Gratie consuluit secundum dictum Gianni Buccelli: tamen, non dicatur ad presens eisdem dies motus exercitus. Facta eis responsione, postmodum congregetur presens Consilium ad providendum diem motus exercitus. D. Neri de la Gattaria consuluit secundum dictum predicti Gianni Buccelli; et in eis sit, de exprimendo et dicendo diem motus exercitus vel non dicendo; secundum quod viderint convenire, secrete vel palam. Facto partito per predictum d. Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum d. Neri de la Gattaria.

Die xxvij^o mensis maii.

In Consilio C virorum quedam proposita et firmata fuerunt, que notata sunt in quadam cedula.

Die xxviii^o mensis maii.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum^{cin} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus infrascripta. Primo videlicet, quomodo eligi debeant Sex de blado et sex eorum nuntii, duo Approbatores in curia domini Capitanei.

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai due successivi Consigli: "per B".

² Qui è un "sit", cancellato.

³ *Sapientibus*.

⁴ *Capitanei*.

Item, quomodo eligantur sex rationerii ad revidendum rationes omnium officialium debentium reddere rationem; salvo quod non inmiscant se de rationibus officialium Camere: qui durent usque ad kallendas augusti proxime venturas.

Presentibus testibus ser Benincasa de Altomena notario Priorum et Dino Gallerie precone domini Capitanei.

Lapus Rinuccini surexit et arengando consuluit, quod predicti sex rationerii eligantur secundum propositionem; et quod electio dictorum omnium officialium fiat per presens Consilium, per sextus.

[c. 16^r.] Nutus Marignolle consuluit, quod electio dictorum officialium fiat per duos bonos viros per sextum, eligendos per Priores.

Migliaccius pelliparius consuluit secundum dictum dicti Lapi.

Facto partito per dictum d. Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit¹ maiori parti secundum dictum dicti Nuti.

Die penultimo mensis maii.

²In Consilio speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus, in ecclesia Sancti Petri Scradii, presentibus Prioribus: Quomodo electio Arbitrorum, eligendorum ad corrigendum statuta Comunis, observanda pro anno futuro, *feri debeat*.

Placuit duabus partibus et ultra, quod ipsa electio fiat [†]

Die ultimo mensis maii. Alibi notatum est * in libro Camere *.³

In Consilio C virorum proposita fuerunt ea que notata sunt in quadam cedula.

Presentibus testibus ser Benincasa de Altomena notario Priorum et Bectino Pieri precone, et aliis.

Bindus Neri Ambroxii consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito secundum formam ordinamentorum canonizatorum, placuit liij^{or} secundum propositiones; nolentes fuerunt xvij.

Die vj iunii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus, ⁴ omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die ultimo mensis maii, que notata sunt in quadam cedula: exceptis propositione expense xxv librarum florenorum parvorum, et propositione veterorum Camera-riorum.

Dominus Iacobus de Certaldo iudex surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per dominum Capitaneum particulariter, primo ad sedendum et levandum

¹ Si omette "quasi" cancellato. Pare volesse scrivere *quasi omnibus*, invece di "maiori parti".

² Nel margine interno, di fronte a questo e ai Consigli successivi: "per B."

³ * in quadam cedula *.

⁴ Qui, dapprima scrisse "omnia infrascripta. Primo videlicet" e cancellò solo, per inavvertenza, le due ultime parole.

et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvij^o secundum propositiones; nolentes fuerunt vij^{tem}.

Presentibus testibus domino Berroverio de Monteselice milite d. Capitanei et Bectino Pieri eius preconne.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Item, quid videtur dicto Consilio super facto licterarum missarum per dominum Episcopum Vulterrannum, super electione Vicarii, Iudicis et Notarii Vallis Here facienda, pro sex mensibus iniciatis in kallendis maii proxime preteritis: de domino Lapo de Bardis; de domino Cavalcante Ciapi, iudice; et ser Simone de Castro Florentino, notario: ac etiam, super electione facienda, pro predicto tempore, de Berto filio Comitum de Certaldo, in regimine terre Pulliciani.

Dominus Iacobus de Certaldo consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti d. Iacobi, factis partitis particulariter ad sedendum et levandum per dominum Capitaneum.

Eodem die et testibus.

Facta fuit electio canoveriorum salis, notata in quadam cedula, per Consilium generale et Capitudines xij^{cim} maiorum Artium.

[c. 16^o] Die vj^o mensis iunii.

¹In Consilio speciali d. Defensoris propositum fuit per Capitaneum de potestaria concedenda Comuni Fighini, pro sex mensibus initiandis in kallendis iulii venturis.

Nicti Cacciafuori consuluit, quod concedatur, et fiat ad scriptinium.

Veczus Veczosi consuluit, quod fiat ad brevia.

Borghus Renaldi consuluit, quod fiat ad scriptinium, nominando primo per sextus.

Placuit² maiori parti secundum dictum Burgi predicti.

Die vij^o mensis iunii. Alibi notatum est in quaterno Camere et in quaterno bambacis.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.

Presentibus testibus d. Berroverio milite d. Capitanei et Bectino Pieri preconne d. Capitanei.

³Primo videlicet, super bailia danda d. Prioribus, presentibus et futuris, usque ad me-

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B".

² Si omette "quasi", cancellato. Voleva dapprima scrivere *quasi omnibus*, invece di "maiore parti".

³ A questo primo e agli altri paragrafi del presente Consiglio, eccetto che al terzo, al quarto e al penultimo, sono preposte le solite sigle "a. n."

dium mensem augusti¹ proxime venturum, conducendi et conduci faciendi stipendiarios ad stipendia et servicia dicti Comunis, eques et pedes; prout et secundum quod eisdem placuerit et videbitur.

Item, super quadam petitione ser Fey olim d. Iacobi Guerri et sociorum, fideiussorum superstitum Aretinorum.

Item, super *exactione librarum*² et prestantiarum, facienda cum simplo folio et sine duplo, usque ad kallendas iulii proxime venturas.

Item, super petitione Sex de blado.

Item, super expensis librarum cl, seu usque in ipsam quantitatem, pro vexillis Societatum et Iusticie faciendis.

Item, de expensis faciendis, usque in quantitatem librarum c ad presens, pro reparando et augmentando veronem domini Capitanei.

Item, super expensis de pecunia Comunis faciendis, usque in quantitatem librarum l, pro lastris emendis ad coperiendum tectum Pallatii Comunis.

Item, super petitione d. Amalrici facta super emendatione xxj^{im} equi.

Item, super xij^{im} libris solvendis Factio de Micciole, pro se et sociis suis, pro preterita pensione domus in qua morati fuerunt Priores Artium, eisdem non soluta; de summa videlicet que stantari potest de presenti mense iunii.³

Ser Chiarus de Varaczano consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod provisio facta super facto librarum et prestanciarum, recipiendarum ut dictum est, et super aliis circa predicta propositis, solum locum habeant⁴ in hiis et in favorem illorum qui essent allibrati in xxv libris vel abinde infra.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit secundum propositiones predictas.

Bindus Neri Ambroxii consuluit idem: hoc salvo, quod siquis deberetolvere[†]

Factis partitis per Capitaneum ad pissides et balloctas, secundum formam ordinamentorum canonizatorum, placuit xlv secundum propositionem factam, super facto librarum; nolentes fuerunt xxv.

Item, super aliis omnibus, placuit lvij^{im} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xij.

Die viij mensis iunii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposuit Capitaneus *omnia et singula que heri proposita fuerunt in Consilio C virorum*⁵: exceptis de xij^{im} libris Factii de Micciole.

Presentibus testibus suprascriptis.

[c: 17^r.] D. Iacobus de Certaldo consuluit secundum propositiones predictas.

Nutus Marignoli consuluit, quod propositio facta super emendatione equorum d. Amalrici ad presens suspendatur, usque adventum d. Amalrici, et tunc habeantur Priores qui *erant tempore finis*⁶.

¹ Avanti avea cominciato a scrivere iulii, e cancellò.

² *facto librarum*.

³ Seguono tre righe bianche.

⁴ Si omette "usque", cancellato.

⁵ *infrascripta*.

⁶ *tunc erant*.

Factis partitis per Capitaneum, placuit xxvii^o secundum propositionem, super facto d. Amalrici, scilicet emendatione equorum: nolentes hoc, sed volentes in hoc procedi secundum dictum Nuti, fuerunt xxx^{ia}.

Item, super aliis propositionibus, placuit xlvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xj^{cia}.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris et speciali et Capitudinum xij^{cia} maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta, deliberata in Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum.

D. Iacobus de Certaldo consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die xij^o mensis iunii. Alibi notatum est in quaterno Camere.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus.

²Primo videlicet, si videtur dicto Consilio quod Camerarii possint expendere usque in quantitatem librarum xxv florenorum parvorum in reparatione tecti turris hospitii d. Capitanei, de summa librarum centum que stantiari possunt de presenti mense iunii. Item, de provisione facienda, pro Comuni Florentie, domino Cello domini Bartholecti, pro se et militibus de corredo, et aliis omnibus et singulis qui cum eo venerunt, causa et animo eundi et standi in servitio Comunis Florentie, occasione exercitus fiendi contra Pisanos; pro tempore quo accesserunt et quo stabunt in civitate Florentie, ante diem xx presentis mensis iunii, in quantitate cc^{torum} florenorum auri.

³Item, super salario solvendo domino Pino olim d. Stoldi et domino Ceppo de Maneriis, olim consiliariis d. Amalrici capitanei tallie, pro lij^{bus} diebus inceptis die quarto aprelis, quibus asserunt, de mensibus aprelis et maii, stetisse cum dicto domino Amalrico extra civitatem Florentie; ad rationem soldorum l^{ra} florenorum parvorum pro quolibet eorum, per diem: in summa inter ambos librarum cclx^{ra} florenorum parvorum. Et hoc, cum de dicta mora facta sit fides Prioribus, secundum quod eis visum fuit convenire.

Item, super eo quod Camerarii Comunis potuerint solvere domino Manecto de Donatis, pro Comuni Florentie vicario Vallis Sevis et de la Lega, et ser Bonaccorso de Quinto eius notario, et domino Lapo Clericho vicario pro Comuni Florentie in partibus Chianti, et cuilibet eorum; pro xxvij^{tem} diebus inceptis die quarto mensis iunii presentis.

⁴Ac etiam solvere possint domino Rogerio Rubeo de Adimariis, vicario pro Comuni Florentie in partibus Greti, et ser Albonecto eius notario, pro xxvj^{tem} diebus inceptis die quinto eiusdem mensis; et domino Nepo de la Tosa, vicario pro Comuni Florentie in

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B".

² Precedono a questo paragrafo le solite sigle "a. n.".

³ Di fronte ec., le sigle come sopra

⁴ Anche qui precedono, e son ripetute di fronte nel margine, le sigle "a. n.".

partibus Vallis Arni, et ser Bonafide de Citrognano eius notario, pro xxj diebus inceptis die x eiusdem mensis; et ser Vallente de Loncciano notario dicti domini Lapi Clerici vicarii, pro xxvij diebus inceptis die quarto mensis iunii: ad rationem soldorum xxx florenorum parvorum pro quolibet ditorum Vicariorum, per diem; et ad rationem soldorum x pro quolibet ditorum notariorum, per diem.

¹Item, super eo quod Camerarii solvant Francischo Lombardo, purgatori² Pallatii domini Potestatis et d. Capitanei, pro ipsius usitato salario unius anni incepti in kallendis ianuarii proxime preteritis, in quantitate librarum x florenorum parvorum.

Presentibus testibus domino Beroverio milite d. Capitanei et ser Benincasa de Altomena notario Priorum, et aliis.

[c. 17 +] Ser Chiarus de Varaczano consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lxj secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xv.

Die xij mensis iunii.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitulum^{cm} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus * ea que die vij mensis iunii proposita fuerunt super emendatione equorum xxj d. Amalrici *.

Item, omnia que die xij mensis iunii, in Consilio C virorum, proposita et deliberata fuerunt; excepto de libris xxv.

Presentibus testibus d. Beroverio de Monteselice milite Capitanei et Dino del Galera precone.

Ser Rinuccius de la Paniera consuluit secundum propositiones predictas.

Nutus Marignoli consuluit idem: salvo quod d. Capitaneus una cum Prioribus, et cum Prioribus qui fuerunt Priores quando finis facta fuit d. Amalrico, exquirant finalem intentionem d. Amalrici super predictis: et si contingerit ipsum velle acquiescere sine mendo predicto, bene quidem †

D. Niccola de Acciaiuolis consuluit †

Miglaccius pelliparius consuluit secundum propositiones, salvo de facto Vicariorum.

* Placuit xlvj secundum propositionem emendationis equorum d. Amalrici, nolentes fuerunt viij *

Item, super aliis propositionibus placuit xlv, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta per predictum d. Capitaneum.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

¹ Precedono le sigle come sopra.

² Nel testo è scritto "prugatori".

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in cedula petitionis.

In Consilio speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio quod Potestas concedatur Comuni de Montemurlo, pro sex mensibus venturis in kallendis iulii initiandis.

Placuit * quasi * omnibus, quod Potestas concedatur, et fiat ad scriptinium.

Die xiiij^o mensis iunii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum^o xij^o maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quomodo et per quos fiat electio *notarii* et nuntiorum novorum Priorum.

Lapus Gualterocti consuluit, quod dicta electio notarii et nuntiorum predictorum fiat et fieri possit et debeat per duos bonos viros per sextum, eligendos per novos Priores; et valeat ac si facta esset per presens Consilium.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et ser Benincasa notario Priorum.

[c. 18^r.] Die xviiiij^o mensis iunii. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta, videlicet.

De oblatione xxv^o carceratorum facienda in festo beati Iohannis Batiste, secundum formam oblationis facte pro festo Pascatis Resurrectionis proxime preterito. Hoc addito, quod condempnati pro facto Comunis in c libris, vel abinde infra, in dicto numero possint computari.

¹ Item, super bailia danda Potestati presenti et futuro, Capitaneo, et eorum Vicariis, officio Priorum et Sapientibus, super cavalcatis et andatis; secundum quod alias data fuit aliis Prioribus: que duret usque ad medium mensem augusti. Hoc tamen addito, quod Priores solummodo possint providere expensis et solutionibus, sine aliquibus aliis.

Item, super custodia castrorum Pontis Here, Laterini et Montecchii, et per quantum tempus, et cum quot peditibus, et cum quo salario: narrato qualiter nunc custodiuntur.

² Item, super solutione facienda, pro xiiij^o diebus, Gregorio Raffacani et xxx^o balistariis et x^{oem} peditibus, modo solito.

Item, de augendo salarium trium ambaxiatorum iturorum ad Regem Francie.

³ Item, de solutione facienda sex nuntiis Potestatis et sex nuntiis Capitanei, pro mensibus maii et iunii, et nuntiis Priorum, pro duobus mensibus inceptis in medio mensis iunii; ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum.

Item, super absoluteione statutorum et ordinamentorum.

¹ Di fronte, nel margine interno, sono le sigle "a. n."

² Di fronte, come sopra.

³ Di fronte, c. s.: e così al paragrafo che segue.

Presentibus testibus d. Berroverio milite d. Capitanei, et Dino del Galera preconē.
Banchoczus de Siczis consuluit secundum propositiones.

D. Bardus Angiollerii consuluit, de oblatione, secundum propositionem: salvo quod nullus masculus vel femina non relaxetur, nisi steterit in ipsis carceribus ad minus per sex menses. Item, quod castrum Montecchii custodiatur cum uno castellano et xxv peditibus, ad salarium solitum, per sex menses. Item, quod salarium ambaxiatorum non augeatur. Item, quod castrum Pontis Here custodiatur cum duobus castellanis et ccl peditibus, pro sex mensibus, cum salario solito; castrum Laterini, cum uno castellano et centum peditibus, pro sex mensibus, ad salarium solitum. In aliis, consuluit secundum propositiones.

Arrighus Paradisi consuluit secundum propositiones; et quod castrum Montecchii custodiatur cum uno castellano et decem peditibus. In aliis, consuluit secundum propositiones; et quod salarium ambaxiatorum provideatur per Capitaneum et Priores.

Bindus Neri Ambroxii consuluit, de oblatione, secundum propositionem.

Facto partito super oblatione; placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{cin}xij: dummodo nemo, masculus vel femina, possit relaxari vel offerri, nisi steterit continue per sex menses proxime preteritos¹ in dictis carceribus.

Item, super bailia danda, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item, super custodia dictorum trium castrorum, secundum dictum Arrighi Paradisi, placuit lxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{or}iiij.

Item, super solutione xl^a peditum et Gregorii, placuit lxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{or}iiij.

Item, super augendo salarium ambaxiatorum, placuit xxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{or}xlviij: et sic non obtentum.

Item, super salario nuntiorum, placuit lxxviij secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{cin}x.

[c. 18^a] Die eodem et testibus.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio utile fore pro Comuni teneri Consilia super danda bailia Prioribus presentibus et futuris, usque ad kalendaras² octobris, quod possint, loco mortuorum infirmorum et absentium, et non venientium ad Consilium C virorum, quotiens expediens fuerit, *subrogare*³ usque in xviiij Consiliarios, tres per sextum.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit secundum propositionem.

Placuit lxxv secundum propositionem, nolentes fuerunt ^{ca}iiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus omnia hodie proposita et deliberata in Consilio C virorum.

¹ Qui si omette "continue", ripetuto.

² Scritto due volte "ad kalendaras".

³ Supplito per il senso, e col riscontro del Consiglio generale del Comune del 23 di giugno. Ved. appresso questo Consiglio nel Quaderno II.

D. Teghia Tedaldi consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod que dicta et provisiva fuerunt per Consilium C virorum super termino sex mensium non firmentur per presens Consilium.

D. Iacobus de Certaldo consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit * omnibus *¹ secundum propositiones predictas, * qui fuerunt lxxij *.²

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo et per quos eligantur illi qui debent offerri et relaxari, ut dictum est. Miglaccius pelliparius consuluit secundum propositionem. Item, quod duo per sextum, eligendi per Priores, faciant electionem predictam.

Piglus pelliparius consuluit, quod duo fratres Minores duo Predicatores et duo fratres Heremitani faciant electionem predictam.

Ser Ubertus de Carraria consuluit, quod Capitulum ^{oim} xij maiorum Artium eligant unum de sua Arte ad faciendum electionem predictam.

Ser Rinuccius de la Paniera consuluit, quod quelibet Capitulum eligant ^{or} iij * pro sextu *,³ et secreta; et sigillentur: et firmatis hiis per Consilium Potestatis, disigillentur, et sorte extrahantur duo per sextum.⁴

Ser Rustichellus Bernardi consuluit, quod duo fratres de quolibet predictorum trium Ordinum faciant electionem predictorum offerendorum; et quod Capitulum ^{oim} xij maiorum Artium, incontinenti, cum iuramento noviter prestando, eligant secreta duos de qualibet Arte, bonos et legales; et sint secreta: et postmodum, sorte extrahantur sex ex ipsis sic electis, per quos fiant predicta.

Placuit quasi omnibus secundum dictum ser Rustichelli.

[c. 19^r.] Die xxij^o mensis iunii.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum ^{oim} xij maiorum Artium et aliorum Sapientum ad hoc vocatorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus: Quid videtur Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Luce, super auxilio militum quod petunt: audita ambaxiata predicta, et narratis hiis que per Consilia Sapientum super hiis facta et responsa sunt.

D. Neri de la Gataia consuluit, quod habeatur bailia super cavalcatis per Consilium Potestatis; qua habita, predicta deliberentur per Potestatem, Capitaneum et Priores, et illos bonos viros diligentes statum Comunis Florentie; secundum quod eisdem videbitur convenire.

Nutus Marignoli consuluit, quod hic firmetur de serviendo Lucensibus; sed remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et Sapientibus quos habere voluerint, et sine Sapientibus, quantitas et qualitas servitii; et quando, et quomodo fieri debeat: et valeat quicquid providerint et firmaverint.

¹ * quasi omnibus *.

² * nolentes fuerunt *.

³ * pro Arte *.

⁴ Qui si omette "sorte", ripetuto.

Ser Ubertus de Carraria consuluit secundum Nuti predicti.

D. Albiczus Corbinelli consuluit, quod Comune Luce serviatur, et hic firmetur de serviendo dicto Comuni Luce per Comune Florentie: tamen, de modo serviendi et quantitate servitii, et quando et ubi fieri debeat, remaneat in provisione Potestatis, Capitanei, Priorum Artium, et illorum sapientum virorum quos habere voluerint, semel et pluries. Tamen, si videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus, quod ante cavalcata predictam, vel postquam milites erunt in terra Sancti Miniatis, procuratur et fiat quod Potestas Florentie, cum quantitate ambaxiatorum, conveniat cum Potestate et Sapientibus Luce; conveniant in certo loco, ad providendum super predictis.

Banchoczus de Siczis consuluit, quod predicta provideantur per Potestatem, Capitaneum, Priores, et sex Sapientes per sextum eligendos per Priores, inter quos sint duo ex magnatibus per sextum.

D. Iacobus de Certaldo consuluit, quod serviatur Comuni Luce; et hic firmetur: tamen, modus, et quantitas et locus servitii, sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Sapientibus popularibus quos habere voluerint; et fiat in brevi.

Placuit quatuor partibus et ultra secundum dictum Nuti predicti.

Die xxvij mensis iunii.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus quot esse debeant exactores libre soldorum c pro centonario, et quot eorum notarii; et quomodo eligantur.

Item, quomodo et per quos eligantur vj nuntii Potestatis, vj nuntii Capitanei, quatuor cum Iudice exactore condemnationum et librarum, et duo nuntii cum Exactore librarum detentarum, et iij cum Gastaldis, et iij cum Iudice appellationum et Sindico.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Dino del Gallera preconis, et aliis.

In reformatione cuius Consilii placuit, quod Exactores et eorum notarii eligantur de novo: unus exactor per civitatem cum uno notario, et unus in comitatu cum uno notario: et electio predictorum officialium et predictorum nuntiorum fiat per presens Consilium, per sextus.

[c. 19⁺] Die xxvij mensis iunii.

Presentibus testibus suprascriptis.

In Consilio speciali et Capitudinum et aliorum Sapientum proposuit Capitaneus: Si videtur Consilio quod parlamentum suspendatur toto tempore presentis Prioratus: salvo, si videretur Capitaneo et Prioribus, fieri possit parlamentum.

Lapus Rinucini consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die eodem et testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio quod concedatur Potestas Comuni de Pontormo, a kallendis iunii preteritis usque ad kallendas ianuarii; et Comuni de Morris, pro sex mensibus venturis.

Placuit omnibus, quod concedantur Potestates pro Comuni dictis Universitatibus. Item, quod fiat ad scriptinium, primo facta nominatione de duobus per sextum.

Eodem die et testibus.

Proposuit d. Capitaneus: Quomodo videtur Consilio speciali quod electio Gastaldorum et notariorum, et magistrorum et mensuratorum et notariorum, *feri debeat*.

Placuit, quod sorte brevium dirimatur in quibus sextibus fieri debeant; et postea illi de illo sextu faciant electionem, secundum quod concordabunt.

Die dominico primo mensis iulii.

Die tertio mensis iulii. Alibi notatum est in quaterno Camere et in quadam cedula.

- ¹ In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus. Primo videlicet, de oblatione facienda, die qua videbitur officio d. Priorum Artium, de xxv carceratis inter masculos et feminas, modo et forma qua alias in Pascate proxime preterito facta fuit: salvo quod illi qui essent pro offensa Comunis, qui condempnati essent in libris c vel abinde infra, computentur in numero antedicto.
- ² Item, super solutione facienda d. Amalrico, pro se et suis militibus, pro mensibus iulii et augusti (de summa xvj iij ij florenorum auri, soldorum xl^a et denariorum duorum florenorum parvorum), duomilia septingentorum decem et septem florenorum auri, soldorum sex et denariorum octo florenorum parvorum.
- Item, in alia parte, pro retentione gabelle, librarum lxxxvij et denariorum *xxij*³ florenorum parvorum.
- Item, in alia parte, pro salario notarii sui, dictorum duorum mensium, ad rationem viij^{cm} florenorum auri per mensem, in summa xvij florenorum auri. Et debet retineri gabella de omnibus solutionibus predictis.
- Item, super emendatione facienda d. Amalrico de viij equis mortuis a kallendis ianuarii proxime preteritis citra (de summa clxxxj florenorum auri, pro parte Comunis Florentie), lxvij florenorum auri, soldorum xxvij et denariorum iij.
- Item, de emendatione equi Recchanate, de masnada Manentis comitis de Sartiano, in quantitate xl^a florenorum auri.
- Item, de solutione facienda *vj*⁴ beroariis d. Capitanei; pro x^{cm} diebus quibus steterunt in civitate Florentie cum dicto d. Capitaneo, ante kallendas maii proxime preteritas, ad rationem soldorum ij pro quolibet eorum, per diem.
- Item, d. Giliolo socio d. Guillelmi de Putalliis olim potestatis Florentie, pro ipsius salario et satisfactione v dierum mensis iunii proxime preteriti, quibus ivit et stetit ad terram Laterini et Montecchii, pro assignandis peditibus ibidem commorantibus; ad rationem soldorum xl florenorum parvorum per diem: in summa, libre x^{cm} florenorum parvorum.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² A questo, e ai cinque capoversi che seguono, precedono in margine le sigle "a. n."

³ *xij*.

⁴ *vij*.

Item, de obmissis per Capitaneum suamque familiam et officium Priorum, de preterito mense¹ iunii, prorogandis in presentem mensem iulii.

[c. 20^r.] Item, super petitione Massariorum Camere, super quibusdam expensis factis in tecto Pallatii et in tecto turris domorum d. Capitanei.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Dino Iacobi precone, et aliis.

D. Albicus Corbinelli consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod, ibi ubi dicitur quod condempnati in c libris vel abinde infra, pro offensa Comunis, * possint esse *² in numero dictorum xxv offerendorum, quod hec tollantur, ita quod non sit aliqua quantitas.

D. Bardus Angiolerii consuluit idem.

Factis partitis, placuit lxviii^{im} secundum propositionem super facto carceratorum et oblationum; nolentes fuerunt solummodo ij.

Item, super solutione facienda dicto d. Amalrico, pro omnibus causis predictis, et etiam super aliis omnibus,³ placuit lvj secundum propositiones; nolentes fuerunt xv^{im}.

*Item, super aliis omnibus propositionibus placuit *lxvj*⁴ secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt v.*

Die iii^o mensis iulii.

Presentibus testibus suprascriptis.

⁵In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta omnia, que heri in Consilio Centum proposita et deliberata fuerunt. Miglaccius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Magister Guccius medicus consuluit †

Placuit, super oblatione carceratorum, liij secundum propositionem; nolentes fuerunt j solum.

Item, super predictis solutionibus faciendis d. A., occasionibus predictis * et aliis*,⁶ placuit xlviij^{tem} secundum propositiones; nolentes fuerunt vij.

Item, super aliis omnibus propositionibus, placuit l secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iiiij^o.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus omnia predicta.

Item, quomodo eligantur xvij pensatores.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas. *Item, quod electio predictorum fiat per presens Consilium*.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis, in omnibus predictis.⁷

¹ Il testo ha "mensis".

² * sint*.

³ "et etiam super aliis omnibus" è aggiunto dopo tra rigo e rigo; ed è una sostituzione al seguente paragrafo cancellato: dov'è tuttavia una diversità nella votazione.

⁴ *lvj*.

⁵ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B."

⁶ Anche questo "et aliis" è aggiunto dopo tra rigo e rigo, e sostituisce il seguente paragrafo cancellato, sebbene anche qui non concordi il numero dei votanti.

⁷ Segue un Consiglio generale del Comune, del 5 luglio, con questa annotazione: "Debet scribi in Consilio Potestatis". Vedilo al suo luogo nel Quaderno II.

[c. 20^o] Die x^o mensis iulii.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium, et in Consilio C virorum et aliorum Sapientum ad hoc vocatorum, proposuit d. Capitaneus: Quid videtur Consilio providere super ambaxiata et petitione ambaxiatorum Comunis Luce, facta super facto exercitus fiendi contra Pisanos intrinsecos; et quod dies motus ipsius exercitus provideatur per Comune Florentie, et eisdem dicatur: narrata et exposita responsione alias facta eisdem, secundum provisionem Sapientum.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Dino del Galleria precone d. Capitanei.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod exercitus fiat; et quod dies motus exercitus sit, in nomine Domini, tribus diebus introitus mensis septembris proxime venturi.

Bindus Neri Ambroxii consuluit secundum provisionem Sapientum.

Arrighus Paradisi consuluit secundum provisionem predictorum Sapientum.

Nutus de Marignolis consuluit, quod exercitus fiat contra Pisanos intrinsecos; et quod dies motus exercitus sit in Capiteo et Prioribus, et per eos provideatur: dummodo non excedat viij^m diem introitus mensis septembris.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod dies exercitus non stantietur in presenti Consilio; et quod exercitus hoc anno non fiat pro Comuni Florentie.

Dinus Peccora consuluit secundum dictum d. Bardi predicti.

Dinus Compagni consuluit secundum dictum Arrighi predicti.

D. Boninsegna de Becchenusciis consuluit secundum dictum d. Bardi.

Placuit lxxxv, quod dies non dicatur sine parlamento faciendo, secundum voluntatem Sapientum; nolentes fuerunt cxvj^{cim}: et sic obtinuit quod dies dicatur sine parlamento faciendo.

Item placuit cxvj^{cim}, quod dies exprimatur per Lucenses. Illi vero qui voluerunt quod dies motus exercitus sit die iij^o mensis septembris fuerunt lxxxvij^o.

Die xiiij^o mensis iulii. Alibi notatum in quaterno Camere.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.

¹ Primo videlicet, de iij^m libris de pecunia Comunis expendendis in reparatione habitacionum et domorum castri Pontis Here, et in apparatu et fornimentis dicti castri, et in cassero in dicto castro incipiendo; exhibendis per Camerarios presentes vel futuros officialibus electis vel eligendis ad reparationem et opus predictum faciendum, seu illis quibus videbitur Prioribus, occasione predicta. Quam pecunie quantitatem ipsi officiales expendere possint predictorum occasione, secundum quod eisdem videbitur convenire.

Item, super solutione facienda peditibus et balistariis qui iverunt Vulterram, secundum quod notatum est in quadam cedula scripta per ser Stephanum Rustichelli.

² Item, super emendatione v equorum stipendiariorum, scilicet trium stipendiariorum masnate Stephani, et unius masnade Bastardini, et unius masnade Naldi.

¹ Precedono, sovrapposte al rigo, le sigle "a. n."

² Precedono, in margine, le sigle "a. n."

Item, super emendatione sex equorum mortuorum seu magagnatorum in exercitu facto ad Portum Pisanum; de quibus sententie date sunt per certos officiales, scripte per ser Donusdeum notarium.

Item, super expensis librarum xxxvij factis vel fiendis¹ per Camerarios, pro cereis oblati in festo beati Iohannis Baptiste; et in tentoriis aptandis et ponendis occasione dicte festivitatis.

[c. 21^r.] Ser Chiarus de Varaczano consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lxij, super predictis expensis reparationis Pontis Here, secundum propositionem; nolentes fuerunt xj.

Item, super solutione peditum predictorum, placuit lxvij^{tem} secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

Item, super emendatione predictorum v equorum stipendiariorum, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt xij.

Item, super emendatione sex equorum contentorum in dictis sententiis, placuit lvij^{tem} secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.

Item, super expensis festivitatis beati Iohannis Baptiste, placuit lxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Presentibus testibus² d. Antonio * de Guagnapis *³ milite⁴ Capitanei et Bectino Pieri precone, et aliis.

Die xiiij mensis iulii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum^{cin} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta, heri deliberata in Consilio C virorum: exceptis sex sententiis emendationum equorum, super quibus nichil fuit propositum.

Presentibus testibus d. Antonio * de Guagnapis *⁵ milite Capitanei et Bectino Pieri precone d. Capitanei, et aliis.

Magister Merlinus medicus consuluit secundum propositiones predictas, salvo de cassero ibidem non faciendo.

Ser Rustichelus Bernardi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per Capitaneum, placuit xlij super expensis castri Pontis Here, secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.

Item, super aliis omnibus propositionibus, placuit lvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j solum.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo et per quos eligantur duo exactores librarum detentarum, et duo notarii cum eis.

¹ Il testo ha, per un errore facile a intendere, "factarum vel fiendarum".

² Scritto due volte "Presentibus testibus".

³ * Guagnapa *.

⁴ La parola "milite" è scritta sopra un tratto di penna, che potrebbe parere, ma non è, una cancellatura.

⁵ * Guagnapa *.

Miglaccius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod electio predictorum officialium fiat per presens Consilium per sextus; et quod sorte dirimatur in quibus sextibus fieri debeat.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas et dictum predicti Sapientis.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio quod Potestas concedatur Comunibus de Montevarchi et de Signa, pro sex mensibus finiendis in kallendis ianuarii.

Placuit maiori parti quod concedantur; et quod electio fiat ad balloctas cum pissidibus.

¹Griffus Arrighi Bonifatii, potestas Signe; electus per Teghiam Carri de Alleis.

D. Ceffus de Maneriis, potestas Montisvarchi; electus per Albertum Actaviani.

[c. 21⁴] Die xxj mensis iulii. Alibi notatum in quaterno Camere et in quadam cedula.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Dino del Gallera precone, et aliis.

²Primo, de libris xxv expendendis, ad provisionem Priorum, in scripturis et aliis que videbuntur Prioribus: exprimendo causam et causas, et personis³ cui vel quibus solventur.

Item, super expensis faciendis, de pecunia Communis, in quantitate viij xxv florenorum auri, solvendorum⁴ Ciuto nuntio Artis Kallismale, vel alteri cui videbitur *Consulibus Kallismale et Campsorum*;⁵ expendorum pro expeditione negotii illorum qui gravati sunt mandato Regis Francie, secundum quod sibi videbitur; absque eo quod debeat sindicari propterea vel molestari: et ex nunc sint ratificate ille expense.

Item, super eo quod Lippus Campionus pro condempnatione librarum viij, et⁶ Foresinus pro condempnatione librarum l florenorum parvorum, et Amanatinus pro condempnatione librarum l, relaxentur et obferrantur; et quod eorum condempnationes cancellentur.

Item, super quantitate librarum lv florenorum parvorum, solvendarum Cerre albergatori, pro *xxij*⁷ diebus quibus d. Potestas et sua familia et beroarii steterunt in hospitio suo.

Item, super petitione data per Consules Callismale super facto Renerii et Guccii, in presenti Consilio lecta.

Bindus Neri Ambroxii consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lxij super predictis xxv libris expendendis ut dictum est, nolentes fuerunt viij^{mm}.

Item, super predictis expensis viij xxv florenorum, ut dictum est, faciendis, placuit xlj secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxiiij^{or}.

¹ Precedono in margine le solite sigle "a. n.".

² Precedono le sigle come sopra.

³ Così il testo.

⁴ Il testo ha "solvendis".

⁵ *Potestati*.

⁶ Innanzi a questo "et" è aggiunto sopra, tra rigo e rigo, "a. n. in cedula".

⁷ *xxv*.

Item, super facto predictorum trium carceratorum, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super facto Cerre et eius solutione predicta, placuit lxv secundum propositionem; nolentes fuerunt viiij.

Item, super petitione Consulum Callismale, placuit lj secundum propositionem; nolentes fuerunt¹ xxiiij.

Die xxiiij^o mensis iulii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum^{cin} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus omnia et singula que die xxj^o mensis iulii proposita et deliberata fuerunt in Consilio C virorum: salvo de xxv^o libris expendendis.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Dino del Galera precone, et aliis.

D. Ubertinus Strocze consuluit secundum propositiones predictas, salvo de petitione data per Consules Kallismale; in qua dixit ita procedi debere, videlicet: quod bona divisa non vendantur, nisi prius per d. Capitaneum, vel alium cui ipse commicteret, videantur iura civium florentinorum: quibus visis, si dicta bona de iure possunt vendi, non obstantibus iuribus dictorum civium, non cogantur consortes emere. De persona Rinerii Merendi, nichil consuluit.

Bartholus de Bardis consuluit secundum petitionem dictorum Consulum, et secundum propositionem super hoc factam. In aliis, aquievit dicto predicti Sapientis.

Placuit xxxviiij super expensis viij^o xxv florenorum auri, secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij. Item placuit lij, super facto carceratorum et Cerre; nolentes fuerunt iiij. Item placuit xxviiiij, super petitione Consulum Kallismale, secundum petitionem; nolentes fuerunt xxvj. Factis partitis solum ad pissides et balloctas.

[c. 22^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum proposuit d. Capitaneus predicta omnia.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die xxviiij^o mensis iulii.

In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infra-scripta, videlicet: Quomodo et per quos eligantur Sex de blado et sex nuntii eorum. Presentibus testibus d. Berroverio milite d. Capitanei et Dino precone Communis, et aliis. Miglaccius pelliparius consuluit, quod predicti Sex eligantur per presens Consilium,² scilicet per sextus.

Ser Cenni medicus consuluit, quod Priores eligant tres per sextum de presenti Consilio, qui eligant Sex de blado; et illi³ Sex de blado eligant nuntios suos.

¹ Qui si omette "nolentes", ripetuto.

² Si omette "et v", cassato. Voleva scrivere *et quinque sextus* ec. Ved. appresso il consiglio di Pacino Peruzzi.

³ Qui si omette un "de", che sembra un errore di penna.

Pacinus Peruczi consuluit, quod Priores eligant duos per sextum, quos Priores voluerint, de presenti Consilio; et illi eligant Sex de blado: scilicet, quinque sextus eligant sextum, *secundum quod voluerint*.¹ De electione nuntiorum, consuluit secundum dictum ser Cenni.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit secundum dictum Pacini, salvo quod electores sint *unus*² per sextum.

In ipsius Consilii reformatione placuit secundum dictum Pacini.

Die mercurii primo mensis augusti.

Die ^oiiij mensis augusti. Notatum in quaterno Camere.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, omnia infrascripta.³

Presentibus testibus ser Pino Bonaccursi notario Priorum et Betino Pieri precone d. Capitanei, et aliis.

D. Albicuzus Corbinelli consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lxxvj, super provisione facta per Priores super facto illorum qui emerunt redditum et gabellam fructuum et oleris, secundum provisionem Priorum; nolentes fuerunt ^{tem}vij.

Item, super aliis omnibus supra propositis, placuit *lxxvj*⁴ secundum propositiones; nolentes fuerunt ^{tem}vij.

Die ^ovj mensis augusti. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.⁵

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Dino del Galeria, precone.

D. Bardus Angiolerii consuluit secundum propositiones predictas, salvo de pensione Burrelle; super qua dixit primo provideri debere.

D. Boninsegna de Becchenugiis consuluit, *quod non est utile*[†]

Ser Arrighus Gratie consuluit in omnibus secundum dictum d. Bardi. Item, quod pensio Burrelle sit librarum lxx florenorum parvorum.

Super propositione d. Paganelli, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxij.

Item placuit, super aliis propositionibus, lxxij secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum ^{oim}xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta, hodie ac die ^oiiij presentis mensis deliberata per Consilium C virorum.

¹ *ad scriptinium*.

² *duo*.

³ Mancano le proposte.

⁴ *lxxvij*.

⁵ Qui pure mancano le proposte.

[c. 22¹] Miglaccius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.
 Ser Rustichellus Bernardi consuluit eodem modo, salvo de Burrella; de qua consuluit, quod pensio sit solum *illa quantitas que fuit antea.*¹
 Nutus Marignoli consuluit, quod non est utile pro Comuni teneri Consilium de predictis; nisi primo videantur predicta per Sapientes iuris: et si providebitur per Sapientes quod de iure non possit defendi, procedatur ut dictum est.
 Placuit xxxvj, super facto d. Paganelli, secundum propositionem: nolentes predicta, sed volentes secundum dictum Nuti, fuerunt xxviiiij.
 Item, super provisione facta per Priores, super facto illorum qui emerunt gabellam oleorum et fructuum, placuit xlv secundum propositionem; nolentes fuerunt viiiij.^{em}
 Item, super facto pensionis Burrelle, placuit xlv secundum propositionem; nolentes, et volentes² secundum dictum ser Rustichelli, fuerunt xx.^u
 Item, super aliis propositionibus, placuit lxiij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta omnia.
 Item, quomodo et per quos eligantur duo Aprobatores in curia d. Capitanei, et tres nuntii d. Capitanei, loco trium nuntiorum qui se absentaverunt ab officio d. Capitanei; qui durare debebant usque ad kallendas septembris proxime venturas.
 Ser Cenni medicus consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod officiales eligantur per sextus.
 Miglaccius pelliparius consuluit, quod Priores eligant iiiij^{or} bonos viros, qui eligant dictos officiales.
 Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.
 Item, quod electio dictorum officialium fiat secundum dictum predicti Miglaczii.

Die xj^o mensis augusti. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, omnia infrascripta.
³Primo, videlicet, de libris xxv solvendis Cerre albergatori, pro parte eius solutionis quam recipere debet a Comuni predicto, pro xxij diebus in quibus d. Potestas fuit et stetit in hospicio suo, ad rationem soldorum l per diem.
 Item, super petitione Sex de blado.
 Item, super solutione d. Rodulfi Guildalocci pro decem diebus mensis iunii, et d. Masi de Donatis pro xlvij^{em} diebus⁴ mensium iunii et iulii, ad rationem soldorum l per diem, pro quolibet eorum.
 Item, super⁵ facto redditus Simofontis, scilicet, quod venditio facta pro sex annis va-

¹ *lx librarum*.

² Il testo ha, perchè il notaro si scordò di correggere, "nolentes fuerunt et voluerunt".

³ Precedono, sopra il rigo, le sigle "a. n."

⁴ Qui si omette "quibus d.", non cancellato. Pare che il notaro volesse aggiungere che in quei giorni i predetti m. Ridolfo e m. Maso erano stati in campo con m. Amerigo di Narbona capitano; come si rileva dal corrispondente Consiglio generale del Comune del 3 settembre, nel Registro III delle *Provisioni*, a c. 20 e 20 t.

⁵ Qui è la parola "petitione", cancellata.

leat et potuerit fieri, ac fieri possit, licite; non obstante ordinamento quod loquitur quod ipsa venditio fiat pro tribus annis.

¹ Item, de coadiutore dando B. notario, quem Priores eligere voluerint (et valeat quicquid fecerint), cum salario librarum xl florenorum parvorum, usque ad kalendarum ianuarii proxime venturas.

D. Albicus Corbinelli consuluit secundum propositiones predictas, salvo de² facto venditionis redditus de Simofonte; super qua consuluit quod stetur capitulo.

D. Bardus Angiolerii consuluit secundum propositiones predictas.

Presentibus testibus d. Berroverio milite d. Capitanei et Dino del Galleria precone, et aliis.

Placuit lv, super facto de Simofonte, secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.^{em}

Item placuit lxvj, super aliis propositionibus omnibus, secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

Die xij mensis augusti.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Bectino Pieri precone.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum^{em} xij maiorum Artium proposuit Capitaneus omnia suprascripta, deliberata die xj augusti in Consilio C; excepto de xxv libris.

Lapus Rinuccini consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod emptiones grani, que fierent in magna quantitate, fiant cum voluntate Priorum.

Benzi Amati consuluit secundum propositiones.

Placuit liij secundum propositiones, factis partitis ad sedendum et levandum et ad pissides et balloctas; nolentes fuerunt j solum.

[c. 23^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Tinghus Benincase consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, facto partito ad sedendum et levandum.

Die xiiij mensis augusti.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum^{em} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quomodo et per quos eligantur notarius et nuntii futurorum Priorum.

Presentibus testibus ser Pino Bonaccursi notario Priorum et Bectino Pieri precone.

Borghus Renaldi consuluit, quod futuri Priores eligant duos vel unum per sextum, qui eligant dictum notarium et nuntios; et valeat electio.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

¹ Precedono le solite sigle "a. n."

² Anche qui è ripetuta e cancellata la parola "petitione".

Die xvij^o mensis augusti.

¹ In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus.

Primo videlicet, de bailia danda dominis Potestati, Capitaneo et Prioribus super cavalcatis, tractis et andatis, et super custodia civitatis et comitatus et terrarum que tenentur per Comune, et super stipendiariis peditibus conducendis ad stipendia dicti Comunis, et super expensis propterea opportunis.

Item, super eo quod quinque ex dominis Prioribus possint facere et fecisse omnia ad ipsum officium spectantia usque ad adventum sexti Prioris, seu donec alius eligeretur loco ipsius Prioris absentis; si contingeret eum non venire: et super absolute statutorum in hiis contradicentium.

Dominus Bardus Angiollerii iudex surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, placuit lxxvij^{tem} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iij.

Presentibus testibus ser Lapo de Sexto notario Priorum et Cenni filio Duccii nuntio d. Blagii iudicis domini Capitanei, et aliis.

Eodem die.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum, presentibus Prioribus.

Presentibus testibus domino Berroverio milite dicti d. Capitanei et Dino del Galleria eius preconone, et aliis.

Ser Rinuccius de la Paniera notarius surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lv secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Signati per "3" non interfuerunt Consilio Centum, die xxv^o mensis augusti.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e a' due Consigli successivi: "per A."

[c. 23¹] Die xxv^o mensis augusti.

¹ In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Primo videlicet, de xxv^o libris expendendis in salario avocatorum et scripturarum.²

Item, * quod usque in quantitatem *³ librarum xxv^o expendendarum⁴ in reparatione Pontis Carrarie.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Bardus Angiollerii iudex consuluit, quod non est utile teneri Consilium de xxv^o libris expendendis in Curia.

Factis partitis particulariter per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, super dictis xl^o florenis auri solvendis pro pretio libri⁵ dictorum exbannitorum, placuit lxj; nolentes fuerunt xj.⁶

Item, super expensis dictarum xxv^o librarum expendendarum in Curia, placuit l^o; nolentes fuerunt xxij.

Item, super aliis omnibus propositionibus, placuit lxx^o; nolentes fuerunt ij.⁶

[c. 24¹] Die xxvij^o mensis augusti. Signati per "3" non interfuerunt Consilio.

⁷ In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quid videtur dicto Consilio super emptione salis facienda pro Comuni Florentie.

Iacobus Trinchalaqua consuluit, quod emptio salis, facta pro Comuni per preteritos Priores, observetur; dummodo faciat reduci in civitate Florentie, de partibus Romanodiolo, quatuor milia staria grani ad vendendum in Orto Sancti Michaelis.

Benci Amati consuluit, quod Capitaneus et Priores, cum duobus Sapientibus per sextum, provideant super dicta emptione salis.

Ser Rustichellus Bernardi consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Canciozus d. Tieri de Vicedominis consuluit idem.

Meglöre Guadagni consuluit secundum dictum Benci suprascripti.

Banchus del Chanella consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Pela Gualducci consuluit *secundum dictum Benci suprascripti*.⁸

Facto partito per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus quod predicta remaneant in Capitaneo et Prioribus et duobus Sapientibus per sextum vel sex per sextum; et quicquid providerint in predictis reducatur ad presens Consilium.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per A."

² Segue un rigo bianco.

³ * de expen *, forse principio di *expensa*.

⁴ Così il testo. Dopo la correzione precedente, pare che il notaro, invece di "expendendarum", dovesse scrivere *expendatur*.

⁵ Supplito col riscontro del corrispondente Consiglio generale del Comune del 3 settembre, nel Quaderno II.

⁶ Da metà di questa pagina si va, per via d'un richiamo, alla pagina seguente.

⁷ Di fronte, nel margine interno: "per A."

⁸ * idem *.

Presentibus testibus domino Berroverio milite domini Capitanei et Bectino Pieri eius precone, et aliis.

[c. 23^a] Die xxvii^o mensis augusti. Signati per "3"¹ non interfuerunt Consilio.

²In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum ^{ci^m} xij maiorum Artium proposita fuerunt omnia que die xxv^o dicti mensis augusti firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, excepto de xxv libris expendendis in curia.

Presentibus testibus domino Berroverio milite d. Capitanei et *Bectino Pieri *³ eius precone.

Ser Stephanus Rustichelli notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt ^{ci^m} xij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum ^{ci^m} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii d. Potestatis sex nuntii d. Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris⁴ librarum et condempnationum, duo nuntii exactorum librarum detemptarum, tres nuntii Iudicis appellationum et Sindici, tres nuntii Castaldorum, decem et octo pensatores farine.

Item, si videtur Consilio quod emptio salis facta de xx^m stariis, ad rationem soldorum vij^{tem} et denariorum iij^{off} pro stario, *observetur*⁵ cum conditione quod venditor dicti salis conduci faciat ij^m staria grani de partibus Romandiole, ad vendendum in Orto Sancti Micchaelis, et x^m salis staria, retinendi in civitate Florentie et vendendi pro eodem pretio, si Comuni expedierit.

Lapus Rinuccini consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti officiales eligantur per presens Consilium per sextus.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Lapi.

[c. 24^a] Die vj^o mensis septembris. Alibi notatum est in quaterno Camere.

⁶In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus.

⁷Primo videlicet, de xxv libris dandis Cerre albergatori.

¹ * 3 *.

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per A."; e le solite sigle "a. n.", ma cancellate.

³ * Dino *. Voleva evidentemente scrivere *Dino del Galeria*.

⁴ Il testo "exatoris".

⁵ Supplito col riscontro del precedente Consiglio del 27 agosto.

⁶ Di fronte, nel margine interno: "per B."

⁷ Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo paragrafo, sono le solite sigle "a. n."

Item, paga domini Amalrici de Narbona pro duobus mensibus, videlicet septembris¹ et octobris, in summa qua fuit in duobus mensibus preteritis.

Item, super prorogatione termini electionis Potestatis, facienda usque ad medium mensis septembris.

²Item, super emendatione unius equi Cecchi filii magistri Benincase de Sartiano de conestabellaria Manentis comitis de Sartiano, in summa xxv florenorum auri.

Item, super emendatione unius equi * Vagini *³ filii Marinaii de Farneto olim stipendiarii Bulgaruccii olim constabilis, in quantitate xx florenorum auri.

Presentibus testibus domino Berroverio milite d. Capitanei et Bectino Pieri eius preconie, et aliis.

Dominus Bardus Angiolerii iudex surrexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

* Factis partitis *⁴ super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lvij *⁵ super prorogatione dicte electionis *; nolentes fuerunt xv.

Item placuit, super aliis omnibus, lxvij, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iij.

Die vij mensis septembris.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum proposuit d. Capitaneus predicta, heri deliberata in Consilio C virorum; excepto de dictis xxv libris.

⁶Lapus Rinuccini consuluit secundum propositiones.

Placuit lvj secundum propositiones, nolentes fuerunt iij.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Bectino Pieri preconie.

[c. 24¹] Die vij mensis septembris. Presentibus testibus suprascriptis. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus predicta.

Item, quid videtur dicto Consilio providere super petitione data super facto vie apertende in Burgo Scarpentariorum.

Item, quomodo eligantur duo exactores librarum detentarum et duo notarii cum eis.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod Piores eligant unum per sextum, qui eligant dictos exactores et notarios.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas et dictum predicti Sapientis.

⁷Item, constituti fuerunt Orlanduccius Razzi et Lippus Albertini ad vendendum bona Duccii filii Bonaiuncte, et Cambini filii sui, populi Sancte Trinitatis.

¹ Nel testo è scritto "setempbris".

² Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo paragrafo, le sigle "a. n.".

³ * Fag *, forse principio di *Fagini*.

⁴ * Facto partito *.

⁵ * secundum propositiones predictas *.

⁶ Precede un "D" cancellato. Forse il notaro voleva scrivere un altro nome.

⁷ Precedono in margine le solite sigle "a. n.".

Die x^o mensis septembris. Alibi notatum est in quaterno Camere.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus.

Primo videlicet, super absoluteione statutorum domini Capitanei et etiam Comunis Florentie, loquencium quod non possit deliberari vel Consilium teneri, vel reformari, de aliquo officiali refrimando in officio Comunis etc.

Item, super petitione librarum ducentarum expendendarum in reparatione Pontis Sancte Trinitatis.

²Item, ³petitio Duccii Risaliti super quantitate librarum ^{tem}vij et soldorum ^{cin}xj florenorum parvorum, solvendorum de summa librarum c que possunt expendi de presenti mense septembris per presens Consilium.

Item, de soldis centum florenorum parvorum solvendis Cerre albergatori, de dicta summa librarum centum.

Dominus Bardus Angiollerii iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Bonismus del Meglore surexit, et arengando consuluit idem.

Factis partitis particulariter per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit ^{ta}lxx super absoluteione dictorum statutorum secundum propositionem predictam: nolentes fuerunt ³iiij.

Item, super aliis omnibus, placuit ^olxvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt ^ov.

Presentibus testibus domino Berroverio milite d. Capitanei et Bectino Pieri eius preconone, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus predicta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium: excepto de libris septem et soldis ^{cin}xj dandis et solvendis Duccio Risaliti.

Item, de soldis centum solvendis Cerre albergatori.

Migliacius pelliparius surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit ^{ta}liij, super absoluteione dictorum statutorum, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt ^{or}iiij.

Item, placuit ^{tem}lvij, super alia propositione, secundum propositionem predictam; * nolentes fuerunt *

[c. 25^r.] Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quadam cedula.

⁴In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, presentibus Prioribus.

¹ Di fronte a questo e al successivo Consiglio, nel margine esterno: "per B."

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al paragrafo che segue: "a. n."

³ Qui si omette un "quod" che non dovrebbe esserci, e che forse è cancellato.

⁴ Nel margine interno, di fronte a questo e ai successivi Consigli: "per B."

Item, quid videtur Consilio providere super petitione porrecta super via aperienda in Campo Corbolini.

¹ Item, super aliqua gabella Comuni solvenda ab illis qui secundum formam statutorum possunt rebanniri, sine aliqua solutione Comuni facienda, ante quam cancellentur et eximantur; et quanta sit dicta gabella.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicta gabella sit quatuor denariorum pro libra.

Dominus Lopus Saltarelli iudex consuluit, quod exbanniti solvant tres soldos pro libra. Iacobus Trinchalaqua consuluit, quod sit in d. Potestate de quanta gabella solvenda. Dominus Teghia de Ciprianis iudex consuluit [†]

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum per d. Capitaneum, placuit, super facto dicte gabelle exbannitorum, duabus partibus et ultra, quod dicta gabella solvatur.

Facto partito ad pissides et balloctas super quantitate dicte gabelle, placuit lxxv quod dicta gabella sit duodecim denariorum pro libra: illi vero qui voluerunt quod dicta gabella sit solum quatuor denariorum pro libra fuerunt lxx.

Die xj septembris.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus de absoluteione capitulorum loquentium de electione Potestatis, et facientium devetum de aliquo vel aliquibus, quin non possit procedi ad electionem Potestatis libere faciendam.

Item, super petitione officialium electorum ad procurandum quod victualia ad partes Pontis Here transmictantur.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Bectino Pieri precone d. Capitanei. Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit, super prima propositione super absoluteione statutorum pro electione Potestatis, lxxij, secundum propositionem; nolentes fuerunt j solum.

Item, super alia ultima propositione, placuit *lvij*² secundum propositionem; nolentes fuerunt xv.

Die xij mensis septembris. Consilarii et Capitadines signati per "S" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitadinum xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta heri deliberata in Consilio C virorum.

Presentibus testibus d. Berroverio milite Capitanei et Bectino Pieri precone, et aliis.

Lopus Rinucini consuluit secundum propositiones predictas.

Super prima propositione, scilicet de absoluteione capitulorum pro facto electionis Potestatis, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super petitione predictorum officialium, placuit xl secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.

¹ Precedono, aggiunte sopra tra rigo e rigo, le solite sigle "a. n."

² *lx*.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Item, quod syndicus fiat pro Comuni, ad promittendum de conservando indemnes omnes qui in absoluteione statutorum pro facto Potestatis deliberassent proposuissent vel arengassent vel scripsissent.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Item constituti fuerunt syndici Cisti Maffarelli prece Communis ad predicta et Lapus Florecti, in solidum.¹

Die xv̄ mensis septembris.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus: Quid videtur Consilio providere super facto vini, ut abundantia affluenter vini habeatur.

Ser Stephanus Rustichelli notarius consuluit †

Braccinus del Maccha consuluit, quod predicta remaneant in domino Capitaneo et dominis Prioribus cum quatuor Sapientibus per sextum.

Paccinus Peruczi consuluit, quod caneve non fiant. Item, quod vinum mustum non vendatur ad minutum, usque ad kallendas novembris proxime venturas. Item, quod gabella solvatur de vino forensi, ad rationem soldorum xx pro congio.

Magister Cenni medicus consuluit, quod vinum mustum non vendatur ad minutum, usque ad kallendas ianuarii proxime venturas, prope ad civitatem Florentie per decem miliaria.

Ser Iacobus ser Vinisti †

Dominus Ranerius de la Gataia iudex consuluit, quod predicta remaneant in domino Capitaneo et in dominis Prioribus Artium, cum illis Sapientibus quos habere voluerint.

Presentibus testibus domino Beroverio milite domini Capitanei et Dino de la Gallera eius precone, et aliis.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Raynerii, et reducatur ad presens Consilium.

Item constituti fuerunt syndici Zangar Boninsegne de Becchinugiis et Aglone de Alleis ad vendendum bona Lapi del Forte populi Sancte Felicitatis, pronuntiati fugitivi et cessantis cum pecunia aliena.

[c. 25⁴] Die xviii^j mensis septembris. Signati per "p" non interfuerunt Consilio.

² In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium: Si videtur dicto Consilio utile fore pro Comuni teneri Consilia opportuna super approbandis ordinamentis heditis super facto vini.

¹ Qui termina il retto della carta 25, ed il tergo incomincia con questo ricordo: "Hic ponantur quedam notata in libro bambacis Potestatis, in Consilio Capitanei firmata, die xv̄ mensis septembris". Esiste infatti questo Consiglio a c. 42 t. (Quaderno II), e lo poniamo qui innanzi a quello del 19 settembre, con cui comincia questa carta 25 t.

² Nel margine esterno, di fronte a questo e a tutti i Consigli che seguono in questa pagina: "per A."

Ser Arrighus Graccie notarius surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas per dominum Capitaneum super predictis, placuit lxxv secundum dictum dicti ser Arrighi; nolentes fuerunt v.

Presentibus testibus domino Berroverio milite dicti d. Capitanei et Dino de la Gallera eius precone, et aliis.

Eodem die et testibus. Signati per "t" non interfuerunt Consilio.

In Consilio *speciali*¹ d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta, hodie firmata in Consilio Centum virorum, per dominum Capitaneum; presentibus Prioribus.

Loctus Guidi consuluit secundum propositionem predictam.

Dominus Ranerius de la Gataia iudex consuluit idem. Item, quod per Potestatem, Capitaneum et Priores, cum illis Sapientibus quos habere voluerint, provideatur² super concordia pro Comuni facienda cum emptoribus gabelle vini, secundum quod eis videbitur³ convenire: et valeat quidquid fecerint de predictis.

Factis partitis particulariter, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvij^{tem} secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt vij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, presentibus Prioribus.

Braccinus del Maccha surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Braccini supra proxime annotatum.

Die xxvij^o mensis septembris. Indictione v.

In Consilio generali et speciali et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quomodo et per quos videtur et placet dicto Consilio quod electio Sex de blado fiat et sex nuntiorum ipsorum Sex de blado.

Presentibus testibus domino Berroverio milite d. Capitanei et Bectino Pieri eius precone, et aliis.

Benci Amati consuluit, quod Priores eligant duos per sextum qui faciant dictam electionem predictorum Sex de blado, et predicti Sex de blado qui electi fuerint eligant eorum nuntios. Et fiat electio Sex de blado ad scrupinium, faciendo quinque sextus alium sextum.

Niti Cacciafuori consuluit, quod Sex de blado qui nunc sunt eligant futuros Sex de blado.

¹ *generali*.

² Il testo ha "provideant", come se innanzi avesse *Potestas, Capitaneus* ec., invece di "per Potestatem" ec.

³ Il testo ha "viderint".

Ser Donusdeus Dati consuluit, quod predicti Sex de blado, et eorum nuntii, eligantur per duos bonos viros per sextum eligendos per Priores.

* Facto partito *¹ ad sedendum et levandum per dominum Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum dictum Benci predicti.

[c. 26^r.] Die * viiiij *² mensis octobris. Alibi notatum est in quaterno Camere.

³In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, * notata in quadam cedula banbaxis *.⁴ Presentibus testibus domino Berroverio milite d. Capitanei et Bectino Pieri precone d. Capitanei, et aliis.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit secundum propositiones predictas.

Mari de Alleis surexit et arengando consuluit, quod non est utile teneri Consilium super facto illorum de Coniale et Sancti Appolinaris. In aliis omnibus, consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Ser Bene de Vaglia notarius surexit et arengando consuluit secundum dictum dicti Tornaquinci.

Ser Carradore Giraldi notarius surexit et arengando consuluit secundum dictum dicti Tornaquinci.

Dietaiuti del Veluto surexit et arengando consuluit secundum dictum Mari suprascripti. Factis partitis particulariter per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lv super facto illorum de Coniale et Sancti Appolinaris, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxij.

Item, super aliis omnibus, placuit lxxj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj.

Item, super petitione Sindicorum super facto depositorum, placuit liiiij^{or} secundum petitionem predictam; nolentes fuerunt iiiij.⁵

Eodem die.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{oim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta hodie firmata in Consilio Centum virorum: excepto de xxv libris expendendis de presenti mense octubris.

Presentibus testibus domino Berroverio milite d. Capitanei et Dino de la Galeria eius precone.

Gherardinus del Velluto surexit et arengando consuluit, quod non est utile teneri Consilium super facto illorum de Coniale et Sancti Appolinaris. In aliis omnibus, consuluit secundum propositiones predictas.

¹ * Factis partitis *.

² * octavo *.

³ Nel margine interno, di fronte a questo e ai due seguenti Consigli: "per A."

⁴ * Primo videlicet *. Cominciava a scrivere le proposte, poi non le scrisse essendo tutte notate in una polizza. Ma questa polizza manca.

⁵ Segue, a capoverso, un altro "Item" cancellato, preceduto da un segno di richiamo al paragrafo "Item" ec., ch'è in fine del Consiglio seguente. Non teniamo conto di questo richiamo, perchè quel paragrafo evidentemente appartiene a quel Consiglio e non a questo.

Nutus Marignolle surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas. Dominus Iacobus de Certaldo iudex surexit et arengando consuluit, super facto illorum de Coniale et aliorum, quod solvant libras et factiones simplices;¹ aliter non procedatur. Item, super facto depositorum, procedatur secundum petitionem, si deposita sunt posita ad introitum Camere, mandato Capitanei vel suorum Iudicum, et si sententia non esset data in contrarium.

Factis partitis particulariter per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xxv super facto illorum de Coniale et aliorum, secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxiiij.

Item, super aliis omnibus, placuit omnibus secundum propositiones predictas; * nolentes fuerunt*.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum: excepto de facto illorum de Coniale et aliorum, de quo aliqua non fuit facta propositio.²

Item, quid videtur Consilio providere super solutione peditum de Monte Chuccheri, pro duobus mensibus finiendis die xx presentis mensis.

[c. 26^t] Ser Rustichellus Bernardi notarius consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicta solutio fiat dictis peditibus. Item, quod dicti Aprobatores eligantur per sex Sapientes, unum per sextum, eligendos per Priores.

Facto partito ad sedendum et levandum per dominum Capitaneum, placuit omnibus secundum propositiones predictas.

Die xiiij mensis octobris.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quomodo et per quos eligantur notarius et nuntii futurorum Priorum.

D. Iacobus de Certaldo consuluit, quod Priores futuri eligant unum per sextum, qui eligant notarium et nuntios dictorum futurorum Priorum.

Ser Burnectus Latinus consuluit, quod Capitudines eligant unum notarium per sextum, et de ipsis notariis in presenti Consilio fiat scriptinium; et qui plures voces habuerit sit notarius, et Capitudines et Consiliarii cuiuslibet sextus eligant unum nuntium.

Placuit duabus partibus et ultra secundum dictum d. Iacobi.

Presentibus testibus ser Lapo de Sexto notario Priorum et Dino del Galeria preconē d. Capitanei, et aliis.

Die xvij mensis octobris. Alibi notatum est in quaterno Camere.

³In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta. Primo videlicet, petitionem Sex de blado.

¹ Il testo, per errore di penna, ha "simples".

² Il testo ha "propositione".

³ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

¹ Item solutionem Guillelmi Catellani et Iohannis de Chesta consistabilium lxxxiii^{or} equitum, non computatis suis personis in dicto numero, pro duobus mensibus initiatis die nono presentis mensis octobris; ad rationem *xl*² florenorum auri pro quolibet eorum consistabilium et eorum banderia et trumbeta, et decem florenorum auri per mensem pro quolibet dictorum equitum: quorum solutio est in summa ij xl florenorum auri.

Item, solutionem comitis Manentis de Sartiano, pro se et lviii^{em} equitibus, non computata sua persona in dicto numero, pro duobus mensibus initiandis in kallendis novembris futuri, ad rationem xxv florenorum auri pro ipso consistabili et x^{em} florenorum auri pro quolibet aliorum militum, per mensem; in summa *mccxxx*³ florenorum auri.

Item, solutionem Stephani de Bibiena, pro predictis duobus mensibus, ad eandem rationem; in summa vii^{em} xxx florenorum auri.

Item, solutio xxv peditum de Montecuccari, facienda Cello comiti⁴ de Montecuccari, pro ipsis peditibus vel eorum procuratori, pro duobus mensibus inceptis die xx mensis augusti; in summa librarum ij.

Item, Gano Foresii, pro se et consortibus, libre xvii^{em} et soldi xv, pro pensione domus et viridarii, a kallendis septembris usque ad medium *mensem octobris*⁵.

Ser Rogerinus ser Guillelmi consuluit secundum propositiones predictas.

*D.*⁶ Carrus ser Venisti consuluit, quod ratio Sex de blado fiat et reddatur, sicut fit et redditur et fieri et reddi debet ratio aliorum officialium. In aliis, acquievit dicto predicti Sapientis.

Ser Bene de Vallia, super dicta petitione Sex de blado, consuluit secundum dictum predicti ser Rogerini.

Factis partitis, et primo super petitione Sex de blado, placuit xlv secundum petitionem: nolentes fuerunt xxviii^{em}.

Item, super aliis omnibus propositionibus, placuit lxvii^{em} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj.

Presentibus testibus ser Gianni Syminecti notario Priorum et Dino del Galeria precone d. Capitanei.

Die xvii^{em} mensis octobris, et presentibus testibus suprascriptis.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum proposuit d. Capitaneus predicta heri deliberata in Consilio C virorum.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit l^a secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt v.

¹ Precedono le solite sigle "a. n."

² *lx*.

³ *mille xx*.

⁴ Sotto la prima sillaba di "comiti" è la preposizione "de", che il notaro avea scritta troppo presto e quindi ripeté.

⁵ *mensem augusti*.

⁶ *Ser*.

[c. 27^{ra}] Die xvii^o mensis octobris.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.
Ser Ursus de Varaczano consuluit secundum propositiones.
Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xxiii^o mensis octobris.

¹In Consilio speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{ci}xij maiorum Artium et aliorum Sapientum proposuit dominus Capitaneus de parlamento suspendendo toto tempore presentium Priorum.

Dominus Teghia de Ciprianis iudex consuluit, quod parlamentum fiat.

Niti Cacciafuori consuluit, quod parlamentum suspendatur secundum propositionem predictam.

Facto partito ad sedendum et levandum per d. Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Niti.

Presentibus testibus Dino de la Gallera precone d. Capitanei et Micho filio Ugholini eius nuntio, et aliis.

Die xxvij^o mensis octobris.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, * que sunt notata in quadam cedula banbacis *.²

Presentibus testibus ser Gianni Siminecti notario dominorum Priorum et Dino de la Gallera precone d. Capitanei, et aliis.

Ser Bene de Vaglia notarius surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas; et quod custodia castrorum de Cappelvole et Montiscuccheri custodiantur pro duobus mensibus.³

Lapus Gualterocti consuluit, quod castrum de Cappelvole custodiatur pro sex mensibus.

* Facto partito *⁴ * particulariter * super predictis supra propositis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxvij^o⁵ secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt v.

Die xxviii^o mensis octobris.

Dicta die iuraverunt Iudices, Milites, notarii et beroarii d. Capitanei.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{ci}xij maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xxvij^o dicti mensis octobris: excepto de xxv libris expendendis ad voluntatem Priorum.

Presentibus testibus Bectino Pieri precone d. Capitanei et Micho Ugholini eius nuntio, et aliis.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e ai Consigli che seguono: "per A."

² * Primo videlicet *.

³ Così il testo; ma si spiega e corregge facilmente l'errore, massime confrontando col seguente parere del Gualterotti.

⁴ * Factis partitis *.

⁵ Si omette "quod castrum", cancellato.

Ser Ubertus de Carraria notarius consuluit secundum propositiones predictas. Factis partitis particulariter per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum, et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvj^{ex} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt x.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo et per quos eligi debeant sex nuntii d. Potestatis, sex nuntii d. Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris librarum et condemnationum, tres nuntii cum Iudice appellationum et Sindico, tres nuntii Castaldorum, duo nuntii cum exactoribus librarum detentarum; item decem et octo pensatores farine.

[c. 27⁴] Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti officiales eligantur per sextus.

Dominus Iacobus de Certaldo iudex consuluit, quod dicti officiales eligantur per duos bonos viros per sextum, eligendos per Priores.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum per dominum Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas. Item, quod dicti officiales eligantur per sextus.

Die ultimo mensis octobris.

¹ In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta. Primo videlicet, super facto tallie.

Item, super solutione mercatorum qui detulerunt mercatum in exercitum factum contra Pisanos, de mense octobris presentis, per Pellam Gualduccii, Bonaiuntam de Medicis et Pagnum Bordonis, officiales ad hoc deputatos; de quantitate v^o librarum, eisdem, per Camerarios, dicta de causa exhibitarum, et de cl libris ad eos perventis vel perveniendis de ordeo Communis quod erat apud Empoli: quam solutionem faciant secundum provisionem factam per Priores, vel per ipsos officiales super solutione dictorum mercatorum. Et de solvendo duobus notariis et tribus nuntiis qui steterunt cum ipsis officialibus, ad rationem lxxj denariorum pro quolibet notario et soldorum duorum pro quolibet nuntio, per diem.

Presentibus testibus ser Gianni Syminecti notario Priorum et Bectino Pieri precone Capitanei, et aliis.

Noffus Quintavalle consuluit,² quod tallia sit usque in iij; et Capitaneus non sit ultramontanus, francigena vel provincialis, sed italianus, nec etiam milites: et quod alii syndici inducantur ad hoc. In alia propositione consuluit secundum propositionem.

Ser Carradore Giraldi consuluit secundum propositiones: salvo quod Capitaneus sit ytalianus.

Rucchus Savini consuluit secundum propositiones: salvo quod que provisa fuerint super facto tallie reducantur ad presens Consilium.

¹ Di fronte a questo e al Consiglio che segue, nel margine esterno: "per B."

² Qui è un "secundum" cancellato.

Albicinus Rinierii consuluit secundum propositiones: salvo quod Capitaneus non sit aliquis qui fuerit a ^{or}iiij annis citra.

Placuit xlv secundum propositionem factam, super solutione predictorum mercatorum; nolentes fuerunt xxvj.

Die secundo mensis novembris.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis de presenti mense novembris ad voluntatem dominorum Priorum.

Item, super facto talie.

Item, super facto provisionis facte per quosdam sapientes viros, ex commissione in eos facta per Priores super facto terreni quod est post domos Burgi Omnium Sanctorum, secundum quod scriptum est manu ser Barlecti notarii: lecta in presenti Consilio ipsa provisione per predictum ser Barlectum notarium.

Presentibus testibus ser Gianni Siminecti notario dominorum Priorum et Dino de la Gallera precone d. Capitanei.

Dominus Gualterius de Ghangareto iudex surexit et arengando consuluit, quod non est utile teneri Consilium¹ super facto tallie et Capitanei secundum modum predictum.

In aliis consuluit secundum propositiones predictas.

[c. 28^r.] Ser Bene de Vaglia notarius consuluit secundum propositiones predictas: hoc adito, quod precium tereni vendendi ut dictum est perveniat ad Camerarios et non ad aliquos depositarios; et postea expendatur et convertatur secundum quod dictum est in sententia Sapientum.

Noffus Quintavalle surexit et arengando consuluit, quod tallia sit de iiij militibus et non plus.

Ser Rogerinus ser Guillelmi Berrovardi notarius surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Rucchus Savini surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas per dominum Capitaneum, super facto tallie, secundum quod provisum est, placuit liij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxviiiij.

Item, super expensis ^{cm}xxv librarum, placuit ^{cm}lxviiiij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt ^{cm}xiiij.

Item, super propositione facta super facto dicti terreni, placuit *lxv*² secundum propositionem; cum adicione ser Beni suprascripti, super pretio terreni ad Cameram perveniendi: nolentes fuerunt xvij.

Die tertio intrante mense novembris.

³ In Consilio speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{cm}xij maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum omnia que die secundo dicti mensis firmata fuerunt in Con-

¹ Scritto due volte "Consilium".

² *lxviiiij*.

³ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B.".

silio Centum virorum; excepto de xxv libris expendendis ad voluntatem Priorum; et excepto de terreno Burgi Omnium Sanctorum.

Item, proposita fuerunt omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die ultimo mensis octobris.

Presentibus testibus Dino de la Gallera precone dicti d. Capitanei et Gherarduccio Bonaccursi nuntio domini Capitanei, et aliis.

Migliaccius Salvi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit *lij*¹ super factotallie secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt *viij*².

Item placuit lij super facto solutionis mercatorum qui obtulerunt mercatum in exercitum, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, presentibus Prioribus.

Item, quomodo et per quos eligantur duo bannitores domini Capitanei.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti bannitores eligantur hoc modo, videlicet. In sextibus Sancti Petri Scradii, Sancti Pancratii, Porte Domus et Porte Sancti Petri, eligat quilibet sextus unum banitorem, et postea³ fiat scrupptinium inter dictos quatuor sextus; et illi duo qui plures voces habuerint sint bannitores.

[c. 28^a] Chiarescia de le Bandelle consuluit, quod sorte brevium dirimatur, inter dictos quatuor sextus, in quibus duobus sextibus eligi debeant; et illi de dictis duobus sextibus eligant dictos bannitores ad brevia. In aliis, consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum per dominum Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum dictum *Bandini*⁴ predicti.

Die viij mensis novembris.

⁵ In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de conducendo ad stipendia Communis Florentie dominum Micchaelem de Arectio in capitaneum et pro capitaneo xxxviii^{sim} militum seu equitum, non computata persona sua in numero antedicto, pro duobus mensibus iniciandis die sexto decimo presentis mensis novembris, ad soldum et pacta solita. viij xxx floreni auri.

Item, super decem petitionibus porrectis per quosdam soldados, super emendatione decem equorum.

¹ *lij*.

² *viij*.

³ Il testo "poste".

⁴ *Latini*.

⁵ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai successivi due Consigli: "per B."

Item, super solutione facienda tribus soldatis de conestabellaria Guidoctini de Poczo, pro duobus mensibus, secundum petitionem super hoc porrectam.

Item, super petitione creditorum Francisci Boninsegne, super licentia sibi danda per unum mensem.

Item, super petitione Ruffoli de Ruffolis olim castellani Pietre Sancte et duorum suorum peditum.

Item, super petitione Berti quondam Liscii domini Stoldi, pro solutione custodie castri Montis Tignosi, pro octo mensibus.

Item, super solutione iam facta per Camerarios nuntiis Potestatis et Capitanei, pro mensibus septembris et octobris, ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum.

Item, super solutione facienda nuntiis dominorum Priorum, pro duobus mensibus initiatis in medio mensis octobris proxime preteriti, ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum.

Presentibus testibus domino Federigho¹ milite domini Capitanei et Bectino Pieri eius precone, et aliis.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis, ad pissides et balloctas, placuit lx^a secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt x.

Die viii^o mensis novembris.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum^{im} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus omnia predicta heri deliberata in Consilio C virorum.

Presentibus testibus d. Frederico milite Capitanei et Bectino Pieri precone d. Capitanei. D. Donatus d. Alberti consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit² xlviij secundum propositiones, nolentes fuerunt xiiij^{im}.

Die eodem et testibus.

In Consilio generali *d. Defensoris*³ proposuit d. Capitaneus predicta.

Item, super petitione porrecta per syndicos Comunis de Certaldo in presenti Consilio. Lapus Rinuccini consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, non preiudicando iuri et iurisdictioni Comunis Florentie.

[c. 29^o.] Die xv^o mensis novembris.

⁴In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio predicto utile fore pro Comuni predicto teneri Consilia super facto cavallatarum imponendarum pro uno anno, initiando in kallendis ianuarii venturi, ad salarium L flo-

¹ Si omette un "d". Forse voleva scrivere *de* e poi il cognome; o forse, e più probabilmente, il "domini" che viene appresso.

² Si omette "quasi", cancellato. Pare intendesse scrivere *quasi omnibus*.

³ *Comunis*.

⁴ Nel margine interno, di fronte a questo e agli altri Consigli: "per B."

renorum auri pro quolibet eorum, in numero vj; cum certis aliis provisionibus factis et etiam per Priores faciendis, cum consilio Sapientum: secundum quod notatum est in quadam cedula.

Item, super bailia danda Prioribus, per se vel alios quos habere vellent, *quod* possint providere super electione et electionibus Priorum in futurum faciendis, prout et secundum quod viderint convenire et utile fore; et valeat et teneat quicquid factum fuerit etc.

Presentibus testibus ser Gianni de Syminectis notario Priorum et Leone Poggi precone d. Capitanei.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit secundum propositiones predictas.

D. Gualterius de Gangareta consuluit, super bailia Priorum super electione Priorum, quod utile non est teneri Consilium. Item, super facto cavallatarum, acquievit dicto predicti Sapientis, et consuluit idem.

Noffus Quintavalle consuluit secundum propositionem, super electione Priorum; dummodo reducat ad presens Consilium quod factum fuerit. Item, super facto cavallatarum consuluit, quod utile *non est*¹ teneri Consilium de facto cavallatarum secundum dictum modum.

Compagnus Ricardini consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod cavallate sint solummodo iiij.

Gerardus Dietesalvi consuluit secundum propositionem cavallatarum. In alia propositione, acquievit dicto predicti Compagni.

Ser Bene de Vaglia consuluit in omnibus secundum propositiones predictas.

Ser Lapus de Mugnone consuluit, quod provisio Priorum reducat ad presens Consilium, ante quam procedatur ad alia Consilia, super electione Priorum.

Factis partitis per Capitaneum, et primo super facto electionis Priorum, placuit l^a secundum propositionem; nolentes fuerunt xx.

Item, super facto cavallatarum, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus.

In dicto Consilio C virorum proposuit Capitaneus, quod expense librarum xxvj fieri possint secundum provisionem Priorum.

Rucchus Savini consuluit secundum propositionem.

Placuit lxv secundum propositionem, nolentes fuerunt v.

Eodem die * et testibus*.

In Consilio *speciali*² d. Defensoris et Capitudinum xij maiorum Artium proposuit Capitaneus predicta hodie deliberata in primo Consilio C virorum.

Presentibus testibus d. Frederico milite d. Capitanei et Leone Poggi precone, et aliis.

D. Donatus Alberti consuluit secundum propositionem cavallatarum: cum hac additione,

¹ * est*.

² * generali*.

quod cavallate sint v. Item, super facto electionis Priorum, consuluit, quod non est utile teneri Consilium.

D. Ugho Altoviti consuluit secundum propositiones predictas.

Banchus d. Cereterii consuluit, quod propositio¹ electionis Priorum diferatur.

Puccius Bellondi consuluit secundum dictum d. Hugonis.

Placuit, super facto electionis Priorum, xlv^o, secundum propositionem; nolentes fuerunt
xv.

Item, super facto cavallatarum, placuit xlvij^o secundum propositionem; nolentes fuerunt xij.

[c. 29^o] Eodem die et testibus.

²In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus predicta.

Item, quomodo eligantur duo exactores librarum detentorum et eorum notarii.

Chiaressus consuluit, quod Priores eligant unum per sextum, qui eligant dictos exactores et notarios. In aliis, consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod predicta propositio facta super electione Priorum differatur ad presens, et super ea provideatur et deliberetur, et postea reducatur ad presens Consilium. Item, quod predicta proposita super facto cavallatarum firma sint: hoc addito, quod alicui exbannito Communis non detur cavallata.

D. Neri de la Gataia consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus, super facto electionis Priorum, secundum propositionem.

Item, idem placuit de facto cavallatarum.

Item, de electione predictorum officialium, secundum dictum dicti Claresi.

Die xxj^o mensis novembris.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Primo videlicet, super eo quod dominus Potestas possit sibi que liceat retinere in regimine potestarie civitatis Florentie, in sex et pro sex mensibus venturis, iniciandis in kallendis ianuarii, aliquos ex Iudicibus, Militibus, notariis, domicellis et beroariis, quos et quot voluerit, ex illis videlicet quos habuit et tenuit et nunc habet et tenet in presenti regimine; non obstante aliquo statuto. Et quod d. Iohannes collateralis d. Potestatis potuerit et possit stare in officio assessoratus pro tribus mensibus presentibus, non obstante quod steterit in dicto officio pro tribus preteritis mensibus.

Item, super eo quod domini Priores possint providere, per se et illos Sapientes quos habere voluerint, super solutionibus faciendis apostantibus seu capientibus exbannitos; et quomodo credi et stari debeat de captione et apostatura, ita quod solutio fiat eisdem, que fieri debet secundum formam ordinamentorum de hoc loquentium: dummodo solutio fiat per Camerarios Communis Florentie et ad Cameram dicti Communis; et valeat³ quicquid fecerint.

¹ Prima, aveva scritto "de elect.", cioè "de electione", poi cancellò il "de" e vi sovrappose "propositio".

² Di fronte a questo e al successivo Consiglio, nel margine esterno: "per B."

³ Il testo: "valeant".

- Item, super reparatione et claudenda Pallatii Comunis facienda, sicut opus fuerit, et super expensis propterea faciendis, usque in quantitatem librarum centum florenorum parvorum, solvendarum illi persone seu officiali ad hoc eligendo per Priores, per quem expense necessarie in predictis possint fieri, sicut sibi videbitur.
- Item, de xxv libris expendendis, de presenti mense novembris, ad voluntatem Priorum.
- Item, petitionem Pieri qui moratur ad Cameram Comunis, de solutione ei facienda occasione quod nutrit leopardum Comunis, pro sex mensibus initiatis in kallendis iulii, ad solitum salarium; ¹ in summa librarum v et soldorum * iij *.²
- Item, de solutione facienda domino Gherardo de Tornaquincis vicario in partibus Mucelli, et ser Dutti Maghinardi; videlicet dicto d. Gherardo pro tempore unius mensis incepti in kallendis mensis novembris, et dicto suo notario pro xxiii^{or} diebus initiatis die sexto mensis novembris, ad rationem * librarum *³ sexaginta per mensem pro ipso Vicario, et ad rationem soldorum quindecim pro dicto notario per diem.
- Item, super petitione officialium redditus vini.
- Item, petitionem quorundam mullateriorum, de solutione eisdem facienda pro tribus diebus, ad rationem soldorum xij^{oim} pro quolibet mulo, et tribus ex eis soldorum octo pro quolibet mulo, pro uno die.
- [c. 30^r.] Item, petitionem Restori banitoris mortorum, de solutione ei facienda pro decem mensibus, inceptis die duodecimo mensis februarii, ad rationem soldorum xx^{oim} per mensem et ad rationem mensis.
- Item, super * emendatione *⁴ unius ronzini ser Rogerii Hugonis Albiczi, in quantitate x^{oim} florenorum auri.
- Item, super emendatione unius equi Iohannis Durantis de masnada Guillelmi Catallani, in quantitate xvij^{oim} florenorum auri.
- Item, super emendatione equi Tingne de masnada Stephani de Bibiena, in quantitate xvij^{oim} florenorum auri.
- Item, super emendatione equi Doffi de masnada Naldi de Perusio, in quantitate xv^{oim} florenorum auri.
- Item, super solutione facienda Naldo Beliorsis olim constabilis Comunis Florentie, pro septem diebus, usque in quantitatem l^{oim} florenorum auri, faciendo finem de emendatione duorum equorum.
- Item, super solutione facienda Cingho de Altovitis castellano castris de Leccio.⁵
- Item, super petitione Buschie de Ostina castellano castris de Ostina, de solutione ei facienda pro sex mensibus.⁶
- Item, super petitione Paczini de Uccellinis castellano castris de Caposelvoli.⁷
- Item, super petitione sindici Comunis et hominum de Fighino.⁸
- Item, super expensis librarum xxxij^{oim} florenorum parvorum expendendarum in actamine campane domini Capitanei.

¹ Il testo ha "pro sex mensibus, ad solitum salarium"; e aggiunto dopo, di seguito: "initiatis in kallendis iulii; in summa" ecc.

² * v *.

³ * soldorum *.

⁴ * extimatione *.

⁵ Segue una riga bianca.

⁶ Un'altra riga bianca.

⁷ Altre due righe bianche.

⁸ Un'altra riga bianca.

* Item *.

Presentibus testibus ser Gianni Syminecti notario Priorum et Leone Poggi precone d. Capitanei.

Rucchus Savini consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Albicus Alonis consuluit secundum propositiones: salvo de petitione victigalium, super qua consuluit, quod non est utile teneri Consilium.

Factis partitis particulariter ad pissides et balloctas per dominum Capitaneum super predictis, primo super petitione vetigalium, placuit xlvj secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxv.

Item, super aliis omnibus, placuit lj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xx.⁴¹
Presentibus testibus ser Gianni de Siminectis notario Priorum et Leone Poggi precone domini Capitanei.

Die xxij^o mensis novembris.

¹In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum xij^{im} maiorum *Artium* proposuit d. Capitaneus omnia predicta, presentibus Prioribus.

Item, negocium sententie date super facto terreni Omnium Sanctorum; lecta ipsa sententia per ser Barlectum.

Presentibus testibus d. Frederico de Sancto Genone milite Capitanei et Leone Poggi precone, et aliis.

Miglaccius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lj secundum propositionem predictam, nolentes fuerunt iiij.^{or}

[c. 30⁴] Die xxij^o mensis novembris.

Presentibus testibus suprascriptis.

²In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus omnia predicta.

Chiaruccius consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Die xxviii^o mensis novembris. Alibi notatum in quadam cedula et in quaterno Camere.

³In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus *Artium*.

Primo videlicet, de libris centum expendendis in fortificatione castri de Laterino, solvendis et dandis per Camerarios officiali ad hoc per Priores eligendo, seu sindaco Communis Laterini, pro ipsis expendendis in opere fortificationis cassari dicti castri.

Item, super eo quod finis fiat pro Comuni Florentie, per syndicum ad hoc ordinandum, domino Amalrico de Narbona, generaliter; dummodo finem faciat Comuni, et restituat

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B. "

² Di fronte, nel margine esterno: "per B. "

³ Di fronte c. s.: "per A. "

- dicto Comuni *ccvj*¹ florenos auri, soldos iiij vel circa, quos restituere debet dicto Comuni, visa ratione de predictis per bonos viros per Priores ad hoc electos.
- Item, super quantitate xl^a florenorum auri solvenda domino Potestati, pro mendo unius equi; et quod restituat dictum equum Camere Communis.
- Item, de emendatione unius equi Megloris de Roma, de conestabellaria Manentis de Sartiano, in quantitate xxv florenorum auri.
- Item, de emendatione unius equi Pauli de Cortona, de dicta conestabellaria, in quantitate xx florenorum auri.
- Item, de emendatione unius equi Citadini de Marcena de dicta conestabellaria, in quantitate xl^a florenorum auri.
- Item, de emendatione unius equi Burlafave de Montepulciano, de dicta conestabellaria, in quantitate xxvij florenorum auri.
- Item, petitionem canevariorum salis, de solutione eis facienda.
- Item, petitionem Rossi del Fornaio et sociorum.
- Item, petitionem Bindi de la Badessa, de solutione ei facienda.
- ² Item, petitionem Lapaccii de Adimaris et sociorum.
- Item, petitionem Benghi quondam Bonsegnoris mariti Serotine.
- Item, de suspendendo impositionem et distributionem salis que fieri debebat pro presenti anno, secundum ordinamenta Gabelle.
- Item, quod venditio redditus vini comitatus pro ccc x libris, facta Nigoczino de Cassa, potuerit fieri, non obstante venditione prius facta ad incantum Iohanni de Giugnis, pro clxxxv libris.³
- Presentibus testibus ser Gianni Syminecti notario dominorum Priorum et Braccino Braccii precone domini Capitanei, et aliis.
- Noffus Quintavalle consuluit secundum propositiones predictas.
- Facto partito per dominum Capitaneum super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, placuit lxij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xij.

[c. 31^r.] Eodem die.

- ⁴In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium:⁵ Quomodo et per quos videtur et placet dicto presenti Consilio quod electio Sex de blado fiat, et sex nuntiorum ipsorum Sex de blado.
- Item, quomodo et per quos eligi debeant officiales ad signandum vinum in civitate et comitatu, infra tria miliaria, et ad exigendam gabellam dicti vini.
- Item, quomodo et per quos eligi debeant officiales ad sindicandum illos ad quorum manus pervenit de pecunia Communis, et quot esse debeant dicti officiales.
- Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod Priores cum duobus per sextum provideant in predictis, et faciant dictam electionem.
- Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad sedendum et levandum, pla-

¹ * ccxij^{cim} *.

² Di fronte, a questo e all' "Item" che segue: "a. n."

³ Seguono due righe bianche.

⁴ Nel margine interno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: "per A."

⁵ Si omette "omnia que firmata fuerunt in Consilio C.", cassato.

cuit quasi omnibus in dicto Consilio existentibus, quod in predictis provideatur secundum dictum dicti Sapientis.

Presentibus testibus domino Frederico de Santo Genone milite domini Capitanei et Leone Poggi eius preconae, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitulum ^{ci}m maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia que hodie firmata fuerunt in Consilio Centum virorum. Magister Ghuccius medicus surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Ninus de Cantoribus notarius surexit et arengando consuluit, super facto gabelle vini, *quod* non est utile teneri Consilium. In aliis, consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per d. Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xxxviiiij super facto gabelle, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxj.

Item, super aliis omnibus, placuit xliij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xvij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitulum ^{ci}m maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia predicta.

Latinus Bonacursi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die v̄ mensis decembris.

¹ In Consilio C virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum, de presenti mense decembris.

Item, sententiam per quosdam officiales latam super facto illorum qui emerunt gabelam vini, pro anno presenti, scriptam per ser Paolum Cambii notarium.

Item, super quadam petitione facta super *venditionibus*² bonorum fugitivorum firmis habendis.³

Item, super facto etatis Iudicis appellationum, electi pro anno futuro.

[c. 31⁴] Item, petitionem ser Lapi Bonamichi et ser Phylippi Iunte notariorum, de solutione eis facienda, in quantitate decem et octo librarum florenorum parvorum, pro exemplatura duorum statutorum domini Capitanei.

Item, super quantitate mille librarum, de pecunia Comunis solvendarum domino Iudici Galurensi, vel suo procuratori.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

² *venditione*.

³ Questa proposta fu cassata dal notaro, dopochè, posta ai voti, fu respinta; come si vede in fine del Consiglio, dal corrispondente partito.

Item, salarium Arbitrorum, in quantitate librarum sex florenorum parvorum per diem quamlibet, pro tempore quo steterint.¹

Presentibus domino Fredericho de Santo Genone milite domini Capitanei et Leone Poggii eius preconne, et aliis.

Compagnus Ricardini consuluit secundum propositiones predictas; salvo de salario Arbitrorum, in quo consuluit quod nichil fiat.

Dominus Carus ser Venisti iudex consuluit secundum dictum Compagni, salvo de petitione fugitivorum.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit, quod Arbitri habeant soldos centum pro suo salario, per diem. In aliis omnibus consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit xv super salario Arbitrorum, quod habeant soldos centum pro eorum salario; nolentes fuerunt lxv.

Item, placuit xxviii^{im} super petitione venditionum bonorum fugivitorum, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt lj.

Item placuit lxxij super aliis omnibus, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt viij.

Die vj mensis decembris.

²In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus infrascripta.

Primo videlicet, negocium sententie late per quosdam sapientes viros super terreno Burgi Omnium Sanctorum, secundum quod alias, die secundo mensis novembris, firmatum fuit in Consilio Centum virorum.

Item, omnia que die v presentis mensis decembris provisata fuerunt in Consilio Centum virorum: hiis exciptatis que in dicto Consilio non obtinuerunt.

Presentibus testibus domino Fredericho de Sancto Genone milite domini Capitanei et Leone Poggii eius preconne.

Dominus Gherardus de Vicedominis iudex consuluit secundum propositiones predictas: hoc adito, quod pecunia que pervenerit ad Cameram de terreno predicto non possit expendi nisi in hiis que continentur in sententia predicta, usque ad integram observationem ipsius sententie; et Camerarii qui pro tempore fuerint teneantur et debeant ipsam pecuniam salvare occasione predicta, et successive suis successoribus assignare.

Ser Lopus de Mugnone consuluit idem.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvj^{im} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt x.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum proposita fuerunt predicta.

¹ Anche questa proposta fu poi cassata, per la ragione accennata sopra.

² Nel margine esterno, di fronte a questo e ai successivi Consigli: "per B."

Amadore de Tedaldinis consuluit secundum propositiones predictas.
Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Die xj mensis decembris.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum ^{um} xij maiorum Artium, in ecclesia Sancti Petri Scradii, proposuit Ughe Aldobrandini de numero Priorum: Si videtur Consilio quod acta Potestatis et sue familie, et Iudicis appellationum et Sindici, et Sex Iudicum curiarum *tollantur*;¹ et quod ferie indicantur usque ad kallendas ianuarii, secundum formam statutorum.

Miglaccius pelliparius consuluit secundum propositionem.

Placuit omnibus secundum propositionem.

Presentibus testibus ser Gianni Syminecti notario Priorum et Leone Poggi precone.

Item, in eodem Consilio aprobata fuerunt capitula d. Capitanei.²

Quaderno II, cm. 31×23. Carte 32-54, delle quali sono bianche la 47^a e le 48-54. La carta o pezzo di carta 39 è di cm. 30×11.

1290, 8 gennaio — 1291, 29 dicembre.

[c. 32^r.] Sancti Spiritus nobis adsit gratia amen.

In Dei nomine amen. Anno sue salutifere Incarnationis Millesimo cc lxxx, Indictione iij.
Tempore regiminis domini Guilliemi de Putaliis de Parma civitatis et Comunis Florentie potestatis, et domini Beccadini de Artinixiis de Bononia defensoris et capitanei civitatis Florentie.

Die iij mensis ianuarii, mercurii.

In Consilio speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus predictus: Si videtur Consilio quod Comuni Montisvarchi, pro sex mensibus initiatis in kallendis ianuarii proxime preteritis †

Die iij mensis ianuarii.

In Consilio generali Comunis Nutus Marignoli camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, presentibus Prioribus, proposuit infrascripta.
Presentibus testibus Cisti Mafferelli et Tura del Grillo precone Comunis, et aliis.

¹ Supplito col riscontro della rubrica v del primo libro del più antico Statuto superstite del Capitano del popolo "De curiis elevandis et actis tollendis".

² Qui, in fine della pagina, verso il margine interno, è scritto in due versi questo ricordo: "Hic ponantur quedam notata in quodam folio". E sopra, in altri due versi, è aggiunto quest'altro: "Hic ponantur quamplura in diversis diebus edita". Tutte queste cose mancano; ma quali esse fossero, può ricavarsi, in parte se non in tutto, dai corrispondenti Consigli del Comune registrati nel seguente Quaderno II, che arriva al 29 dicembre.

Primo videlicet, si videtur dicto Consilio quod Camerarii dicti Comunis solvant comiti Manenti, pro se et aliis ^{em}xlviij militibus, ad solitam rationem, soldum solitum, pro duobus mensibus initiatis in kallendis ianuarii proxime preteritis, quod est ^{tem}viiiij ^{tem}xxviij florenorum auri.

Item, Stephano de Bibbiena, pro se et aliis ^{em}xxviiiij militibus, solitum soldum, pro predictis ^{tem}ij mensibus, scilicet ^{tem}lxviij florenos auri.

Item, Francisco de Rippatransone, pro se et aliis ^{em}viiiij equitibus, ad rationem ^{ex}vij florenorum auri per mensem, pro quolibet eorum, pro ^{cem}x diebus inceptis die ^oxv mensis decembris, ^oxx florenos auri.

Item, in alia parte, eidem Francisco, pro se et aliis ^{oim}xiiiij equitibus, ad rationem ^{oim}xij florenorum auri pro ipso Francisco consistabili, paga dupla, banderia et trumbeta, cum duobus equis, et ^ovij florenorum auri pro quolibet aliorum equitum per mensem, pro duobus mensibus inceptis die ^oxxv mensis decembris, centum ^olxxxij florenos auri. Qui omnes sunt in summa ^oij * ^{oim}xij * ^o1 floreni auri.

Item, illis quibus cavallate imposite fuerunt de mensibus martii, aprilis vel maii proxime preteritis, a die quo consignaverunt usque ad kallendas octobris proxime preteritas, ad rationem ^oxl florenorum auri per annum et ad rationem anni: dummodo constet de consignatione.

Item, d. Amalrico et militibus suis, pro ^oxx diebus inceptis finito tempore quo servire debebat, ad solitam rationem.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ^oij ^olxj secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt ^oxxviiiij numero computati.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis, per Potestatem, Priores et Consiliarios, constituti fuerunt syndici, quos Priores voluerint nominare, ad conducendum predictos soldados, pro predicto tempore, ad solita pacta et stipendia predicta: et fuit Ubaldinus Struffaldi masarius Camere.

Die ^oviii mensis ianuarii. Alibi notatum est in quaterno bambacis et in quadam cedula.

Presentibus testibus d. Iacobino assessore collateralis Potestatis et Guidone Albarolli nuntio Pallatii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas: Si videtur dicto Consilio quod nobilis vir d. Gerardus de Tornaquincis, electus potestas Civitatis Castelli, pro sex mensibus venturis initiandis in medio mensis ianuarii, dictum regimen acceptare possit, satisfidando ipse vel alius pro eo, secundum quod tenetur per formam statutorum.

D. Lopus de Manellis consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit omnibus secundum propositionem.

Item, in eodem Consilio, constituti fuerunt syndici d. Neri de Pilliis et d. Albicuz Corbinelli iudices in solidum ad eligendum Capitaneum tallie, et ordinandum soldum et

^o1 * ^oxx *.

salarium ipsius et militum et pacta et alia: dummodo non obligent Comune || Florentie nisi || pro sua p[ar]te ||.

[c. 32^o] Die xi^o mensis ianuarii.

In Consilio LXXXX^a et Capitulum^o xi^o maiorum Artium, presentibus Prioribus, approbata fuerunt Ordinamenta Potestatis,¹ ad pissides et balloctas, secundum formam statutorum.

Presentibus †

Placuit lxxvj, de primo ordinamento contradictionis;² nolentes fuerunt xxx^a.

Item, placuit c quod alia omnia ordinamenta sint firma, salvo si non essent contra statuta; nolentes fuerunt vj solum.

Die xii^o mensis ianuarii.

In Consilio generali Comunis iuravit d. Ugo iudex Potestatis, computato sibi iuramento per me B. notarium subscriptum.

Presentibus testibus d. Iacobino de Signatico iudice et collaterali assessore dicti d. Potestatis, et Cardinale Benincase preconone Comunis, et aliis.

Item, in eodem Consilio, commisse fuerunt imbreviature ser Ristori Drudoli et ser Drudoli olim ser Ristori, et ser Ristori avi dicti ser Ristori, ser Raynerio notario filio quondam Maffei de Quertzeto.

Item commisse fuerunt ser Pagno filio Detaiuti de Gangareto notario imbreviature quondam ser Naldi notarii de Gangareto.

Item commisse fuerunt ser Andree notario filio Guiduccii de Ponturmo imbreviature olim ser Nicholay Paganelli de Pontormo notarii.

Die xvij^o mensis ianuarii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod ea que facta sunt super scambio dato, primo Mugnaino filio domini Teste, et postea d. Teste pro scambio Mugnaini sui filii, valeant et teneant et ratificata sint huius auctoritate Consilii.

Item, si videtur Consilio quod dominus Tribaldus de Giandonatis, electus potestas Vulterre pro sex mensibus venturis, initiatis in kallendis ianuarii preteritis, possit acceptare ipsum regimen, satisdando ut tenetur etc.

Item, quomodo et per quos debeant eligi c boni viri per sextum, qui debent trahere ad ignem extinguendum.³

Presentibus testibus d. Iacobino de Signatico assessore Potestatis et Lapo Florecti preconone. D. Bote de Certaldo consuluit, super facto d. Teste et etiam d. Tribaldi, secundum propositiones. Item, quod predicti c boni viri pro igne eligantur per illos bonos viros quot et quoties Priores voluerint.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

¹ Si omette "Pre", forse principio di *Presentibus*, cancellato e riscritto appres-o.

² Così crediamo doversi interpretare. Il testo ha "contradict. "

³ Qui è ripetuto "ignem".

Die xx mensis ianuarii.

In Consilio generali Communis aliqua proposita sunt, notata in quodam folio existenti in quaterno huius libri¹ || ||.

Die iovis primo mensis februarii. Alibi notatum est in quadam cedula hic existente² et in libro Camere.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, infrascripta.

³Primo videlicet, super quantitate xvij^{tem} florenorum auri solvendorum Iohanino Bellinodoti, pro mendo unius equi, secundum formam sententie super hoc late et scripte per ser Bonum de Ugnano.

Item, super quantitate xv^{cim} florenorum auri solvendorum d. Iohanni de Frescobaldis, secundum formam sententie super hoc scripte per ser Raynaldum de Signa notarium.

Item, de sindico faciendo ad vendendum bona illorum qui non solvunt vel non solverunt gabellas.

Presentibus testibus d. Iacobino de Signatico assessore Potestatis et Lapo Florecti preconone, et aliis.

D. Lopus de Manellis consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item, constitutus ||fuit|| syndicus ad predicta.

⁴Item, ad eundem ad denunciandam electionem Capitaneo futuro.

[c. 33^r.] Die iij^o mensis februarii.

In Consilio generali Communis proposuit Bandinus de Filicharia camerarius Communis Florentie: Si videtur Consilio quod infrascripte expense possint fieri pro Comuni, et specialiter de pecunia presentis libre.

Videlicet, iij^o lxxvij^{tem} floreni auri Bulgaruccio de Sartiano, pro se et xxiiij^{or} militibus, pro duobus mensibus inceptis die xx^o mensis ianuarii proxime preterito.

Item, libre xxxiiij^{or} soldi duo et denarii xj^{cim} d. Iacomino de Paczis, pro se et lv^o peditibus, pro v^o diebus quibus suprasteterunt ad custodiam Laterini; receptis probationibus de hoc.

Item, d. Nerio de Giandonatis et Benghi Fornayni, et ducentis peditibus, libre xiiij^{cim} soldi iij^{or} et denarii iij^{or} pro Castellano, et libre iij^{or} xxvj^{cim} soldi xiiij^{or} †

Ser Noddus Arrighi consuluit secundum propositiones.⁵

Placuit ij^o xvij^{tem} secundum propositiones, nolentes fuerunt c.

Presentibus testibus Lapo Florecti preconone et Guidone Albarolli nuntio.

¹ Manca questo foglio, come tanti altri.

² Neache questa polizza si è trovata.

³ Precedono a questo primo paragrafo e al seguente, le sigle "a. n.", aggiunte sopra tra rigo e rigo,

⁴ Anche qui precedono, aggiunte sopra, le sigle "a. n."

⁵ Segue un rigo bia:co.

Eodem die * et testibus *. Alibi notatum est in quadam cedula hic existente.¹

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, ea que die ultimo mensis ianuarii proposita fuerunt in Consilio C virorum: salvo de suspensione eorum que obmissa essent per Capitaneum etc.

D. Arrighus del Boccacio consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositiones; * nolentes fuerunt *.

Item constitutus fuit syndicus ad faciendum omnia que continentur in Ordinamentis.

Die v̄ mensis * februaryi *². Alibi notatum est in quaterno Camere, et scribatur distinte.

In Consilio generali Comunis proposuit Bandinus de Filicharia camerarius Comunis Florentie: Si videtur Consilio quod Camerarii solvant d. Amalrico, pro se et militibus suis et omnibus personis, pro mensibus ianuarii et februaryi, ij v̄ xxxv florenos auri et denarios vj florenorum parvorum

Ser Noddus Arrighi consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit ij̄ lxxvij, nolentes xxvj̄.

Die xij̄ mensis februaryi. Alibi notatum est in quodam medio folio banbacis.

Presentibus testibus d. Iacobino assessore Potestatis et Lapo Florecti preconne, et aliis. In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, infrascripta. Primo, petitionem Sex de blado.

Item, de solutione facta d. Amalrico de ij̄ florenis auri, facta de pecunia que erat obligata Parti.

Item, solutionem xliij̄^{arum} librarum notariis et personis qui exemplaverunt duo Statuta.

Item, quod notarii qui exemplaverunt iiij̄^{off} statuta cogantur et possint corrigere ipsa statuta sine aliquo pretio secundum originalia etc.

Ser Bene de Vaglia consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per Potestatem particulariter, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere ad vendendum³

Item constituti fuerunt syndici, quos Priores presentes vel futuri eligere voluerint, ad vendendum bona non solventium libras et factiones, secundum formam statutorum.

⁴Item constitutus fuit syndicus d. Petrus iudex Gabelle ad vendendum gabellas, secundum formam ordinamentorum.

Item constituti fuerunt Massarii Camere secundum solitum modum, et ad vendendum alias res Camere secundum provisionem Priorum.⁵

¹ Manca.

² * ianuarii *.

³ Resta così in tronco, e non è nemmeno finita di scrivere la parola *vendendum*: ("venden"). Forse doveva esser tutto cancellato: perchè la stessa cosa pare ripetuta appresso.

⁴ Precedono, sovrapposte tra rigo e rigo, le sigle "a. n."

⁵ Qui termina il retto della c. 33, e il tergo comincia con questo ricordo: "Die xx̄ mensis februaryi. Infra.

[c. 34^t] Die xx^o mensis februarii. Alibi notatum est in libro Camere.¹

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod Camerarii Comunis Florentie, de ipsius Comunis *pecunia*, solvant d. Paczino de Paczis xl florenos auri, pro mendo equi Galgani, secundum quod firmatum est per alia Consilia: habito iuramento a domino Paczino predicto, et facta restitutione equi predicti.

Presentibus testibus d. Iacobino de Signatico iudice et collateralis assessore dicti d. Potestatis et Cisti Mafferelli precone *Comunis*² et ser Orlandino de Montechio notario Potestatis.

³Item constitutus fuit Neri Attiliantis ad emendum et requirendum fideles canonicorum, secundum formam alterius sindicatus facti de ser Raynerio Vinci notario.

Item constituti fuerunt syndici ad presentandum⁴ milites soldados Comunis Florentie, scilicet d. Daldus de la Tosa et d. Banchus Castellani in solidum.

D. Guaytanus de Pilliis consuluit secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

[c. 33^t] Die xxvj^o mensis februarii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, ea que firmata fuerunt in Consilio C virorum die xx^o mensis februarii super solutionibus factis et fiendis per Camerarios, usque ad kallendas maii proxime venturas.

Presentibus testibus d. Iacobino assessore Potestatis et Lapo Florecti precone, et aliis.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Item constituti fuerunt syndici ad conducendum milites stipendiarios Comunis Florentie; de quibus conducendis firmatum est, vel firmabitur, per Consilia opportuna.

Die xxvij^o mensis februarii.

In Consilio generali Comunis proposuit Bandinus de Filicharia camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta.

Primo, solutionem comitis Manentis et suorum militum, pro duobus mensibus in kallendis martii initiandis; secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Item, solutionem xxv^o peditum de Montecuchuri, pro duobus mensibus.

Item, solutionem Puccii de Signa et centum peditum, pro novem diebus.

D. Guaytanus de Pilliis consuluit secundum propositiones.

scriptum est". E precede un segno di richiamo, ripetuto con l'indicazione "Supra", in testa della c. 34^t, che appunto comincia con un Consiglio del 20 febbraio: il qual Consiglio inseriamo perciò a questo luogo nel testo.

¹ Segue, aggiunto dopo, questo ricordo: "Fiat etiam prohemium sindicatus Neri Attiliantis, secundum formam sindicatus de eo facti die iij^o februarii; et in eo procedatur secundum formam alterius sindicatus facti de ser Neri Vincii".

² *d. Capitanei*.

³ Precedono, in margine, le solite sigle "a. n."

⁴ Si omette "equos", cancellato.

Placuit ij lxxx^m secundum propositiones, nolentes fuerunt xxij.
 Presentibus testibus Cardinale Benincase precone Communis et Berto Michaelis nuntio Priorum, et Meo Donati nuntio Pallatii.

Die viij^o mensis martii.

In Consilio generali Communis proposuit Bandinus de Filicharia camerarius Communis Florentie: Si videtur Consilio quod infrascripte expense possint et debeant fieri de pecunia Communis; videlicet expense contente in quadam cedula.

Presentibus testibus Lapo Florecti precone Communis et Sanella Orlandi *populi Sancti Laurentii *¹ et Cenni Detesalvi populi Sancti Pauli nuntiis Pallatii.

Ser Arrighus Gratie consuluit secundum propositiones predictas, absolutis capitulis.

Placuit cclxxxij in omnibus predictis, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xliij^o.

Die predicta, et presentibus testibus predictis,² per d. Iacobinum assessorem collateralem Potestatis, ex commissione in eum facta per Potestatem et per Priores et dictum Consilium, constitutus fuit syndicus Ceffus Romaldelli massarius Camere, ad faciendam dictam prestantiam d. Inghiramo.³

Die viij^o mensis martii.

In Consilio generali Communis proposuit Symon de Acciaiuolis prepositus d. Priorum, voluntate sociorum suorum:⁴ Quomodo eligantur xiiij^o boni viri eligendi ad electionem Potestatis futuri faciendam, pro sex mensibus initiandis in kallendis iulii proxime venturis.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit, quod electio predictorum xiiij^o bonorum virorum fiat per Priores; et valeat dicta electio.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis; et ex nunc ipsum Consilium elegit ipsos xiiij^o eligendos per Priores.

Presentibus testibus Lapo Florecti precone Communis et Guidone Albarolli nuntio Priorum.

Placuit Sapientibus electis ad electionem Potestatis faciendam, quod xij^o nominentur, scilicet duo per sextum; et postea fiat scrupinium; et qui plures voces habuerit sit Potestas. Et quatuor eligantur: dummodo qui plures voces habuerit sit primus, et subsequens secundus; et sic de tertio et de quarto.

[c. 34^r.] Die xij^o mensis martii. Alibi notatum est in quodam medio folio.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas: Si videtur Consilio quod Camerarii solvant d. Amalrico capitaneo tallie xvij^o florenos, pro salario ser Rimbaldini sui notarii mensis martii presentis et aprelis venturi.

¹ * nuntio Pallatii *.

² Qui è, cancellato, il principio di *constitutus* ("consti"), che si legge appresso.

³ Di questa prestantia si dovea parlare nella polizza ricordata sopra, la quale manca.

⁴ Qui è ripetuto "proposuit".

Ser Torna de Remulo notarius consuluit secundum propositionem.
 Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.
 Item constitutus fuit syndicus Communis ad presentandum electionem Potestati futuro.
 Presentibus testibus d. Iacobino assessore Potestatis, Lapo Florecti precone et Cenni Detesalvi populi Sancti Pauli nuntio Pallatii.

Die xiiij^o mensis martii.

In Consilio generali Communis proposuit Potestas, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod Camerarii solvant officialibus electis ad inquirendum de molendinis pro xv diebus, ad rationem soldorum xv^o per diem pro quolibet eorum, in summa libras lxvij^o et soldos x florenorum parvorum.
 Item, provisa per alia Consilia super stantiamento alias per Priores edito, et per Consilia C et domini Capitanei firmata, super velis tenendis per illos qui morantur in domibus et apothecis Communis, iuxta Pontem Rubacontis.
 Item, petitionem vicinorum circumstantium circa Forum Novum, super dischis, tabulis et velis, non tenendis in Mercato Novo, de nocte.
 Presentibus testibus d. Iacobino assessore Potestatis et ser Rolandino de Monteclo notario Potestatis, et Gerardino Bonafide precone.
 Cece de Guidalocis consuluit secundum propositiones.
 Placuit quasi omnibus secundum propositiones, factis partitis particulariter.

Die xxj mensis martii. Alibi notatum est in quodam medio folio et in quaterno Camere.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, ea que deliberata fuerunt in Consilio C virorum, die xviiij mensis martii super facto exercitus fiendi contra Pisanos intrinsecos: lectis ordinamentis nuper factis in parlamento, scriptis per Rogerium Hugonis Albiczi; secundum quod alias firmatum fuit.
 Item, super petitione Citadini Becchi soldati, super quantitate xxxv florenorum auri, super tenendo tuldam equi.
 Item, super petitione ser Cambii Aczi, de restitutione sibi facienda de libris xvj^o et soldis xiiij^o, sicut per alia Consilia firmatum fuit.
 Presentibus testibus d. Iacobino assessore Potestatis et Cardinale Benincase precone, et aliis.
 D. Banchus de Cavalcantibus consuluit secundum propositiones predictas.
 Factis partitis particulariter per Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.¹
²Item constituti fuerunt syndici d. Albicuz³ de Corbinellis et ser Rogerius Hugonis Albiczi in solidum ad predicta.

¹ Segue un' "f" o un' "s" cancellata.

² Precedono in margine le sigle "|| a. || n. ".

³ Il testo: "Albiczo".

Die xxij^o mensis martii. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio generali *Comunis*¹ proposuit Bandinus de Filicharia camerarius Comunis Florentie: Si videtur Consilio firmare quod Camerarii solvant d. Amalrico vel suo procuratori libras clxvj et soldos ij et denarios vj^x florenorum, occasione gabelle sibi retente pro solutione sibi facta; sicut per alia Consilia firmatum est.

Item, de solutione Bulgaruccii de Sartiano et suorum militum, pro duobus mensibus inceptis *die xx^o mensis martii*²; que videtur esse *iiij^{tem} lxxvij^{tem} florenorum auri*³.

Item, de l libris expendendis in reparatione trium apothecarum Pontis Veteris.

Item, salarium iij Castellanorum et eorum peditum, a die qua iter arripuerint.

Ser Torna de Remulo consuluit secundum propositiones.

Presentibus testibus Lapo Florecti precone et Bruno Guidi nuntio.

Placuit ij lxxxvj secundum propositiones, nolentes fuerunt xiiij^{tem}.

[c. 34^o] In Millesimo cc lxxxj^o, Indictione quarta, die xxvij^o mensis marzii. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis Florentie, presentibus Prioribus Artium, proposuit dominus Iacobinus de Signatico iudex et assessor ac vicarius domini Potestatis infrascripta, die xxvj^o dicti mensis martii proposita et deliberata in Consilio Centum virorum et in Consiliis d. Capitanei.

Primo videlicet, super cavalcata pro Comuni Florentie facienda ad partes Montis Chastini, Bugiani et Luce, et super aliis circa predicta ibidem propositis et firmatis.

Item, super declarando reformationem Consiliorum factam super facto Gabelle.

Item, deliberationem fideiusorum illorum de Ubertinis, super facto Castillionis de Ubertinis.

Item, super relaxatione Mintii Ubertelli sindici Comunis Ambre.

⁴Item, super cancellatione condempnationis d. Bonaccursi de Dagomariis de Prato.

Presentibus testibus Cardinale Benincase et Cisti Mafferelli precone Comunis, et aliis.

Ser Arrigus Gratie consuluit, super facto d. Dagomarii, secundum propositionem predictam. Item, super aliis omnibus, consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis per predictum Iudicem et Vicarium dicti d. Potestatis, placuit quasi omnibus, super predictis supra propositis, secundum propositiones predictas.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposita fuerunt infrascripta per predictum Iudicem et Vicarium dicti d. Potestatis, proposita et firmata in Consilio Centum virorum die xxvj^o dicti mensis martii et in Consiliis domini Capitanei.

¹ *d. Defensoris*.

² *in kallendis martii*.

³ *librarum iiij^{tem} lxxvij^{tem} florenorum parvorum*.

⁴ Precedono, scritte sopra tra rigo e rigo, le sigle "a. n.".

Primo videlicet, super cavalcata pro Comuni Florentie facienda ad partes Montis Chatini, Bugiani et Luce, et super aliis circa predicta ibidem propositis et firmatis.
 Item, de relaxando Vannem de Pontanana, qui est in carceribus Communis Florentie.
 Item, super emendatione unius equi Pauli de Cortona de conestabellaria Manentis comitis de Sartiano, in quantitate xxx florenorum auri.
 Item, super emendatione unius equi Iacomucci de Castello, de conestabellaria dicti Manentis de Sartiano, in quantitate xx florenorum auri.
 Ser Cenni de Vicchio consuluit secundum propositiones predictas.
 Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Cenni, factis partitis particulariter.

[c. 35^r] Die sexto mensis aprilis.

In Consilio generali Communis proposuit Puccius de Forlivo camerarius Communis Florentie, pro se et aliis sociis suis, omnia infrascripta.¹
 Ser Torna de Remulo surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas. Presentibus testibus Cardinale Benincase et Cisti Mafferelli preconone Communis, et aliis.
 Facto partito super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, placuit ccxxxv secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt lv.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas omnia infrascripta.
 Primo videlicet, si videtur et placet dicto presenti Consilio quod Potestas et rector concedatur Communis Castillionis Aretini per Comune Florentie.
 Item, quod Bindus d. Pepi de Adimaris possit et debeat acceptare capitaneiam Communis Burgi Sancti Sepulcri, satisfando Comuni Florentie ut debet.
 Item, super acceptando compromesum factum per Comune Urbis Veteris et per Comune Clusi; et per quem vel quos debeat dictum negotium cognosci et terminari.
 Ser Noddus Arrighi consuluit secundum propositiones predictas; et quod negotium dicti compromissi determinetur et cognoscatur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Sapientes quos habere voluerint vel alios quos voluerint.
 Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

[c. 35^v] Die xj mensis aprilis.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus d. Prioribus, petitionem Sex de blado.
 Item, solutionem sex peditum iturorum ad custodiam Laterini.
 Item, solutionem xxj librarum fiendam Locto, pro exemplatura statutorum novi Statuti; secundum quod firmatum fuit per alia Consilia.
 Item, quod d. Lambertuccius de Frescobaldis, electus potestas Padue, pro uno anno initiando in festo Sancti Petri mensis iunii proxime venturi †
 Presentibus testibus d. Bernardino de Galliatoribus assessore collaterali Potestatis et Cardinale Benincase preconone, et aliis.

¹ Spazio bianco per oltre due terzi della pagina.

Ser Torna de Remulo consuluit secundum propositiones predictas.
Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter.

Die * xiiij^o *¹ mensis aprilis.

In Consilio generali Comunis proposuit Puccius de Forlivio camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, omnia infrascripta.
Primo videlicet, de centum peditibus transmitendis ad custodiam castri Laterini.
Item, negotium ser Rusticchelli et Mari de Romaldellis.
Item, negotium Neri de Ticzonibus, videlicet de pensione * eis *² solvende, * pro tertia parte domus *³ in qua moratur dominus Capitaneus.⁴
Dominus Banchus de Cavalcantibus surexit et arengando consuluit, super facto Nerini, secundum propositionem predictam.
Manellus de Manellis surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.
Facto partito super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, placuit cccxxv secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt lxiiij.
Presentibus testibus Cardinale Benincase preconne Comunis et Ferrino filio Mellioris nuntio Priorum, et aliis.

Eodem die.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus, omnia infrascripta.
Primo videlicet, super cancellatione bannorum et condemnationum Nerini, pro facto gabelle, et super facto conductionis domorum suarum usque ad decem annos faciende.⁵
Item, negotium Lambertorum et Tosinghorum.
Item, de ponendo ad introitum deposita facta in comitatu in sextu Porte Sancti Petri.
Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere * super facto Nerini et * in aliis, more solito.
Dominus Arrighus del Boccacio surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.
Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Arrighi.

[c. 36^r.] Die xxiiij^o mensis aprilis.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas: Si videtur Consilio firmare quod pecunia in Comuni habeatur per impositionem libre ad extimum novum, secundum quod predicta firmata fuerunt per Consilium Capitanei.

¹ * xiiij^o *.
² "ei".

³ Così il testo. Dal Registro III delle *Provisioni*, a c. 11, dov'è riferito per esteso questo Consiglio, si rileva che la pigione da pagarsi al Tizzoni spettava veramente a lui, solo per la terza parte. Ma il notaro, correggendo l'"ei" in "eis" intese di riferirsi anche ai comproprietari di lui; e dopo aver cassato "pro tertia parte domus", omise forse di sostituirvi "pro domo".

⁴ Segue uno spazio bianco di cinque versi.

⁵ Il testo ha "facienda", come se innanzi avesse "super conductione".

Item, quod d. Teghia de Frescobaldis, electus potestas vel capitaneus Montispulciani, pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis maii †

Presentibus testibus d. Bernardino assessore Potestatis et Cisti Maffarelli preconone Communis, et aliis.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per d. Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die xxvii^o mensis aprilis.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus ea que proposita fuerunt et firmata in Consiliis d. Capitanei, super reimpositione cavallatarum, secundum quod in ipsis Consiliis continetur: salvo de eorum salario, de quo hic non fuit propositum.

Item, de bailia danda Potestati et Capitaneo presenti et futuro et Vicario Potestatis, et Prioribus cum Sapientibus, super additione exercitus, et super expensis et aliis opportunis; secundum quod in ipsis Consiliis continetur.

Item, super eo quod expense possint fieri de quacumque pecunia Communis usque ad kallendas augusti, non obstante obligatione et promissione facta Parti.

Item, super oblatione et relaxatione carceratorum; secundum quod firmatum est per alia Consilia.

D. Tegrinus de Maczinghis consuluit secundum propositiones predictas: salvo de additione cavallatarum, in quo consuluit quod illi qui consignaverunt eorum quorum, quibus ipse cavallate sublatae fuerunt:¹ absolutis capitulis.

D. Benghi de Bondelmontibus consuluit secundum propositiones predictas.

Latinus Bonaccursi consuluit †

Factis partitis per d. Potestatem particulariter super predictis supra propositis, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Presentibus testibus d. Bernardino assessore Potestatis et Lapo Florecti preconone, et aliis.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quadam cedula signata per "O".

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas: Quomodo et per quos eligi debeant et cerni dicti xxv carcerati, offerendi ut dictum est.

Item, quod d. Iacobus de Rubeis possit acceptare potestariam Castillionis Aretini.

Ser Noddus Arrighi consuluit, quod Priores eligant illos quos voluerint ad providendum

¹ Così il testo. La proposta della rinnovazione di quest' imposta di cavallate (confr. anche addietro a pag. 26), è così espressa nel Registro III delle *Provisioni*, a c. 2: "Super ordinando et firmando quod omnibus et singulis quibus, pro anno presenti incepto in kallendis mensis decembris proxime preteriti, cavallate imposite fuerunt pro Comuni, qui equos ipsarum cavallatarum non consignaverunt dicto Comuni, seu qui de ipsis cavallatis cassati, seu quomodocumque remoti vel liberati fuerunt, etiam post consignationem de equis cavallatarum factam, reimponantur et reimposite sint ipse cavallate pro Comuni predicto; et ad consignationem equorum cavallatarum, et etiam ad servitia dicti Communis cum ipsis equis facienda, realiter et personaliter, sicut expediens fuerit, compellantur". Questo passo se non ci aiuta a sanare grammaticalmente l'imperfetta lezione del testo, ci aiuta, se non m'inganno, a darne una interpretazione. Forse messer Tegrino voleva che, stando ferma la rinnovazione dell'imposta per quelli che non aveano puranche consegnati i cavalli, ne fossero esclusi coloro che gli aveano consegnati ed erano stati, in qualsiasi modo, cassati e assoluti dall'imposta melesima.

quomodo dicti carcerati cerni debent. Item, quod dictus d. Iacobus dictum¹ regimen acceptare possit, satisfacendo ut tenetur.

Manellus de Manellis consuluit, quod Prior fratrum Sancte Marie Novelle et Guardianus fratrum Minorum dictam electionem et cernam dictorum carceratorum faciant, et *Prepositi*² Omnium Sanctorum, *Sancti Spiritus*³, Servorum Sancte Marie et fratrum de Carmino.

Amadore spadarius consuluit, quod sex milites, unus pro sextu, eligendi per Priores, faciant dictam cernam et electionem.

Bonus calzolarius consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores eligant quosdam bonos viros, et per eos omnes provideatur super dicta cerna carceratorum.

D. Loctus de Alleis consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, *per se* et per illos quos habere voluerint, predicta faciant; et valeat quicquid fecerint.

[c. 36⁴] Ser Guido de Lucho consuluit †

Placuit duabus partibus et ultra secundum dictum Manelli, super oblatione carceratorum, videlicet per Priorem fratrum Predicatorum, Guardianum fratrum Minorum, Prepositum fratrum Humiliatorum Omnium Sanctorum, Priorem fratrum Heremitanorum Sancti Spiritus, Priorem fratrum Karmelitanorum et Priorem fratrum Servorum Sancte Marie.

Item placuit, quod predictus d. Iacobus possit acceptare potestariam, secundum propositionem, satisfacendo.

Die martis, primo mensis maii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas: Quomodo et per quos eligantur sex syndici qui debent syndicare d. Becadinum de Artinixiis olim defensorem et capitaneum civitatis Florentie suamque familiam et beroarios.

Item, quomodo et per quos eligatur unus syndicus ad predicta, eligendus pro Comuni.

Item, quomodo et per quos eligantur advocati eligendi occasione ipsius sindicatus, secundum formam statutorum Communis; et si dicti advocati sint tres vel quatuor.

Presentibus testibus d. Bernardino assessore Potestatis et Cisti Maffarelli precone, et aliis.

Item, si videtur Consilio, quod nobilis vir d. Andreas de Canigianis, electus capitaneus Forlivii pro sex mensibus venturis, dictum regimen possit acceptare,⁴ satisfacendo ut tenetur.

D. Bancchus de Cavalcantibus consuluit, quod predicta fiant per Priores; et valeat quicquid fecerint de predictis ac si factum esset per presens Consilium. Et quod d. Andreas predictus possit acceptare dictum regimen, satisfacendo secundum formam statutorum.

Ser Chiarus de Varaczano consuluit, quod predicti eligantur per Consilium LXXXX⁵ per sextus.

Guido Loctheringhi consuluit, quod predictorum electio fiat per totum presens Consilium.

Ser Arrighus Gratie consuluit, quod Priores eligant unum bonum virum per sextum, de presenti Consilio.

¹ Qui aveva scritto, ma cancellò, "dictam electionem faciant", riferendosi al fatto dei carcerati.

² *Priores*.

³ *Sancte Marie*. Voleva scrivere *Sancte Marie Servorum*, che poi messe dopo.

⁴ Qui è ripetuto "dictum regimen".

D. Hugo Altoviti consuluit secundum dictum domini Banchi.
 Placuit duabus partibus secundum dictum d. Banchi.
 Item constitutus fuit syndicus ad predicta, quem Priores elegerint.

Die secundo mensis maii. Alibi notatum est.

In Consilio generali Communis proposuit Puccius de Forlivo, camerarius Communis Florentie: Si videtur Consilio quod Camerarii dicti Communis solvant et expensas infra-scriptas faciant.

Primo videlicet, illis quibus hactenus cavallate imposite fuerunt, quibus ipse cavallate elevate fuerunt, qui ipsorum equos consignabunt; a die qua consignaverunt usque ad diem qua eisdem elevate fuerunt, et a die qua consignabunt usque ad kallendas decembris proxime venturas; ad rationem L florenorum auri pro quolibet eorum, per annum et ad rationem anni.

Item, Castellano et peditibus Laterini solitum salarium duorum mensium, initiatorum in kallendis maii vel circa ipsas kallendas.

Item, xxv peditibus commorantibus ad custodiam Montiscucheri, pro duobus mensibus, ad rationem librarum iiiij^{or} pro quolibet eorum, per mensem.

Presentibus testibus Lapo Florecti et Bruno Guidi nuntio Pallatii.

Ser Torna de Remulo consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit cclvj^{or} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt l.^a.

Die v^o mensis maii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas: Si videtur Consilio, quod d. Potestas, Capitaneus et Priores, pro se ipsis et Comuni Florentie, possint eis que liceat ferre sententiam, iuxta compromissum in eos factum inter Comune Urbiveteris et Comune seu homines qui tenent civitatem Clusii; secundum quod viderint convenire.

Presentibus testibus d. Bernardino iudice assessore Potestatis et Cisti Mafferelli precone, et aliis.

Ser Chiarus de Varaczano consuluit secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

[c. 37^r.] Die viiiij^o mensis maii, ante tertiam.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, ea que die viij^o mensis maii *deliberata fuerunt* super balia *super* cavalcatis et andatis, et super feriis indicendis; et super emendationibus duorum equorum stipendiariorum de masnada Bulgaruccii, quorum equorum mendum videtur esse xxxiiiij^{or} florenorum auri.

Item, quod ab hac hora in antea ferie sint indicte.

Ser Arrighus Gratie consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter per Potestatem.

Presentibus testibus d. Bernardino assessore Potestatis et Cisti Mafferelli precone Communis, et aliis.

Die $\overset{\circ}{x}$ intrante mense maii.

In Consilio generali Communis proposuit Pierus Borghi camerarius Communis, pro se et sociis suis, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta. Primo videlicet, de solutione facienda Manenti comiti¹ de Sartiano, pro duobus mensibus initiatis in kallendis mensis maii presentis, ad solitam rationem, que est in summa $m\ xxx\ \overset{m}{f}$ lorenorum auri.

Item, de solutione facienda Stephano de Bibiena pro predictis * duobus *² mensibus, que est in summa $v\ lxvij\ \overset{m}{f}$ lorenorum auri.

Item, de solutione facienda Bulgaruccio comiti de Sartiano, pro duobus mensibus initiatis die xx presentis mensis maii, ad solitam rationem, que est in summa $iii\ lxxvij\ \overset{m}{f}$ lorenorum auri.

Presentibus testibus Cisti Maffarelli et Lapo Florecti preconibus Communis, et aliis.

Ser Torna de Remulo consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit $cclxv\ \overset{m}{f}$ secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt $xxxvij\ \overset{m}{f}$.

Die $xv\ \overset{\circ}{m}$ ensis maii. Alibi notatum est in quaterno bambacis.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, ordinamenta edita contra exbannitos: cum hac additione, quod in ea parte qua continetur $de\ \overset{3}$ expensis faciendis secundum tenorem ipsorum ordinamentorum, nullam habeat firmitatem, nisi hoc firmetur per Consilium cum solempnitate expensarum.

Item, cum d. Neri de Pilliis, electus potestas Vulterre, pro sex mensibus initiandis in kallendis iulii; et d. Niccola de Cerchiis, electus potestas Sancti Miniatis, pro sex mensibus initiandis iuxta tenorem litterarum;⁴ et d. Duracuz de Vecchiis, electus potestas Forlimpopuli, pro uno anno initiando tenore litterarum vel electionis: si videtur Consilio quod ipsi possint recipere, satisdando.

Ser Chiarus de Varaczano consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter.

Presentibus testibus d. Bernardino de Galliatoribus iudice et collateralis assessore Potestatis et Lapo Florecti preconis Communis, et aliis.

Die $xxj\ \overset{\circ}{m}$ ensis maii. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio generali Communis proposuit d. Bernardinus iudex et assessor Potestatis, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod Camerarii Communis solvant libras $xxxvij\ \overset{m}{f}$ Militi Potestatis vel suo procuratori, pro quibusdam andatis, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

¹ Il testo ha "comitis".

² * sex *.

³ Qui è la parola "exbannitis", cancellata.

⁴ Qui precedono, aggiunte sopra tra rigo e rigo, le solite sigle "a. n."

Item, quod d. Manectus de la Schala possit recipere potestariam Civitatis Castelli, pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis iulii venturis; satisdando ut tenetur. Presentibus testibus Lapo Florecti et Cisti Mafferelli preconibus.

Die v̄ mensis iunii.

Presentibus testibus ser Benincasa de Altomena notario Priorum et Cardinale Benincase precone.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas: Si videtur Consilio quod d. Synibaldus de Tornaquincis, electus potestas Podii Boniczi, pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis iulii, possit ipsum regimen acceptare.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Dicta die, et in dicto Consilio adempta fuerunt acta Potestatis.

[c. 37^a] Die x̄ mensis iunii.

In Consilio congregato in ecclesia Sancte Reparate iuravit d. Cellus d. Bertholecti de Spolecto, potestas futurus Communis Florentie, a kallendis iulii ad sex menses; cum aliquibus ex Iudicibus et Militibus suis, notariis et berroariis.

Presentibus Potestate et Capitaneo et Prioribus; et presentibus testibus domino Bernardino assessore Potestatis, d. Guelfo de Cavalcantibus et d. Schiata de Cavalcantibus et ser Benincasa notario Priorum: computato sibi iuramento per d. Lapum Saltarelli.

Die xj̄ mensis iunii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas ea que firmata fuerunt in Consilio C virorum, die vij̄ mensis iunii, super bailia danda *Potestati, Capitaneo * Prioribus, super facto stipendiariorum conducendorum, equitum et peditum.

Item, super eo quod ordinatum est de prorogatione termini librarum et prestantiarum usque ad kallendas iulii, secundum quod in Consilio C virorum predicto firmatum est.

Item, super petitione Sex de blado, firmata in dicto Consilio C; cum additione facta in ea per Priores.

Item, super¹ expensis librarum² faciendis in lastris, secundum quod firmatum est per dictum Consilium C.

Presentibus testibus d. Bernardino assessore Potestatis et Gerardino Bonafide precone, et aliis.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas, absolutis capitulis. Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis.

Item constituti fuerunt quos Priores voluerint ad conducendum stipendarios, ut dictum est: et fuerunt Alfanus Gianni de Alfanis et Guarente Cambii.²

¹ Si omette "petitione", cancellato. Pare avesse ricominciato a scrivere la proposta precedente.

² "et fuerunt" ec., è aggiunto dopo dallo stesso notaro.

Item constituti fuerunt syndici Alfanus Gianni de Alfanis et Guarente Cambii, massarii Camere, ad faciendum ea que solita sunt fieri per massarios, et specialiter ad conducendum domos Nerini de Teczonibus, secundum quod alias ordinatum fuit.

Die xiiij mensis iunii. Alibi notatum est in quaterno Camere et in quaterno bambacis.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Bernardinus de Galliatoribus iudex et assessor Potestatis:¹ Si videtur Consilio firmare petitionem porrectam per procuratorem v̄ olim fideiussorum² superstitum Aretinorum, lectis statutis; secundum quod in Consilio C virorum, die vij^o iunii, firmatum fuit.

³Item, de expensis librarum c faciendis in reparatione verroni d. Capitanei, secundum quod in dicto Consilio C virorum plenius est expressum.

D. Bancchus de Cavalcantibus consuluit secundum propositiones predictas.

Presentibus testibus d. Roglerio dal Ferro milite Potestatis et Lapo Florecti precone. Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter.

Die xxiiij mensis iunii.

In Consilio generali Comunis proposuit Potestas, presentibus Prioribus, infrascriptas iij^{or} propositiones, scilicet

De balia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus usque *ad medium*⁴ mensis augusti, secundum quod per Consilia Capitanei firmatum est.

Item, de oblatione carceratorum facienda, secundum quod firmatum est per alia Consilia d. Capitanei.

Item, de subrogatione Consilii C facienda usque ad kallendas octobris, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Item, super eo quod contra Iohannem Petri de Bononia, qui moratur in populo Sancti Laurentii, per Potestatem et eius curiam potuerit procedi et cognosci, et possit de cetero cognoscere et procedere et⁵ punire, secundum formam staturorum et iuris, non obstante eo quod⁶ commissa fuerint malleficia ante xv^{im} dies exitus Potestatis vel ante ademptionem actorum.

Presentibus testibus d. Bernardino assessore Potestatis et Lapo Florecti precone, et aliis.

D. Synibaldus de Tornaquincis consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter.

[c. 38^r.] Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas: Si videtur Consilio quod Camerarii solvant Cerre albergatori libras xv^{im} florenorum parvorum, et Francisco purgatori⁷ Palatii libras x^{oem} florenorum parvorum.

¹ Qui è ripetuto "proposuit".

² Si omette "approbat", forse principio di *approbatorum*, cancellato.

³ Precedono in margine le sigle "a. n."

⁴ "ad kallendas".

⁵ Scritto sopra un' "s", perchè avea cominciato a scrivere la parola "secundum" che vien dopo.

⁶ Si omette la parola "terminus" cancellata.

⁷ Prima di scrivere "purgatori" avea ripetuto "albergatori", e lo cancellò.

Item, vj nuntiis Potestatis et vj nuntiis Capitanei libras lxxij florenorum parvorum, secundum quod de predictis per alia Consilia firmatum est.

¹ Item, libras tres florenorum parvorum Piero magistro commoranti ad Cameram, pro pastura leopardi.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die xxv mensis iunii. Alibi notatum est in quaterno Camere, et in foliis ubi scripta sunt ordinamenta Potestatis.

In Consilio generali Communis proposuit Melliore Guadagni, camerarius Communis Florentie: Si videtur Consilio quod Camerarii Communis Florentie presentes et futuri solvant infrascriptis personis infrascriptas pecunie quantitates.²

D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Presentibus testibus Lapo Florecti et Cisti Maffirelli preconibus, et aliis.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit ij^o xiiij^o secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt *lxxxij*³

[c. 39] Infrascripta proponenda sunt in Consilio Potestatis.

Imprimis, solutio Masini de Iacoppis, pro custodia castri Montisgrossoli.

Item, petitiones Bindi de la Badessa.

Item, solutio Pieri magistri, pro pastura leopardi, in quantitate lx soldorum *et x^o denariorum*.

⁴ Item, solutio Cerre albergatoris, in quantitate librarum xv^o florenorum parvorum.

Item, solutio librarum cl, seu usque in quantitatem predictam, pro vexillis Societatum.

Item, emendatio equorum d. Amalrici numero xxj.

Item, solutio d. Celli d. Bertholoti de Spolecto, in quantitate ij^o florenorum auri.

Item, solutio d. Pini d. Stoldi et domini Cieffi de Maneris.

Item, solutio nuntiorum Priorum.

Item, solutio Vicariorum comitatus et eorum notariorum.

Item, solutio facienda illis qui ceperunt exbannitos vel apostaverunt, secundum ordinamenta alias edita.

Item, solutio x^o librarum facienda Francisco Lombardo.

Item, solutio Castellanorum et peditum castri Pontis Here, Laterini et Montechii.

Item, solutio nuntiorum Potestatis, Capitanei *et Priorum*.

Item, solutio Gregorii Raffacanis et quorundam peditum Laterini, pro xiiij^o diebus.

Item, de bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus et Sapientibus, super andatis et cavalcatis, usque ad medium augusti.

Item, super oblatione carceratorum.

Item, quod xvij^o Consiliarii possint per Priores poni in Consilio C virorum, usque ad kallendas octobris.

¹ Precedono, sovrapposte tra rigo e rigo, le solite sigle "a. n."

² Spazio bianco per un terzo della pagina. Supplisce alla mancanza la carta 39, che stampiamo di seguito a questo Consiglio, dove, con altre proposte già fatte e approvate nei Consigli che immediatamente precedono, sono notate anche quelle che doveano farsi in questo.

³ *lxxxij*.

⁴ A questo terzo e ad altri successivi "Item", cioè all'undecimo, al tredicesimo e ai tre ultimi, precedono nel margine le sigle "p. f.", che pensiamo vogliano significare "propositum fuit".

[c. 38⁴] Die penultimo mensis iunii.

In ecclesia Sancte Reparate. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali novo Communis proposuit nobilis vir d. Cellus d. Bertolecti de Spoleto novus Potestas: Quomodo et per quos eligantur sex syndici, iudices et laici, pro sindicando Potestatem veterem eiusque familiam et beroarios, et quot ex ipsis sindicis iuris periti esse debeant. Et etiam, quomodo et per quos eligatur unus notarius dictorum syndicorum: et si advocati eligendi secundum formam statutorum sint quatuor vel tres.

Presentibus testibus Cardinale Benincase et Cisti Mafferelli preconibus, et aliis.

Ser Burnectus Latinus consuluit, quod predicta omnia provideantur deliberentur et fiant per Potestatem *Capitaneum* et Priores, et unum per sextum, eligendos per Priores; et valeat quicquid fecerint de predictis.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem et dictum predicti Sapientis.

Item, eodem die et Ecclesia, facta fuit provisio predicta.

¹ Item, in eodem Consilio constitutus fuit syndicus ille qui electus fuerit ad brevia, super sindicatu Potestatis, secundum formam statutorum.²

Die v̄ mensis iulii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas ea que firmata fuerunt in Consiliis d. Capitanei super oblatione carceratorum.

Item, quomodo et per quos eligantur et cernantur predicti xxv carcerati, offerendi secundum provisionem dictorum Consiliorum.

Item, si videtur Consilio quod d. Freschus de Frescobaldis electus in potestatem Communis Sancti Geminiani, et d. comes Aczolinus de Certaldo electus potestas Casolis pro sex mensibus venturis, possint acceptare et facere dicta regimina secundum propositionem.

Dinus Compagni consuluit secundum propositiones. Item, quod³ d. Potestas et Priores⁴ habeant Capit^{im}udines vij maiorum Artium; per quos Capit^{im}udines eligantur xiiij boni viri, duo videlicet de qualibet ipsarum Artium, boni et legales: qui boni viri, una cum Rectore Maioris Sotietatis Beate Marie, eligant predictos xxv carceratos; et valeat quicquid fecerint.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die vj̄ mensis iulii.

In Consilio generali Communis proposuit Borghesius Melliorati camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis:⁵ Si videtur Consilio quod Camerarii Communis solvant quasdam expensas notatas in quadam cedula.

¹ Precedono, in margine, le solite sigle "a. n."

² Segue questo ricordo: "Hic debet scribi quoddam Consilium Potestatis, notatum in quaterno Capitanei". Questo Consiglio, come già avvertimmo a suo luogo, è nel Quaderno I, a c. 20 r., e lo stampiamo qui innanzi a quello del 6 di luglio.

³ Qui avea cominciato a scrivere *cernantur* ("cerna"), e cancellò.

⁴ Qui avea cominciato a scrivere *eligantur* ("eliga"), e cancellò.

⁵ Qui è ripetuto "proposuit".

Presentibus testibus Lapo Florecti et Cisti Mafferelli preconibus, et aliis.
 D. Bardus de Amiratis consuluit secundum propositiones predictas.
 Placuit ij lxxv^o secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xxviiij^o.

Die xij^o mensis iulii.

In Consilio generali Comunis d. Potestas et Priores et Con¹

Die *xviiij*² mensis iulii.

In Consilio generali Comunis proposuit Meliore Guadagni camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, omnia et singula que die xiiij^o mensis iulii provisiva fuerunt per Consilium C virorum: salvo de sex equis emendandis illis qui habent sententias, de quo nichil fuit propositum.

D. Loctheringhus de Montespertoli consuluit secundum propositiones predictas.
 Placuit ij lviiiij^o secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xxxviiij^o.
 Presentibus testibus Duccio Francisci et Tura del Grillo preconibus, et aliis.

Die xxiiiij^o mensis iulii.

In Consilio generali Comunis proposuit Borghesius Melliorati camerarius Comunis Florentie: Si videtur Consilio firmare ea que firmata sunt in Consilio C virorum et domini Capitanei super expensis viij^o xxv florenorum auri, pro facto Francie; non obstante statuto contradicente.

Item, de lv libris expendendis³ Cerre, et solvendis occasione expressa in Consiliis C et domini Capitanei super hoc factis.

Puccius Bellondi consuluit secundum propositiones predictas.

Bonissimus del Melliore consuluit, quod nichil fiat de predictis.

Dominus Neri Bondelmontis consuluit secundum dictum Puccii predicti.

Arrighus Paradisi consuluit idem.

Placuit secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt †

Ballocte non fuerunt numerate.

[c. 40^r.] Die xxiiiij^o mensis iulii. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas ea que firmata fuerunt die xxij^o mensis iulii super relaxatione trium carceratorum facienda, secundum quod firmatum est.
 Item, ea que proposita fuerunt et deliberata super petitione Consulium Mercatorum Kallismale.

Item, quod syndici fiant ad predicta.

Presentibus testibus d. Iohanne iudice et assessore Potestatis et Duccio Francisci preconice Comunis, et aliis.

¹ Forse principio di *Consiliarii*.

² * xviiij^o *.

³ Qui è un "in", cancellato.

Ser Burnectus Latini consuluit secundum propositiones predictas, absolutis capitulis.
Factis partitis, placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

¹ Item constituti fuerunt syndici predicti.

Die penultimo mensis iulii.

In Consilio generali Communis proposuit Meliore Guadagni camerarius Communis Florentie:
Si videtur Consilio firmare ea que firmata fuerunt in Consilio C virorum et domini
Capitanei super expensis viij^o xxv^o florenorum, faciendis pro facto Francie.

Item, super solutione librarum lv^o florenorum parvorum facienda Cerre albergatori, pro
mansione quam in hospitio suo fecit Potestas et sua familia xxij diebus.

Presentibus testibus Duccio Francisci precone et Henghilmerio nuntio Pallatii filio Ianni.
Mari de Alleis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit ij^o xxj secundum propositiones; nolentes
fuerunt cxiiiij^o.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit Potestas:² Si videtur Consilio quod d. Gerardus
Fortebraccii de Pistorio recipiatur ad stipendia Communis Florentie in tallia militum
de corredo d. Amalrici, si placuerit d. Amalrico predicto, quantum est pro parte Co-
munis Florentie: et hoc, cum Comune Pistorii de hoc rogaverit Comune Florentie per
litteras et ambaxiatores; et etiam, cum Comune Luce hoc pro sua parte firmaverit.

Lapus Rinuccini consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Die vij^o mensis * augusti *.³

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, infrascripta.
Primo videlicet, ea que deliberata sunt in Consilio C et domini Capitanei super provi-
sione facta per Priores super facto illorum qui emerunt gabellam olerum et fructuum.

* Item, super facto *

Item, super expensis librarum xxx^o florenorum parvorum solvendis in advocatis, sindicis
et procuratoribus, et in scripturis et in aliis opportunis; secundum quod provisum fuit
per Priores.

Item, super pensione domus Bertaldorum, in qua * tenetur caneva salis *.⁴

Presentibus testibus d. Iohanne assessore Potestatis et Duccio Francisci precone * Co-
munis *,⁵ et aliis.

Miglaccius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item, Massarii Camere constituti fuerunt syndici pro Comuni secundum solitum modum.

¹ Precedono, scritte sopra, le sigle "a. n."

² Qui il notaro avea scritto "ea que firmata fuerunt", e cancellò.

³ * iulii *.

⁴ * moratur d. *.

⁵ * d. * Pare volesse scrivere d. Potestatis.

[c. 40⁴] Die vij^o mensis¹ augusti.

In Consilio generali Comunis proposuit Baldus Rodulfi prior Artium, pro se et sociis suis, et in presentia suorum sociorum,² ea que firmata sunt in aliis Consiliis super facto d. Paganelli filii domini Griffi de Ubertis.

Presentibus testibus ser Pino Bonaccursi notario Priorum et Duccio Francisci preconie Comunis.

D. Symon Vinciguerra de Donatis consuluit, *quod nichil fiat de predictis*.³

Facto partito per predictum Baldum ad sedendum et levandum, et postmodum ad pisesides et balloctas, placuit lxxx^u; nolentes cxxij.

Die viij^o mensis augusti. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis constituti fuerunt syndici per Potestatem et Priores. Eorum proprio et privato nomine, ac etiam pro Comuni Florentie, fecerunt constituerunt et ordinaverunt eorum syndicos et procuratores ser Paulum Triliniatum filium Cambii civem florentinum presentem et recipientem et *ser* Thodinum de Turanno et Reditam de Florentia, pro questione d. Paganelli de Ubertis.

Presentibus testibus d. Iohanne Iacobi assessore Potestatis, ser Pino Bonaccursi notario Priorum et ser Lapo de Sexto quondam Bartholi notario.

Die viiiij^o mensis augusti.

In Consilio generali Comunis Orlanducciis Orlandi camerarius proposuit infrascripta, presentibus Prioribus, videlicet.

De ij^o libris expendendis in reparatione castri Laterini.

Item, de salario d. Rogerii Rubei et notarii sui, pro xv^o diebus.

Item, de salario d. Spade de Busticis, in quantitate cl librarum.

Item, de salario et soldo xxv^o peditum castri Montis Cucheri, in quantitate librarum ij^o, pro duobus mensibus.

Item, de salario vj^o Iudicum curiarum, pro sex mensibus inceptis in kallendis ianuarii proxime preteriti, in quantitate cl librarum florenorum parvorum.

Item, de pensione burelle et duarum domorum et duarum apothecarum, pro uno anno incepto in kallendis ianuarii proxime preteriti, librarum lxx florenorum parvorum.

Item, de mendo duorum equorum duorum stipendiariorum masnade Comitum de Sartiano; item, unius equi Stefani de Bibiena seu unius soldati de masnada sua; item, unius equi cuiusdam soldati de masnada Naldi de li Ursi.

D. Lotheringhus de Montespertoli consuluit secundum propositiones predictas.

Dinus Peccora consuluit idem.

Placuit ij^o xxij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt lxvij^o.

Presentibus testibus Bruno Guidi et Donato Renaldi nuntiis Priorum.

¹ Anche qui avea cominciato a scrivere *iulii* ("iu"), e cancellò.

² Qui si omette "proposuit", ripetuto.

³ *secundum*. Pare volesse scrivere *secundum propositionem*.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur dicto Consilio providere super facto Thomasii de Anchona, capti per Comites de Porcciano: narratis hiis que super hoc facta sunt.

Mari de Alleis consuluit, quod contra predictos Comites de Porcziano, per Potestatem et Capitaneum, procedatur secundum quod¹ videbitur eisdem; puniendo et condempnando eos et exbanniendo, et eos pingi faciendo in Pallatio Communis, ita quod nullo tempore depingi possint vel rebanniri: et dicta bailia duret duobus mensibus.

[c. 41^r.] Ser Carradore Giraldi consuluit, quod predicti Comites requirantur quod personaliter compareant coram Potestate et Capitaneo: quod si venerint, bene quidem; alioquin exbanniantur² et condempnentur; et postmodum, secundum quod videbitur convenire, procedatur ad executionem sententie.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod predictum negotium remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus et duobus Sapientibus per sextum, per Priores eligendis: per quos provideatur in predictis secundum quod videbitur eisdem; ita quod qui culpabilis est puniatur, et qui culpabilis non est non puniatur.

Bonissimus Mellioris consuluit, quod predictum negotium remaneat in Potestate et Capitaneo.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Bonissimi.

Die xiiij^o mensis augusti. Alibi notatum est in quodam folio et in quaterno Camere.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas ea que hodie firmata fuerunt in Consilio Capitanei super petitione Sex de blado.

Item, super venditione redditus terreni de Simofonti pro sex annis, facta et fienda.

Item, super coadiutore dando Notario Reformationum usque ad kallendas ianuarii, cum salario librarum xl florenorum parvorum.

D. Banchus d. Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit omnibus secundum propositiones predictas.

Item constitutus fuit syndicus ad conveniendum cum sindico Communis Luce super facto militum et peditum moraturorum ad partes frontierie.

Presentibus testibus d. Iohanne assessore Potestatis et Duccio Francisci precone, et aliis.

Die xvij^o mensis augusti.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas omnia que die predicto firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in Consiliis domini Capitanei.

Presentibus testibus domino Monaldo milite dicti domini Potestatis et Michaele Bonaiuti * nuntio Pallatii *.³

¹ Qui è la parola "conveniens", cancellata.

² Il testo "exbannientur".

³ "eius nuntio".

Item proposuit dictus¹ dominus Potestas: Si videtur dicto Consilio quod Vicarius quem relinquet dominus Potestas, quando iret in exercitum vel cavalcata, possit omnia facere in officio Potestarie secundum quod facere posset dictus dominus Potestas.

Dominus Symon Vinciguerra de Donatis surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per predictum dominum Potestatem ad sedendum et levandum super predictis supra propositis, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti d. Symonis. Item constituti fuerunt syndici ad conducendum equites et pedites ad stipendia dicti Comunis ad voluntatem Priorum.

Die xxij^o mensis augusti. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis constitutus fuit syndicus d. Ubertinus de lo Strocza super facto militum et peditum tenendorum ad partes Pontis Here.

[c. 41^o] Die sabati primo mensis septembris.

Die tertio mensis septembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Orlanduccius Orlandi camerarius Comunis Florentie, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod expense deliberate per Consilia C virorum et Consilia d. Capitanei possint fieri et fiant secundum quod in ipsis Consiliis continetur.

Primo, super salario d. Thomasii de Donatis pro ^{tem}xlviij diebus, et d. Rodulfi pro ^{cem}x diebus, ad rationem soldorum 1 pro quolibet, per diem.

Item, salarium nuntiorum Potestatis et Capitanei, pro mensibus iulii et augusti.

Item, solutionem xxv florenorum auri, pro mendo equi Pogioli de masnada Naldi de Perugia, et solutionem xij^o florenorum auri pro mendo equi Goctoli de masnada Bastardini.

Item, solutionem librarum xxv, pro reparatione Pontis Carrarie.

Item, solutionem xl florenorum auri ser Thomasio notario, faciendam pro precio libri exbannitorum.²

Dinus Peccora consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit cclviiij secundum propositiones, nolentes fuerunt xxxvj.

Presentibus testibus Cisti Mafferelli preconone et Neri filio Fedis nuntio Pallatii.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod firmata per Consilia C et domini Capitanei super correctione ordinatorum exbannitorum †

¹ Il testo ha "dictum".

² Segue, ripetuto e dimenticato di cancellare, "Item, solutionem librarum xxv, pro reparatione Pontis Carrarie".

Item, quod d. Corsus de Carraria, electus potestas Fabriani pro uno anno initiando in kallendis novembris †

Dinus Peccora consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die viij mensis septembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Orlanduccius Orlandi camerarius Comunis Florentie: Si videtur Consilio quod solutio d. Amalrici fiat pro duobus mensibus, scilicet presenti et futuro, more solito.

Item, quod emendatio duorum equorum soldatorum fiat in quantitate xlv florenorum auri.

Dominus Clericus de Paczis consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ij lxxvj secundum propositiones, nolentes fuerunt * xxxij *.¹

Presentibus testibus Cisti Maffarelli et Duccio Francisci preconibus, et aliis.

Eodem die et testibus, et presente d. Iohanne assessore Potestatis.

In Consilio generali Comunis proposuit Potestas, presentibus Prioribus, de prorogatione termini electionis Potestatis, sicut per alia Consilia firmatum fuit.

Item, quid sit providendum super petitione porrecta super aperiendo Via dal Ciregio in Burgum Scarpentariorum.

Miglaccius Salvi peliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Bonissimus Mellioris consuluit idem.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, facto partito ad sedendum et levandum.

Presentibus testibus d. Iohanne de Recchanata iudice et collateralis assessore dicti domini Potestatis et Cisti Maffarelli preconis Comunis, et aliis.

[c. 42^r.] Die xj mensis septembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Orlanduccius Orlandi camerarius Comunis Florentie: Si videtur Consilio quod Camerarii Comunis Florentie solvant et expendant usque in quantitatem librarum ducentarum in reparatione Pontis Sancte Trinitatis, sicut firmatum est per alia Consilia.

Presentibus testibus Lapo Florecti preconis et Guidone Albarolli nuntio Pallatii.

Corsus Deodati consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit ij lx secundum propositionem, nolentes fuerunt xlv solummodo.

Eodem die et testibus, et presente d. Iohanne assessore Potestatis.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas ea que heri deliberata fuerunt in Consilio C et domini Capitanei super absolute quorundam statutorum pro electione Potestatis futuri, secundum quod per predicta Consilia firmatum est.

¹ * xxxij *.

Item, ea que per Consilia d. Capitanei firmata sunt super facto gabelle ^{cim} xij denariorum per libram, solvende¹ ab illis qui de condempnationibus et bannis liberantur, scilicet ab illis qui nichil solvere tenentur, secundum formam statutorum.

Item, ea que firmata sunt super via aperienda in Campo Corbolini.

Ser Ubertus de Carraria consuluit secundum propositiones predictas.

D. Lotheringhus de Montespertoli consuluit secundum propositiones predictas: salvo, quod illi qui dedissent petitiones suas coram Potestate vel Capitaneo, ab hac die retro, et que posite essent in actis, nichil pro gabella solvant.

Bonissimus Mellioris consuluit secundum dictum dicti ser Uberti.

D. Symon d. Bruni consuluit secundum propositiones predictas, salvo quod per predicta in aliquo non derogetur vel diminuatur Sententie fratris Latini Cardinalis.

Factis partitis per d. Potestatem particulariter super predictis supra propositis, placuit quasi omnibus secundum propositiones: salva Sententia d. Cardinalis, ut dictum est. Item constitutus fuit syndicus ad requirendum et protestandum d. Amalrico pro quodam captivo.

Die xij^o mensis septembris.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas infrascripta, videlicet ea que deliberata fuerunt in Consilio C virorum, die xj^o mensis presentis, super absoluteione statutorum que faciunt aliquod devetum super electione Potestatis.

Item, super petitione officialium electorum ad mictendum victualia ad partes Pontis Ere. Presentibus testibus d. Iohanne assessore collateralis Potestatis, Duccio Francisci preconis Comunis, et aliis.

Mari de Alleis consuluit secundum propositiones predictas.

Bonissimus Melioris consuluit idem super absoluteione statutorum.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Mari.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit Potestas de sindicis constituendis pro Comuni ad promictendum indemnitates, secundum quod firmatum est per Consilium Capitanei.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Item constituti fuerunt syndici qui constituti fuerunt in Consilio Capitanei ad promictendum indemnitates.

[c. 42^o] Die xiii^o mensis septembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Brandalia de Acciaiuolis de numero dominorum Priorum, voluntate sociorum suorum:² Quomodo eligantur xiii^o boni viri electores Potestatis futuri: et hoc, cum modus electionis ipsorum non sit determinatus per formam statutorum.

¹ Il testo: "solvenda".

² Qui è ripetuto "proposuit".

Mari de Alleis consuluit, quod electores Potestatis predicti eligantur per Priores Artium; et valeat ac si facta esset per presens Consilium.

Placuit quasi omnibus secundum predicti Sapientis dictum et consilium.

Presentibus testibus Tura del Grillo precone et Guidone Albarolli nuntio.¹

Die xvii^o mensis septembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Potestas, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod d. Bernardus Hugolini de *Iacoppis*,² electus potestas Brixie, pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis novembris, possit hoc acceptare.

D. Lotheringhus de Montespertoli consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit omnibus secundum propositionem predictam.

Presentibus testibus Lapo Florecti precone et Guidone Albarolli nuntio Pallatii.

Eodem die et testibus.

In dicto Consilio, dominus Iohannes collateralis assessor Potestatis, una cum Prioribus et Consiliariis, constituit sindicum ad presentandum electionem Potestati futuro, scilicet d. Scello electo in Potestatem dicti Comunis.

[c. 43^r.] Die xx^o mensis septembris. Signati per "T" non interfuerunt Consilio.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in Consiliis domini Capitanei die xviii^o dicti mensis septembris.

Bonisimus del Miglore surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam.

Corsus Deodati consuluit idem.

Presentibus testibus d. Iohanne assessore d. Potestatis et Duccio Francisci precone, et aliis.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicte Bonisimi.

Die lune primo mensis octobris, v^o indictionis.

Die secundo mensis octobris. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis d. Iohannes domini Scelli de Spoleto miles et vicarius nobilis viri domini Scelli d. Bertolecti de Spoleto potestatis Florentie, una cum ipso Consilio et Consiliariis eiusdem Consilii, fecerunt syndicos et procuratores quosdam notatos in quibusdam litteris seu cedula de partibus Francie transmissa, secundum formam in ipsa cedula notatam.

Presentibus testibus d. Iohanne de Recchanate legum doctore assessore collateralis Potestatis et Cardinale Benincase precone, et aliis.

¹ Segue il Consiglio generale e speciale del Capitano del 15 settembre, riportato al suo luogo nel Quaderno I. Ved. addietro, a pag. 57.

² * Rubeis *.

Die iii^o mensis octobris.

In Consilio generali Communis d. Iohannes miles et vicarius dicti d. Potestatis, voluntate, Priorum et Consilii, et ipsi Priores et Consiliarii, fecerunt syndicos, per Priores presentes vel futuros nominandos, ad conducendum milites et equites ac etiam pedites, secundum provisionem Priorum.

Presentibus testibus d. Iohanne de Recchanate assessore collaterali Potestatis et Lapo Florecti preconone, et aliis.

Die x^o mensis octobris.

In Consilio generali Communis proposuit d. Iohannes de Rechanate, mandato d. Iohannis d. Scelli vicarii d. Potestatis, et in ipsius Vicarii presentia, ea que deliberata fuerunt in Consilio C et domini Capitanei super petitione depositorum factorum per illos qui in pluribus populis alibrati sunt.

Item, super petitione Ferri Hugolini.

Item, super expensis lxxxv librarum faciendis in verone d. Capitanei.

Item, super electione Notarii Reformationum Consiliorum d. Capitanei et Communis, secundum quod heri firmatum fuit in ipsis Consiliis.

Ser Carradore Giraldi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item constituti fuerunt syndici Ferrus Hugolini populi Sancte Marie in Campo et Dandellus Iohannis populi Sancti Petri Scradii, more solito.

Presentibus testibus Cardinale Benincase et Lapo Florecti preconibus, et aliis.

Die xiiij^o mensis octobris.

In Consilio generali Communis proposuit d. Iohannes de Recchanate iudex et collateralis assessor d. Potestatis: Si videtur Consilio quod nobilis vir d. Rubeus de la Tosa, electus potestas civitatis Bononie, pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis ianuarii proxime venturis, dictum regimen acceptare possit, satisdando ut tenetur.

Presentibus testibus Cisti Mafferelli preconone Communis et Tuccio Rodulfi nuntio Priorum et aliis.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit secundum propositionem.

Placuit omnibus secundum propositionem predictam.

[c. 43^o] Die xviii^o mensis octobris.

In Consilio generali Communis proposuit d. Iohannes de Recchanate assessor collateralis

Potestatis¹ petitionem Sex de blado, die xvij^o octobris firmatam per alia Consilia.

Ser Raynaldus Manecti consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Presentibus testibus Duccio Francisci preconone et Guidone Albarolli nuntio Pallatii.

¹ Qui è ripetuto "proposuit".

Die xxij^o mensis octobris.

Presentibus Lapo Florecti precone et Iunta Fedis nuntio Pallatii et Iohanne Uliverii nuntio Pallatii.

In Consilio generali Comunis proposuit Lopus Faffi camerarius Comunis Florentie: Si videtur Consilio quod infrascripte expense fiant.¹

Spada Arrighi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ij lij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xxxvij.

Die xxiiij^o mensis octobris.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Iohannes de Recchanate, iudex et collateralis assessor et nunc vicarius domini Potestatis: Si videtur dicto Consilio quod nobilis vir dominus Bernardus de Rubeis electus capitaneus terre Montis Pulciani pro sex mensibus venturis; et dominus Ubertus de Vicedominis electus capitaneus terre Sancti Miniatis pro sex mensibus venturis, iniciandis in kallendis mensis february proxime venturi; et dominus Nichola de Circhulis electus capitaneus terre Prati pro sex mensibus venturis, possint acceptare dicta regimina, satisfando ut debent, secundum formam statutorum.

Presentibus testibus Cisti Maffarelli, Duccio Francisci precone Comunis et Guido Alberuoli nuntio Pallatii, et aliis.

Ser Raynaldus Manecti consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die iovis, primo novembris.

Die secundo mensis novembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Lopus Faffi camerarius Comunis Florentie, quod infrascripte solutiones fiant, videlicet.

Ducentis quinquaginta peditibus Castris Pontis Here, pro duobus mensibus; uno Castellano et quatuor peditibus de Caposelve, pro sex mensibus; uno Castellano et xx peditibus castris Montiscucoli, pro duobus mensibus.

Item, Bastardino de Mediolano lxxxxj florenos auri et soldos xxv florenorum parvorum, pro paga decem †

Item, Gerardo d. Verdini, pro se et xxiiij^o militibus, pro septem diebus †

Item,² pro se et xviiiij^o militibus seu equitibus pro uno mense, secundum quod firmatum fuit per Consilium C.

Item, solutio d. Marignani et d. Gualterocti, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Item, de c libris expendendis in Ponte Carrarie.

Dinus Peccora consuluit secundum propositiones.

¹ Spazio bianco di sei righe.

² Manca il nome.

Presentibus testibus Lapo Florecti et Cisti Maffarelli.
Placuit ij^o lxviiiij, nolentes fuerunt xxx.

[c. 44^r.] Die v^o mensis novembris. Alibi notatum est in quodam folio.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Iohannes de Recchanata iudex et assessor domini Potestatis, et nunc vicarius dicti domini Potestatis, omnia infrascripta. Primo videlicet, ea que deliberata sunt in aliis Consiliis super facto tallie et Capitanei ipsius tallie.

Item, ea que deliberata fuerunt in aliis Consiliis super facto solutionis mercatorum qui detullerunt mercatum ad exercitum, nuper factum contra Pisanos, et notarii et nuntiorum officialium deputatorum ad ipsum mercatum transmittendum.

Presentibus testibus Lapo Florecti precone Comunis et Ghinaccio Gianni nuntio Pallatii, et aliis.

Ser Raynaldus Manecti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per predictum Vicarium ad sedendum et levandum super predictis, placuit quasi omnibus, secundum dictum dicti ser Raynaldi suprascripti.

¹Item constituti fuerunt sindici, quos Priores eligerint, super facto dicte tallie.

Die xij^o mensis novembris.

Hac die commisse fuerunt imbreviature trium notariorum ser Formagio notario.

Die predicta. Alibi notatum est in quodam folio.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod electio futuri Potestatis civitatis Pistorii, eligendi pro sex mensibus venturis, innitiandis in kallendis ianuarii proxime venturi, ad pacta, conditiones² et salario in forma ambaxiate dicti Comunis Pistorii contenta.³

Dominus Lotheringus de Montespertoli consuluit, quod dicta electio acceptetur per Comune Florentie; et fiat per Potestatem, Capitaneum et Priores et alios Sapientes, siquos habere voluerint; et valeat electio quam fecerint.

In reformatione cuius Consilii placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Lotheringhi.

⁴Item, in eodem Consilio, constitutus fuit syndicus ad eundum ad presentandum electionem Iudicis appellationum et Sindici.

Presentibus testibus d. Iohanne iudice et assessore domini Potestatis et Cardinale Benincase precone Comunis.⁵

¹ In margine precedono le sigle "a. n."

² Il testo ha "conditionis".

³ Seguono due righe bianche.

⁴ Precedono in margine le solite sigle "a. n."

⁵ Resta in fin di pagina, uno spazio bianco capace di altre 6 o 7 righe.

[c. 44^{ta}] Die xiiij mensis novembris.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas infrascripta.

Primo, de licentia danda Francisco Bonnansegne, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Item, que firmata sunt per Consilia domini Capitanei super solutione nuntiorum d. Potestatis et Capitanei.

Item, super liceris Communis Urbisveteris, super electione unius Iudicis et unius notarii eligendi per sex menses, cum salario ccl^{ta} librarum denariorum Cortonensium.

Presentibus testibus d. Iohanne iudice et assessore domini Potestatis et Duccio Francisci precone Communis, et aliis.

Ser Raynaldus Manecti consuluit, quod electio dicti Iudicis et notarii remaneat in Potestate et Prioribus. In aliis consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Carradore Giraldi notarius consuluit, quod electio dicti Iudicis et notarii non acceptetur; et quod respondeatur per licteras Comuni Urbisveteris. In aliis acquievit dicto primi Sapientis.

Dominus Lotheringhus de Montespertoli iudex consuluit, quod dicta electio acceptetur et fiat per Potestatem et Priores;¹ et valeat dicta electio ac si facta esset per presens Consilium.

Factis partitis, placuit quasi omnibus secundum dictum domini Lotheringhi.

Die predicta.

In domo Priorum, d. Scellus potestas et Priores concorditer eligerunt d. Rodulfum d. Gentilis de Camerino in potestatem et pro potestate Communis Pistorii, pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis ianuarii proxime venturis, cum salario et conditionibus exprimendis et contentis in forma ambaxiate dicti Communis.

Presentibus testibus d. Antonio iudice Capitanei et milite eiusdem d. Capitanei.

Die xiiij mensis novembris.

In Consilio generali Communis proposuit Gherardinus Deodati camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis in dicto officio, omnia infrascripta.

Primo, negotium domini Micchaelis de Arrictio, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Item, decem petitiones emendationum equorum stipendiariorum.

Item, solutio trium stipendiariorum de masnada Guidoctini de Poczo.

Item, solutio Ruffoli de Ruffollis et duorum suorum peditum.

Item, solutio Berti olim Liscii domini Stoldi in quantitate librarum lxxvj soldorum^{cim} xiiij et denariorum iiij florenorum parvorum.

Item, solutio nuntiorum dominorum Priorum.

Ser Raynaldus Manecti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Il testo ha "Priorum".

Presentibus testibus Lapo Florecti preconone Comunis et Puccio Dietisalvi nuntio Pallatii, et aliis.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit cxxlj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt lxxxj.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas: Si videtur dicto Consilio quod Teghia de Bondelmontibus¹ possit acceptare potestariam terre Vulterre, pro sex mensibus iniciandis in kallendis ianuarii, satisdando ut debet.

Raynaldus Manecti consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit omnibus secundum dictum dicti ser Raynaldi.

Item revocatum fuit omne mandatum pro Comuni datum Neri Attiliantis per Potestatem et Consilium.

[c. 45^r.] Die xxvj^o mensis novembris.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus.

Primo videlicet, ea que deliberata fuerunt in Consilio Centum virorum, facto die xv^o novembris, super facto cavallatarum imponendarum.

Item, que provisata fuerunt in Consilio Centum, facto die xxj^o mensis novembris, super facto familie domini Potestatis retinende.²

Item, super facto domini Iohannis collateralis domini Potestatis

Item, super facto solutionum appostantium et capientium exbannitos.

Presentibus testibus domino Iohanne de Recchanata iudice et assessore collateralis dicti d. Potestatis et Cisti Mafferelli preconone Comunis, et aliis.

Dominus *Lapus*³ del Bocchacio surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas: salvo de facto cavallatarum, super quo consuluit quod nullus cogatur habere cavallatam; et quod cavallate imponantur divitibus.

Mari de Alleis surexit et arengando consuluit in omnibus, secundum propositiones predictas.

Bonismus del Miglore surexit et arengando consuluit secundum dictum domini Lapi suprascripti.

Magister Merlinus medicus surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Ubertus de Vicedominis surexit et arengando consuluit, quod nullus cogatur habere cavallatam.

Neri de Bondelmontibus surexit et arengando consuluit, secundum propositionem, super facto cavallatarum.

Factis partitis particulariter per d. Potestatem ad sedendum et levandum, super facto cavallatarum, placuit duabus partibus et ultra secundum propositionem predictam.

Item, super aliis omnibus, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

¹ Il testo, per error di penna, ha "Mondelmontibus".

² Il testo: "retinenda".

³ * Arrighus*.

Die xxvij^o mensis novembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Gherardinus Deodati camerarius Comunis Florentie.

Primo videlicet, salarium vj^o cavallatarum imponendarum pro anno futuro, ad rationem l^{ra} florenorum auri pro qualibet cavallata, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Item, de centum libris expendendis in reparatione Pallatii.

Item, de xxxij^{bus} libris expendendis in actamine campane domini Capitanei.

Item, de libris v et soldis v florenorum parvorum,¹ pro suo salario, quia nutrit leopardum.

Item, de solutione facienda domino Gherardo de Tornaquincis, pro uno mense incepto in kallendis novembris, ad rationem librarum lx^{ra} florenorum parvorum per mensem; et ser Duti *Maghinardi*² suo notario, pro xxiiij^{or} diebus inceptis die sexto mensis novembris, ad rationem soldorum quindecim florenorum parvorum per diem.

Item, de solutione facienda Naldo de Beliorsis olim conistabili Comunis Florentie in quantitate l^{ra} florenorum auri; faciendo finem de emendatione duorum equorum.

Item, de emendatione equi Doffi Salucii de Menczano, de conestabelaria Naldi de Perugia, in quantitate xv^o florenorum auri.

Item, de emendatione equi Tignie Orlandi de Monte Sansavino, in quantitate xvij^o florenorum auri.

Item, de emendatione equi Iohannis Durantis facienda Guillelmo Catalano, in quantitate xvij^o florenorum auri.

[c. 45^o] Item, de emendatione equi Naldi del Prete de Aretio, in quantitate lx^{ra} florenorum auri.

Item, de emendatione equi ser Rogerii Ughonis Albiczi, in quantitate x^o florenorum auri.

Item, de solutione facienda Buschie castellano castris de Hostina et duobus suis peditibus, pro sex mensibus.

Item, de solutione facienda Paczino de Uccellinis et quatuor suis peditibus, olim castellano castris de Caposelve, pro uno mense et quinque diebus.

Item, de solutione facienda Cingho de Altovitis castellano castris de Leccio pro tribus mensibus.

Item, de solutione xxx^{ra} peditum de Fighino, qui steterunt ad custodiam Laterini, ad rationem soldorum xl^{ra} pro quolibet eorum.

Item, de solutione mulateriorum.

Item, de solutione officialium ghabelle vini.

Item, de solutione facienda Ristoro, pro decem mensibus, in quantitate librarum x^o florenorum parvorum.

Presentibus testibus Lapo Florecti preconis Comunis et Ghinaccio Gianni nuntio Pallatii, et aliis.

Geri Lanfredi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas super predictis supra propositis, placuit clxxxxviiiij^o secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt lxxxx.

¹ Qui dovrebbe essere il nome del salariato, forse *Piero magistro* ec. Ved. addietro, pag. 91.

² * Aiguani *.

Die iij^o mensis decembris.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas: Si videtur dicto Consilio quod finis fiat pro Comuni Florentie domino Amalrico, secundum quod ordinatum est per alia Consilia.

Item, negotium Lapaccii de Adimariis et sociorum, sicut ordinatum est per alia Consilia.

Item, de cancellatione condemnationis Benghi quodam Bonsegnoris, secundum quod ordinatum est per alia Consilia.

Ser Raynaldus Manecti notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Dominus Lopus del Bocchaccio surexit et arengando consuluit †

Facto partito per dominum Potestatem ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Lapo Florecti preconis Communis et Ciali Aldobrandini nuntio Pallatii et aliis.

Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere.

Item constitutus fuit syndicus ad predicta super facto d. Amalrici.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit Hugo Aldobrandini de numero Priorum: Si videtur dicto Consilio quod ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xxviii^o mensis novembris, super facto Lapaccii de Adimariis et sociorum †

Item, negotium Benghi quodam Bonsegnoris.

Geri Lanfredi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Geri.

[c. 46^r.] *Die vij^o mensis decembris *¹

In Consilio generali Communis proposuit Baldovinus Rinuccii camerarius Communis, pro se et sociis suis, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de centum libris expendendis in fortificatione cassari castri de Laterino, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Item, de emendatione unius equi domini Potestatis, in quantitate xli florenorum auri.

Item, de emendatione equi Megloris de Roma de conestabellaria Manentis comitis de Sartiano, in quantitate xxv florenorum auri.

Item, de emendatione equi Pauli de Cortona de dicta conestabellaria, in quantitate xx florenorum auri.

Item, de emendatione equi Citadini de Marcena de dicta conestabellaria, in quantitate xli florenorum auri.

Item, de emendatione equi Burlafave de Montepulciano de dicta conestabellaria, in quantitate xxvij florenorum auri.

¹ * Die quarto mensis decembris *.

Item, de solutione facienda *canevariis*¹ salis.
 Item, de solutione facienda Rosso del Fornaio et sociis.
 Item, de solutione facienda Bindo de la Badessa.
 Item, de suspendendo impositionem et distributionem salis, que fieri debebat pro presenti anno, secundum ordinamenta Gabelle.
 Item, quod venditio redditus vini comitatus pro ccc x libris, facta Nigoczino de Casscia, potuerit fieri, non obstante venditione prius facta ad incantum Iohanni de Giungnis, pro clxxxv libris.
 Item, de mille libris dandis domino Iudici Gallurensi, pro custodia castri de Pecciole.
 Item, de solutione facienda ser Lapo Bonamichi et ser Phylippo Iunte, in quantitate librarum decem et octo.
 Item, negotium illorum qui emerunt gabellam vini.
 Item, negotium terreni Fratrum Omnium Sanctorum.
 Presentibus testibus Cisti Maffarelli et Tura del Grillo precone Comunis, et Ciali Aldobrandini nuntio Pallatii.²
 Corsus Deodati consuluit secundum propositiones predictas.
 Facto partito super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, placuit cccxxvij^{tem} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt lxxxvj^{em}.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta.
 Primo videlicet, negotium futuri Iudicis appellationum et Sindici.
³Item, negotium illorum qui emerunt gabellam vini.
 Item, de facto terreni Fratrum Omnium Sanctorum.
 Dominus Neri de Bondelmontibus consuluit secundum propositiones predictas.
 Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Neri.
⁴Item constituti fuerunt syndici ad predicta.

Die xiiij^o mensis decembris.⁵

[c. 46^o] Die xx^o mensis decembris.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas de bailia danda dominis Potestati, Capitaneo et Prioribus, secundum quod firmatum est per Consilium Centum et per alia Consilia domini Capitanei.
 Item, quod dominus Loctus de Alleis possit acceptare potestariam⁶ terre Burgi Sancti Sepulcri, satisfando ut debet, pro uno anno iniciando in kallendis ianuarii.⁷

¹ *canevariorum*.

² Abbiamo trasportato qui i testimoni, scritti anticipatamente nell'originale innanzi alle due ultime proposte.

³ Qui precedono, scritte sopra tra rigo e rigo, le solite sigle "a. n."

⁴ Precedono nel margine le sigle "a. n."

⁵ Seguono in due altri versi questi due ricordi: "Hic ponenda sunt ordinamenta edita super cavallatis novis".

⁶ Item, ordinamentum noviter editum super facto apostatorum exbannitorum.

⁷ Il testo: "potestarie".

⁷ Qui il notaro avea cominciato a scrivere un altro "Item", che lasciò senza cancellare.

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Dini.

Item constituti fuerunt syndici ad conducendum stipendiarios equites et pedites, videlicet Iacominus Bindi populi Sancti Pancratii ¹

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Potestatis et Duccio Francisci eius precone, et aliis.

Die xxj^o mensis decembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Tedicius Manovelli camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de solutione facienda duobus Castellanis castri Pontis Here, et ducentis quinquaginta peditibus, cum solito salario, videlicet librarum tredecim et soldorum vj et denariorum vj florenorum parvorum pro quolibet castellano per mensem, et librarum quatuor pro pedite per mensem.

Item, solutionem Castellani et peditum de Laterino ad solitum salarium.

Item, solutionem Castellani castri Montechi et decem peditibus, cum salario librarum ^{xx} pro dicto castellano, et duorum florenorum auri pro pedite; et aliorum castrorum, secundum quod firmatum fuit per alia Consilia.

Item, super solutione illorum qui habuerunt cavallatas.

Item, super solutione facienda illorum qui iverunt in cavalcatam factam ad terram de Empoli.

Item, de quantitate librarum ^l solvendarum Dominabus de Faventia.

Item, de solutione nuntiorum Potestatis, Capitanei, Iudicis appellationum, et duorum nuntiorum qui steterunt super facto tallie.

Item, de solutione Guillelmi Catellani et suorum millitum.

Dominus Locteringhus de Montespertoli consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, placuit cclxxviiiij de ^l libris solvendis Dominabus de Faventia, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt ^{viiiij}.

Item placuit cxxiiij de solutione facienda nuntiis, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt lxxvj.

Item, super aliis omnibus placuit * cclvj² secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt * xxxj³.

Presentibus testibus Duccio Francisci precone Comunis et Gherardo filio Corsi nuntio Priorum, et aliis.

[c. 47^r.] Die xxviiij^o mensis decembris. Alibi notatum in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, die

¹ Da "videlicet" fin qui è aggiunto dopo dal notaro, che pure omise di scrivere il compagno o i compagni di questo Giacomino.

² * cclxviiiij^{em} *.

³ * xxxiiij^{em} *.

xxvij^o mensis decembris, et etiam in aliis Consiliis domini Capitanei, die predicto xxvij^o dicti mensis decembris celebratis et factis.

Item, de licencia danda Neri domini Upiczini de Certaldo electo potestati¹ castri de Sovereto de Maritima, pro sex mensibus iniciandis in kallendis ianuarii proxime venturis, satisdando Comuni Florentie ut debet, secundum formam statutorum.

Item, de licentia danda domino Pino d. Stoldi de Rubeis electo potestati² castri Podii Boniczi, pro sex mensibus iniciandis in kallendis ianuarii proxime venturis, satisdando ut debet, secundum formam statutorum.

³Item, de familia d. Rubei de la Tosa, quam duxit ad civitatem Bononie, interpretanda quod sint de parte Ecclesie; quorum nomina scripta sunt in quadam cedula, et lecta fuerunt in presenti Consilio.

Presentibus testibus domino Iohanne de Recchanata assessore domini Potestatis et Duccio Francisci precone Communis.⁴

Dominus Lopus del Bocchaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum per dominum Potestatem, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti d. Lapi.

Die xxviii^o mensis decembris.

In Consilio generali novo Communis proposuit d. Scellus novus potestas, presentibus Prioribus: Quomodo et per quos eligantur sex syndici eligendi ad sindicandum veterem Potestatem eiusque familiam et berroarios; et quot esse debeant iudices inter eos. Item, quot esse debeant advocati qui prestare debeant patrocinium conquerentibus de predictis: tres an quatuor.

Presentibus testibus d. Iohanne de Recchanata assessore Potestatis et Lapo Florecti precone Communis.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit, quod Priores provideant et faciant predicta.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Item constitutus fuit syndicus ad petendum contra Potestatem eiusque familiam et berroarios, secundum formam statutorum.

Die eodem.

In Consilio LXXXX^a proposuit d. Potestas, in Pallatio: Quomodo eligantur Dictator Communis et sex Aprobatores Communis.

D. Banchus de Cavalcantibus consuluit, quod quilibet sextus eligant aprobatores suum.

Item, quod Priores eligant Notarium dictatorem Communis.

Bertus d. Peppi consuluit, quod Notarius fiat ad scrupinium.

Nicti Cacciafuori consuluit, quod unus notarius per sextum eligantur, et fiat scrupinium; et qui plures voces habuerit sit Notarius.

¹ Prima avea scritto "electus potestas" e corresse.

² Anche qui il testo ha "electus potestas", e non è corretto come sopra.

³ Precedono, scritte sopra tra riga e riga, le sigle "a. n."

⁴ Questi testimoni sono scritti sopra, dopo la prima proposta.

Factis partitis, placuit de electione Aprobatorum secundum dictum d. Banchi, et etiam super notario Dictatore.

Presentibus testibus d. Iohanne assessore Potestatis et Duccio Francisci precone Communis.

Quaderno III, cm. 31 × 23. Carte 55-75, delle quali sono bianche la 74^a e la 75.

1290, 15 gennaio — 1291, 21 dicembre.

[c. 55^r] Sancti Spiritus nobis adsit gratia amen.

In Dei nomine amen. Anno sue salutifere Incarnationis Millesimo ccc̄ lxxx̄x̄, Inditione iiiij. Tempore regiminis nobilium virorum domini Guillelmi de Putaliis de Parma potestatis et domini Beccadini de Artinixiis de Bononia defensoris et capitanei civitatis et Communis Florentie.

Die xv̄ mensis ianuarii.

In Consilio quorundam Sapientum congregato coram Potestate et Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super ambaxiata et petitione dominorum Alberti de Montebuono et domini Frederici de Testis, ambaxiatorum universitatis Partis Guelforum de Aretio, petentium quod placeat Comuni Florentie quod terre et castra comitatus Aretii, exceptis Laterino, Castilione Aretino, Montecchio et Lucignano, faciant precepta Communis Aretii et dicto Comuni obediant: quod si fiet, dicunt quod Comune Aretii firmabit de¹ deveto non tollendo Florentinis, usque ad xxv̄ annos.²

D. Tribaldus de Giandonatis consuluit, quod videantur instrumenta concordie hominum Partis Guelfe de Aretio, et dictum negocium remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus et illis Sapientibus quos habere voluerint.

D. Corsus de Donatis consuluit, quod nichil fiat de predictis petitis, secundum modum pacis tractate.

D. Ubertinus de lo Strocza consuluit, quod predicta petita fiant secundum petitionem dictorum ambaxiatorum; et si aliter fieri non posset, tollatur bailia a Consiliis opportunis.³ Et si predicta possunt meliorari, fiat.

D. Tegrinus de Maczinghis consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et illis sapientibus viris quos habere voluerint et quos crediderint honorem et bonum statum Communis Florentie diligere; et quicquid eisdem videbitur fiat de predictis.

D. Neri Bordellus consuluit secundum dictum illorum qui dixerunt quod secundum provisionem Sapientum procedatur in hiis.

Placuit omnibus secundum dictum predicti d. Tegrini et aliorum, qui dixerunt provideri debere super hiis per Sapientes.

¹ Si omette "pas", che pare principio di *passagio*, cancellato.

² Segue uno spazio bianco di tre righe.

³ Qui aveva aggiunto "salvo", e cancellò.

Die xv^j mensis ianuarii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, occasione providendi super predictis petitis per predictos ambaxiatores Guelforum de Aretio, secundum quod scriptum est in quadam cedula per ipsos ambaxiatores porrecta, in presenti Consilio lecta.

D. Loctus de Alleis consuluit, in predictis procedi et fieri et responderi debere secundum formam dicte cedule predictae, et secundum quod alias firmatum fuit de captivis et de guerra non facienda et facienda, et de strata aperienda et claudenda. Hoc etiam addito, quod si predicta possent in aliquo meliorari, fiat; secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus: et si meliorari non possent, procedatur ut dictum est.

Placuit omnibus secundum dictum d. Locti.

[c. 55¹] Die v^j mensis februarii.

Coram d. Capitaneo et Prioribus congregatis quampluribus sapientibus viris civitatis Florentie, et ibidem audita ambaxiata ambaxiatorum Guelforum et Ghibellinorum de Aretio, facta pro parte Communis Aretii super quibusdam per eos petitis in dicto presenti Consilio.

D. Neri de la Gataria consuluit, quod predicta petita per predictos ambaxiatores examinentur per Priores et alios Sapientes quos et quot habere voluerint, per quos predicta examinentur; cum hac intentione, quod id quod fieri poterit fiat per Comune Florentie, pro statu et conservatione pacis dicte terre de Aretio.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Eodem die.

Congregatis coram Prioribus aliquibus Sapientibus numero ^{ccm}x, occasione providendi super predictis contentis in dicta ambaxiata, placuit omnibus quod carcerati omnes Aretini, secundum quod alias firmatum fuit, relaxentur ad instantiam ditorum ambaxiatorum, et possint et debeant relaxari, non obstantibus aliquibus per ambaxiatores non reductis, secundum oblationem alias factam per ambaxiatores Guelforum.

Die viij^o mensis februarii.

In Consilio quamplurium Sapientum, congregato coram d. Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit:¹ Quid videtur Consilio providere super facto Communis Prati, quod noluit se obligare vel promictere in tallia militum; et qualiter ipsum Comune de hoc requisitum est per litteras et ambaxiatores Communis Florentie, nec videtur velle consentire: et maxime quia dicunt, de quantitate militum esse ultra conveniens gravatum.

¹ Forse il Potestà, perchè da lui son messi i partiti.

- Item, ubi et ad quas partes ire debeat et morari Stephanus de Bibiena cum gente sua.
- Item, de reassignatione facienda de lxxxvj militibus tangentibus Comune Florentie de tallia ijl militum, cum videantur defficere ^{cin}xj sine illis qui sunt de masnada Stephani.
- Item, super eo quod ambaxiatores Comunis Aretii petunt quod strate rebanniantur, ita quod quisque hinc inde libere et expedite ire et uti possit; cum hoc alias firmatum fuerit.
- D. Synibaldus de Tornaquincis consuluit, quod Comune Prati iterum rogetur et requiratur ut predicta promictat. Item, quod strate rebanniantur, ut dictum est. Item, quod de militibus Stephani suppleatur dictus defectus dictorum militum. Stephanus autem et alii sui milites ire debeant et morari secundum voluntatem d. Potestatis, Capitanei et Priorum.
- D. Burnectus Latinus consuluit, quod defectus dictorum militum suppleatur secundum voluntatem Potestatis, Capitanei et Priorum; et de mora Stephani et strata rebannienda, secundum dictum d. Synibaldi. De facto Prati consuluit, quod eisdem detur habeatur et diminuatur de quantitate tallie, secundum quod sibi diminutum fuit anno proxime preterito.
- D. Neri de Pilliis consuluit, quod per syndicos Comunis, termino ordinato, reassignentur d. Amalrico in quantitate que tangit Comuni Florentie. Item, quod scribatur Comuni Prati ut quemdam sapientem virum mictant Florentiam ad providendum et tractandum super predictis. Item, quod bannum mictatur super strata rebannienda, ut dictum est.
- Factis partitis per d. Potestatem, placuit quasi omnibus, super facto Pratensium, secundum dictum d. Neri predicti.
- Item, quod milites per syndicos Comunis presententur d. Amalrico, secundum dictum d. Neri.
- Item, illud idem de mora masnade Stephani.
- Item, quod strata rebanniatur, ut dictum est.

[c. 56^r] Die xv^o mensis februarii.

- In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, occasione providendi super litteris missis per Capitaneum castri Laterini.
- Item, super facto illorum de Castillione Aretino et super litteris et ambaxiatis Comunis de Castillione Aretino, pro facto litterarum dicto Comuni missarum, pro facto exitiorum dicte terre.
- Item, super facto Pratensium, qui se non obligarunt ad talliam d. Amalrici.
- Item, super custodia Montiscuccheri; et hoc, cum terminus sit finitus, pro quo xxv peditibus, pro custodia dicte terre, fuit satisfactum.
- D. Gianni Bonaguide consuluit, quod unus bonus notarius mictatur ad castrum Laterini, qui loquatur cum hominibus dicte terre, et etiam cum d. Raynaldo, et eis dicat bona verba. Item, quod super facto Castillionis provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores, et cum ambaxiatoribus tractetur de facto Castillionis. Item, quod ambaxiatores mictantur Pratum, occasione predicta. Item, quod castrum Montiscuccheri custodiatur cum quantitate peditum qua custoditum fuit hactenus, pro illo tempore quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus.
- D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit †

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod per Potestatem, Capitaneum et Priores provideatur taliter quod exititii Castillionis, vel confinati, non possint prope castrum venire vel stare, per unum vel duo miliaria. Item, quod precipiatur illis de Laterino quod nullum d.¹ faciant sine voluntate Comunis Florentie, et quod castrum et beltreschas debeant reaptare.

Placuit omnibus secundum dictum d. Gianni et domini Guelfi, super facto Laterini.

Item, placuit quasi omnibus, secundum dictum d. Gianni predicti.²

Item, de facto Prati, placuit secundum dictum predicti d. Gianni.

Item, de facto Montiscuccheri, secundum dictum predicti d. Gianni.

Die xxj^o mensis februarii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super litteris missis³ a domino Bindello de Adimaris potestate Castillionis Aretini, super quodam tractatu⁴ qui dicitur esse factus per Aretinos intrinsecos.

Item, super litteris missis a Capitaneo castri Pontis Here, super guarnimento castri predicti.

Item, si videtur Consilio quod littere mictantur d. Amalrico, ut terminum prorogare debeat Comuni Florentie super representatione militum, quam Comune Florentie facere debet dicto d. Amalrico, occasione eius quod petit comes Manente.

D. Bertus de Frescobaldis consuluit, quod scribatur Potestati Castillionis Aretini, ut faciat bonam custodiam, et procuret exquirere conditiones Aretinorum. Item, quod guarnimentum mictatur ad castrum Pontis Here. Item, quod de facto comitis Manentis et stipendiis suis remaneat in Prioribus.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod guarnimentum mictatur de balistis et aliis ad castrum Pontis Here, secundum literas.

Dinus Peccora consuluit, quod sex boni Capitanei guerre fiant.

D. Bellisciardus de la Tosa consuluit, quod Capitanei guerre qui eligentur ut dictum est durent per totam presentem estatem.

Placuit omnibus, * quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus *.⁵

[c. 56^o] Die xxvj^o mensis februarii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio providere super hiis que dixit d. Inghirame de Biserno et petiit, videlicet quod sibi mutuenter v floreni auri, et alia; secundum quod in sua petitione continetur.

D. Neri de Piliis consuluit, quod negotium Plumbini, et dicte pecunie petite, sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus. In aliis autem consuluit fieri et procedi secundum petitionem predicti d. Inghirami.

¹ Così chiaramente il testo, nè sapremmo come interpretare. Forse *dampnum*.

² Rimane così in tronco: e par chiaro che sarebbe da aggiungere *super facto Castillionis*.

³ Il testo: "misis".

⁴ Il testo ha "quibusdam tractat" ec.; e correggiamo dal plurale al singolare per accordarlo con quel che segue.

⁵ * secundum propositiones *.

D. Corsus de Donatis consuluit, quod procuretur et fiat per Comune Florentie id quod petit d. Inghiramus, de militibus et victualiis habendis a terris Vulterre et Grosseti; et quod possint receptare in terris Vulterre cum gente sua. Item, quod pecunia quam petit sibi mutuetur, cum instrumento ab eo recipiendo.

Neri Attiliantis consuluit, quod predicta deliberentur in minori Consilio.

Non fuit reformatum.

Die xxvij^o mensis februarii.

In Consilio quorumdam Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super litteris missis a domino Amalrico et Bulgaruccio de Sartiano, super facto cuiusdam nuntii de Vulteris capti cum litteris que mictebantur Pisas; secundum quod in ipsis litteris, in presenti Consilio lectis, plenius continetur.

D. Rogerius Rubeus consuluit, quod incontinenti scribatur d. Amalrico, ut cum gente sua incontinenti vadat ad partes Vulterre.

D. Guaytanus de Pilliis consuluit, quod ambaxiatores mictantur Vulterram et littere. Item, quod scribatur d. Amalrico ut cum gente sua sit paratus, ita quod, quando habuerit litteras Comunis Florentie, possit ire ad partes que videbuntur Sapientibus Comunis Florentie.

D. Benghi Bondelmontis consuluit, quod ambaxiatores et littere mictantur Vulterram, et quod banniat quod omnes milites cavallatarum sint parati; et hoc banniat. Et quod omnes illi ex cavallatis qui sunt extra civitatem Florentie, redeant * in civitatem *.¹

D. Rossus de la Tosa consuluit, quod unus bonus homo mictatur Vulterram; et scribatur d. Amalrico ut ad presens,² nisi prius habuerit litteras Comunis Florentie, non debeat equitare.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod scribatur d. Amalrico ut Consiliarios suos Comunis Florentie mictat Vulterram, cum masnada Manentis de Sartiano.

Placuit, quod ambaxiatores mictantur Vulterram, quos et quot Priores voluerint.

Die x^o mensis martii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram d. Iacobino assessore Potestatis et domino Beccadino capitaneo Comunis Florentie, auditis et expositis per d. Albicium Corbinelli ambaxiatorem Comunis Florentie hiis que³ in parlamento quod nunc fit apud Empoli, pro facto determinandi factum exercitus qui fieri debet, sicut firmatum fuit in alio parlamento super hoc facto de mense decembris proxime preteriti. Quibus sic expositis, proposuit dictus assessor Potestatis, quid in hiis sit providendum pro Comuni. Item, quid sit providendum super facto Pratensium, qui se non obligaverunt in aliquo d. Amalrico.

D. Rossus de la Tosa consuluit, quod in dicto parlamento, pro parte Comunis Florentie, dicatur quod placet Comuni Florentie quod exercitus viriliter et potenter fiat contra

¹ * Florentiam *.

² Qui è un "sine" cancellato. Voleva certamente scrivere *sine litteris* invece di "nisi prius" ec.

³ Qui manca *tractantur* o *tractata sunt*.

Pisanos; et dies motus exercitus sit in kallendis maii. Item consuluit, quod ambaxiatores mictantur Pratum occasione predicta, scilicet ad rogandum Comune Prati ut velit super facto d. Amalrici se obligare, et observare et facere que tenetur.

D. Symon Donati consuluit, quod duo Sapientes per sextum habeantur ad providendum super facto exercitus.

Non fuit reformatum.

[c. 57^r.] Die $\overset{\circ}{x}$ mensis martii.

In Consilio quamplurium Sapientum popularium et artificum et Capitulum ^{clm} xij maiorum Artium, congregato in domo Priorum, coram dominis Potestate et Capitaneo et Prioribus, proposuit d. Potestas predicta hodie proposita, scilicet: Si placet eisdem quod exercitus fieri debeat per Comunia Societatis contra inimicos, et quomodo et quando et ad quas partes; et generaliter, que circa ipsum exercitum facienda sint.

D. Iacobus de Certaldo consuluit, quod exercitus fiat contra Pisanos, de mense *madii*,¹ circa principium: tamen, dies motus exercitus et locus non determinetur. Alia remittantur in Potestate, Capitaneo et Prioribus.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod exercitus fiat contra Pisanos, et motus sit viij diebus intrante mense maii; et duret usque ad kallendas iulii. Et quod tres sextus civitatis et comitatus vadant in dictum exercitum; et fiat scambium de sextibus, de tribus in tribus septimanis.

Albertus Baldoni consuluit, quod in hiis aliquid non firmetur, nisi prius videatur voluntas Comunis Luce. Et si contingeret Lucenses nolle in predictis procedere, habeatur tunc consilium de predictis: si autem contingerit Comune Luce velle facere id quod promisit, per Comune Florentie observentur promissa.

Placuit omnibus predictis Sapientibus, quod per Comune Florentie, una cum aliis Communibus Societatis, fiat exercitus contra Pisanos inimicos Societatis; sicut firmatum est alias.

Die xj mensis martii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit Potestas predicta, que alias, ut supra scriptum est, proposita fuerunt super predictis supra propositis, super facto exercitus.

D. Foresius domini Bonaccursii consuluit, quod exercitus fiat contra inimicos Pisanos; sed quando, ubi et quomodo, et alia, sint in Potestate, Capitaneo et Prioribus.

Placuit *quasi* omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xviii mensis martii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus proposuit d. Potestas: Quid videtur dicto Consilio providere super hiis que tractata sunt in parlamento facto apud Empoli, super facto exercitus fiendi contra Pisanos; secundum quod relata fuerunt per ser Rogerium Hugonis Albiczi, et per eum in scriptis

¹ *martii*.

relata, et per me B. notarium in presenti Consilio lecta, scilicet: Si videtur dicto Consilio providere et firmare quod predicta fiant et firmentur. Et si contingeret Comune Luce non velle recipere partem sibi assignatam in dicto tractatu et parlamento †

Item, quomodo fiat divisio militum et peditum *que* fieri debet inter Comune Florentie et alia Comunia Societatis, excepto Comuni Luce, cui certa pars assignata est.

Item, quid videtur dicto Consilio providere super eo quod per procuratorem d. Amalrici notificatum est et protestatum est coram Potestate, Capitaneo et Prioribus civitatis Florentie, de solutione sibi non facta per aliqua Comunia Societatis.

D. Synibaldus de Tornaquincis *consuluit*, quod predicta omnia, in nomine D., firmentur et in eis procedatur; et quod Potestas, Capitaneus et Priores et Capitanei guerre provideant in aliis super hoc propositis, et cum aliis Sapientibus, siquos habere voluerint. Item, quod ambaxiatores mictantur Comunibus qui non fecerunt pagam d. Amalrico.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die eodem.

In Consilio predictorum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus ut dictum est, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super ambaxiata et petitionibus ambaxiatorum Comunis Aretii, scilicet d. Alberti de Montebuono et d. Vicini¹ de Catenaria.

Benghi Bondelmontis *consuluit*, quod dictus Nepoleone non relaxetur. Item, quod de Vallechi et de hiis que super hiis petunt nichil fiat: alia vero omnia petita per predictos ambaxiatores provideantur per Potestatem, Capitaneum et Priores, secundum quod viderint convenire.

[c. 57¹] D. Guelfus de Cavalcantibus *consuluit*, quod aliquis qui sit vel fuerit de civitate Florentie vel districtu non relaxentur nec rebanniantur. In aliis acquievit dicto predicti d. Benghi.

D. Foresius d. Bonaccursi *consuluit*, quod de facto Nepoleonis et eius relaxatione *remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus*² alii vero capti non relaxentur. Quod nichil fiat de petitione fideiussorum Ubertinorum. Quod passagium tollatur in Castillione, si consuetudo est, victualiis que deferuntur in Aretio: illis que deferuntur Florentiam non tollatur.

D. Bertus Frescobaldi *consuluit*, quod petitiones Aretinorum examinentur; et si petunt quod de iure sibi debeat fieri, fiat; alioquin, eis fiat responsio secundum quod videbitur convenire, denegando eisdem predicta. Et hoc, secundum tractata cum Guelfis Aretinis.

Placuit omnibus secundum dictum d. Berti.

Die xx^o mensis martii.

In Consilio quamplurium Sapientum et Capitaneorum guerre congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super divisione

¹ Il testo ha "d. Albertum" e "d. Vicinum".
² * nichil fiat *.

militum et peditum iturorum in exercitu faciendo contra *Pisanos*, scilicet de ipsa divisione facienda inter Comunia Luce et alia Comunia Societatis, et etiam inter Comune Florentie et alia Comunia Societatis; narratis et lectis hiis que super hoc provisum sunt.

D. Nerlus de Nerlis consuluit secundum quod factum et tractatum est in parlamento de parte Comunis Luce; et de alia divisione facienda cum aliis Comunibus, consuluit quod super hoc, et etiam super facto Luce, fiat sicut utilius fieri poterit; et rescribant ea que super hoc facere poterunt, scilicet super utroque facto.

D. Rossus de la Tosa consuluit idem.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis; et quod plenum et generale mandatum detur ambaxiatoribus Comunis Florentie, sine aliqua conditione.

Die xxj^o mensis martii.

Providerunt Priores, autoritate et balia eisdem concessa per Consilia C virorum et d. Capitanei, quod castrum Montisluchi de la Bernardingha custodiatur pro Comuni et expensis Comunis, cum uno Castellano et iiiij^{or} peditibus; castrum Caposelvoli, cum uno castellano et iiiij^{or} peditibus; castrum Pietresancte, cum uno Castellano et ij peditibus. Et quod ipsi Castellani eligantur solummodo usque ad kallendas ianuarii proxime venturas, cum numero peditum predictorum, et cum salario solito.

Die xxiiiij^o mensis martii.

In Consilio Capitaneorum guerre et aliorum Sapientum iuris coram officio Priorum congregato, lectis litteris missis per ambaxiatores Comunis Florentie existentes apud Empoli ad parlamentum, super divisione militum et peditum iturorum ad exercitum, et super eo quod Pistorienses non remiserunt ad parlamentum; et super aliis que in ipsis litteris continentur.

D. Bertus de Frescobaldis consuluit, quod unus bonus ambaxiator mictatur Senas, ad rogandum Comune Senarum de predictis, et duos milites ambaxiatores ad Comune Pistorii et Prati, ut predicta acceptare debeant, scilicet ea que ibidem tractata sunt in parlamento.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Millesimo cc lxxxvj^o, indictione quarta. Die xxv^o mensis martii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum; narratis per d. Hugonem de Coldaria conditionibus que nuper emergunt inter Lucenses et illos de Montecatino, et qualiter d. Amalricus ad requisitionem Lucensium ivit ad terram Buczani, et qualiter Lucenses voluerunt et volunt ipsum d. Amalricum ire debere ad vastandum illos de Montecatino, si ipsi liberaliter non veniunt ad mandata Comunis Luce sine aliqua conditione; et audita responsione illorum de Montecatino facta d. Amalrico, et qualiter d. Amalricus petit consilium et velle Comunis Florentie, ante quam ad alia procedatur; secundum quod hec et alia per ipsum d. Hugonem plenius exposita fuerunt.

- D. Bardus Angiolerii consuluit, quod Potestas et duo ex Prioribus, cum aliis ambaxiatoribus quos voluerint, vadant Lucam occasione predicta; et habeantur ambaxiatores a Comunibus Prati et Pistorii, cum illa ambaxiata que videbitur dominis Prioribus.
- [c. 58^r] D. Nerlus de Nerlis dixit, quod Potestas, cum illa ambaxiata et ambaxiatoribus que et qui videbuntur Potestati et Prioribus, vadant Lucam occasione predicta, absque ambaxiatoribus Comunis Pistorii.
- Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti d. Nerli.

Die iij^o mensis aprelis.

- In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum; lectis quampluribus litteris missis super novitatibus civitatis Pisarum, tam per mare quam per terram: Ideo, d. Potestas proposuit, quid in hiis sit providendum et faciendum pro Comuni Florentie.
- D. Rossus de la Tosa consuluit, quod fiat cum d. Amalrico quod ipse concedat et det c milites d. Inghiramo, qui morentur in terris suis; et quod ambaxiatores mictantur ad civitatem Vulterre, ut mictant victualia ad terras domini Inghirami. Item, quod loquatur d. Amalrico de sua mora, si fieri posset, in terra Masse. Item quod scribatur Comuni Prati de solutione per dictum Comune fienda d. Amalrico.
- D. Teghia Tedaldi consuluit, quod c vel cx milites dentur d. Inghiramo, ut dictum est; et quod d. Amalricus cum gente sua non vadat ad terram Masse ad presens. De solutione Pratensium quam facere debent d. A., remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus.
- Placuit dicto Consilio, quod centum milites ex illis de tallia dentur d. Inghiramo, qui manere debeant in terris d. Inghirami, pro resistendo quod granum vel bladum non deferratur Pisas.
- Item, quod d. A. rogetur ut vadat ad terram Sancti Miniatis; non obstante eo quod sibi non sit solutum a Pratensibus.
- Item, quod ambaxiatores mictantur ad civitatem Vulterre, ut dictum est.

Die iiij^o aprelis.

- In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super novitatibus Maritime et Plumbini; lectis quampluribus litteris super hoc missis; narratis hiis que heri firmata fuerunt de c militibus tallie mittendis ad partes et terras d. Inghirami.
- Manectus Tinioczi consuluit, quod d. Amalricus cum militibus tallie vadant ad terram Vulterre; et postea dixit quod vadant Plumbinum. Item, quod duo ambaxiatores mictantur Senas.
- D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod d. Amalricus cum militibus tallie vadat ad civitatem Vulterre; et tunc, cum ibidem fuerit, capiat consilium per se et alios quid sit in hiis faciendum: dummodo c milites remaneant in terra Sancti Miniatis.
- D. Gerardus Sgrana consuluit, quod c milites transmictantur ad partes Maritime, ut heri firmatum fuit; et quod d. A. cum alia gente tota vadat ad civitatem Vulterre. Item, quod Vulterani rogentur, ut de suis militibus et peditibus mittant cum d. A. ad partes Maritime, si contingerit eum ire.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Gerardi.
Item, quod provideatur per Priores de victualiis.

Die xj^o mensis aprelis. Alibi notatum est in quaterno Camere.

Per d. Potestatem, Capitaneum et Priores, et alios Sapientes ad hoc habitos, autoritate et vigore bailie eisdem concesse per Consilia Comunis Florentie, *provisum fuit* quod Camerarii Comunis expendant et solvant, de dicti Comunis pecunia, usque in quantitatem librarum iij^o florenorum parvorum, pro pretio sindonis et sutura vexillorum et banderiarum, ad provisionem Priorum.

[c. 58^o.] Die xvj^o mensis aprelis.

In Consilio quamplurimum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super infrascriptis, proposuit d. Potestas: Quid et quomodo videtur dicto Consilio providere super pecunia in Comuni habenda, pro facto exercitus fiendi contra Pisanos intrinsecos, sicut ordinatum est.

D. Lopus de Bardis consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum illis Sapientibus quos habere voluerint, provideant in predictis; et quod predicta ad opportuna Consilia proponantur.

D. Neri de Pilliis consuluit idem.

D. Donatus Alberti consuluit idem.

Non fuit reformatum.

Eodem die et testibus.

In Consilio predictorum Sapientum proposuit d. Potestas: Quid videtur dicto Consilio respondendum esse ambaxiatoribus Vulteranis, petentibus quod de civitate Vulterana non fiat guerra ad presens Pisanis, pro ipsorum Vulteranorum defensione.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod ambaxiatores Vulterani rogentur quod debeant guerram facere, et pati quod fiat de ipsorum terris, contra Pisanos.

D. Teghia Tedaldi consuluit, quod petitio ambaxiatorum de Vulterra admittatur et fiat; et scribatur domino Amalrico quod de civitate Vulterre non faciat cavalcatam contra Pisanos, nisi esset cavalcata que valde magnum dampnum daret et faceret inimicis.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod scribatur d. Amalrico ut dampnificet Pisanos, et dicti ambaxiatores rogentur et eisdem omnimode dicatur quod patiantur quod guerra fiat contra Pisanos de terra sua.

D. Lopus de Bardis consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus.

Nutus Marignoli consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum duobus pro sextu, provideant in predictis.

Angiolinus Bernardi consuluit, quod dicatur ambaxiatoribus predictis quod omnimode Comune Florentie vult quod Comune Vulterre faciat et observet, *guerram* faciendo Pisanis, ea que facere promiserunt et tenentur.

Die xvij^o mensis aprilis.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit Potestas: Quomodo pecunia in Comuni habeatur pro necessariis expensis exercitus faciendis.¹

Ser Chiarus de Varaczano consuluit, quod pecunia sufficiens, pro predicto exercitu laudabiliter et potenter faciendo, habeatur per libram imponendam in civitate et comitatu Florentie.

Mari de Alleis consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus.

D. Corsus de Donatis consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Non fuit reformatum.

Die eodem.

In Consilio Capitaneorum exercitus et aliorum duorum Sapientum per sextum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super facto heri proposito in Consilio Sapientum, super facto ambaxiatorum de Vulterra.

D. Odaldus de la Tosa consuluit, quod dicatur et respondeatur ambaxiatoribus Vulteranis quod ipsi patiantur quod guerra fiat Pisanis de civitate Vulterre.

Dinus Peccora consuluit, quod respondeatur ambaxiatoribus predictis quod voluntas Communis Florentie esset, quando placeret Comuni Vulterre quod de dicta terra guerra fieret Pisanis; alioquin, consentiatur suis petitionibus, maxime usque ad redditum d. Amalrici.

D. Neri Bondelmontis consuluit,² quod omnimode placet Comuni Florentie quod de civitate Vulterre fiat guerra Pisanis, et eis assignetur certus terminus ad respondendum eorum intensionem.

[c. 59.] D. Bertus de Frescobaldis consuluit, quod Vulterani curialiter rogentur de predictis; et si non posset fieri, cum bonis verbis consentiatur eisdem.

Placuit omnibus secundum dictum d. Berti predicti.

Eodem die.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Prioribus, in capella Priorum, firmatum fuit quod illi qui sunt Capitanei guerre sint et esse debeant Capitanei felicis exercitus fiendi contra Pisanos.

Die predicta, domini Potestas et Capitaneus hiis consenserunt, salvo honore iurisdictione et officio d. Potestatis, in omnibus.

¹ Prima avea scritto "pro necessariis et expensis dicti exercitus faciendis", poi cancellò l' "et" e il "dictis".

² Qui il notaro ha dimenticato di scrivere *quod respondeatur ec.*

Die xviiij^o mensis aprilis.

In Consilio Capitulum^{um} xij^{um} maiorum Artium et aliorum Sapientum popularium civitatis Florentie exposita ambaxiata et relata per d. Cursum de Donatis, quam ipse et dominus Brunectus de Bruneleschis, ambaxiatores Comunis Florentie transmissi ad civitatem Ianue, occasione discordie orte inter quosdam Florentinos et quosdam Ianuenses in civitate Nemausii, fecerunt, ac etiam responsione eisdem facta; proposuit d. Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid sit in hiis providendum pro Comuni.

Item, de pecunia in Comuni habenda pro facto exercitus fiendi contra Pisanos intrinsecos.

Latinus Bonaccursi consuluit, quod Capitanei Partis rogentur ut pecuniam necessariam pro facto dicti exercitus mutuare debeant Comuni Florentie, cum omni cautela que voluerint: et quod propterea, libra vel prestantia non imponatur. Item, quod Priores habeant Capitulum, et mercatores qui habent facere in civitate Ianue; per quos provideatur super facto Ianuensium, secundum quod viderint convenire.

D. Niccola de Acciaiuolis consuluit, quod generalis libra * seu prestantia * fiat pro Comuni predicto in magna quantitate, occasione dicti exercitus.

Placuit maiori parti dicti Consilii secundum dictum dicti d. Niccole.

Item, quod aliud factum Ianuensium remaneat et in eo procedatur secundum dictum predicti Latini.

Die xxiiij^o mensis aprilis.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate * Capitaneo * et Prioribus, in domo Priorum, proposuit Potestas, quanta quantitas videtur Consilio quod imponatur pro centonario, occasione exercitus.

Item, si videtur quod gens augeatur que ire debet in exercitum, secundum petitionem Capitaneorum exercitus, vel aliter.

Item, de militibus stipendiariis conducendis, et in quanta quantitate.

Item, de amicis requirendis, et qui debeant requiri.

Manectus Tiniozzi consuluit, quod libra sit ad rationem soldorum c pro centonario. Item, quod quantitas militum et peditum augeatur, secundum quod petatum est per Capitaneos exercitus. Item, quod Comune Bononie, d. Marchio Estensis, Maghinardus de Susenana et Comites Guidi, et alii amici quos Potestas et Capitaneus et Priores voluerint, requirantur. Item, quod soldati non conducantur ad presens.

Dinus Peccora consuluit, quod cavallate reddantur illis quibus sublate fuerunt: salvo quod si aliquis ex eis non esset sufficiens ratione defectus persone, sit in provisione Priorum. Item, quod soldati non habeantur. Item, quod quantitas imponenda per libram sit in Potestate, Capitaneo et¹ Prioribus, visa diligenter ratione. Item, quod predicti requirantur.

¹ Qui sopprimiamo un "in", che certo il notaro si scordò di cancellare dopo avere aggiunto sopra tra rigo e rigo "in Potestate, Capitaneo et".

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Peccore.

Item, quod pedites cum lanceis sint iij.

[c. 59^o] Die xxv^o mensis aprilis.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super facto Laterini, et super litteris et preceptis factis et missis per Potestatem Comunis Aretii Comuni et hominibus de Laterino, quod compareant coram eo ad obediendum suis mandatis; et etiam Comuni et hominibus terre Viterete, que dicitur esse de curia Laterini.

Item, super facto custodie Castillionis Aretini, que petitur per Comune Castillionis Aretini.

Quibus sic expositis, proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio in hiis providere.

D. Tegrinus de Maczinghis consuluit, quod negocium Laterini examinetur et provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Capitaneos exercitus, et duos vel unum per sextum. Item, illud idem fiat de custodia Castillionis Aretini.

Dinus Peccora consuluit, quod littere mittantur Gallasso potestati Aretii, quod nullo modo de factis Laterini se intromictat. Item, quod expensis Comunis Florentie mictantur centum pedites ad custodiam Castillionis. Item, quod c pedites et balistarii mictantur ad custodiam Laterini.

D. Loctus de Alleis consuluit, quod littere mictantur vel ambaxiator Comunis Florentie Potestati et Comuni Aretii; et dicatur quod valde miratur Comune Florentie de litteris missis et preceptis missis Comuni Laterine et terre Viterete; et quod pedites transmictantur ad custodiam Laterini, a centum infra; secundum quod Potestati, Capitaneo et Prioribus videbitur. Item, quod *rogetur* Comune Montispulciani, si videbitur Potestati et Prioribus, quod velint mictere certam quantitatem peditum ad custodiam Castillionis Aretini. Item quod, si videbitur Potestati et Prioribus, possint etiam habere consilium super predictis; et per Potestatem precipiatur illis de Laterino ut non compareant nec solvant.

D. Donatus Alberti consuluit, quod littere vel nuntius non mictantur Potestati vel Comuni Aretii. Item, quod centum pedites, cum uno capitaneo et uno notario, mictantur ad custodiam Laterini. Item, quod centum pedites mictantur ad custodiam Comunis Castillionis Aretini, expensis Comunis Florentie.

Manectus Tinioczi consuluit, quod centum pedites cum uno capitaneo mictantur ad custodiam Laterine. Item, quod *rogetur* Comune Montispulciani quod centum pedites mictant ad custodiam Castillionis Aretini, durante exercitu, per octo dies ante motum exercitus.

Facto partito per Potestatem, placuit omnibus secundum dictum d. Tegrini.

Die penultimo mensis aprilis.

Per Potestatem, Capitaneum et Priores, et alios Sapientes, provisum et firmatum fuit de libra imponenda ad rationem soldorum c pro centonario; secundum quod plenius notatum est in quodam folio.

Die vij^o mensis maii.

Proposuit d. Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus, in Consilio quamplurium Sapientum congregato coram predictis, in domo Priorum, audita ambaxiata ambaxiatorum Comunis Luce, continente qualiter Lucenses se parant continue ad exercitum fiendum contra Pisanos, sicut ordinatum est; et quod volunt scire voluntatem Comunis Florentie super motu ipsius exercitus, rogantes quod bonus apparatus fiat per Comune Florentie: Quid sit providendum et respondendum.

Mari de Alleis consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis exercitus.

D. Tribaldus de Giandonatis consuluit, quod bona verba respondeantur ambaxiatoribus predictis; et qualiter Comune Florentie intendit viriliter procedere ad dictum exercitum faciendum.

[c. 60^r.] D. Neri Bordellus consuluit, quod ante quam insignia Comunis extrahantur vel ferrantur extra civitatem Florentie, sciatur per ambaxiatores vel alio modo quantitas gentis Comunis Luce et aliorum Comunium Societatis, quam ducere debent in dictum exercitum.

Andreas de Ricziis consuluit †

Die x^o mensis maii.

In Consilio Capitudinum xij^{im} maiorum Artium et aliorum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit dictus d. Potestas: Quid videtur Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum quamplurium Comunium Romaniole, in presenti Consilio recitata.

Item, super provisionibus factis, super facto exbannitorum, contra exbannitos.

D. Loctus de Alleis consuluit, super ambaxiata et petitione dictorum ambaxiatorum, quod provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores, cum modica quantitate Sapientum, secundum quod viderint convenire. Item, quod provisiones predictae contra exbannitos factae, aprobentur et firmentur; et si in eis potest augeri, fiat ante quam proponantur.

Placuit * quasi * omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xj^o mensis maii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram predictis d. Potestate, Capitaneo et Prioribus, proposuit d. Potestas: Quid sit providendum super ambaxiata ambaxiatorum Romaniole, in ea parte qua petunt quod ambaxiatores mictantur per Comune Florentie ad d. Papam et curiam d. Pape et d. Comitem Romaniole et Comune Bononie, pro ipsis Romaniolis recomendandis.

D. Fantonus de Rubeis consuluit, quod ambaxiatores dentur illis de Romandiola ad d. Papam. De aliis ambaxiatoribus quos petunt, ad d. Comitem Romaniole et ad Comune Bononie, remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus, de dandis vel non; et de modo et forma ambaxiate.

D. Gianni Bonaguide consuluit, quod ambaxiatores non mictantur ad Curiam. De aliis ambaxiatoribus, consuluit secundum dictum d. Fantoni.

D. Lopus Saltarelli consuluit, quod ambaxiatores dentur qui¹ petiti sunt: tamen, forma ambaxiate sapienter provideatur et fiat, secundum quod pro Comuni Florentie visum fuerit convenire. Et quod duo per sextum habeantur ad providendum.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Lapi.

Die†

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram d. Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, narrata ambaxiata ambaxiatorum Communis Luce super facto exercitus scilicet quod sine aliqua tarditate gens Florentina exire et ire debeat ad exercitum predictum ordinatum contra Pisanos, non obstante eo quod terminus sit elapsus.

Nutus Marignoli consuluit, quod procuretur quod milites et pedites habeantur quamcicius fieri poterit; et quod omnimode exercitus fiat quanto citius fieri poterit.

[c. 60⁴] D. Loctus de Alleis consuluit, quod ambaxiatores, qui iverunt dicta occasione Lucam, expectentur; et tunc habeantur Sapientes super predictis, et dictis ambaxiatoribus Lucensibus respondeatur secundum quod videbitur convenire.

D. Rossus de la Tosa consuluit, quod omnibus aliis pretermisissis, procuretur et fiat quod motus exercitus sit quamcicius fieri poterit; et quod omnia, pro predictis faciendis et complendis, sine mora fiant et procurentur, ita quod omnimode exercitus fiat; et quod milites conducantur, et alia provideantur circa custodiam civitatis et comitatus Florentie.

D. Symon de Donatis consuluit, quod exercitus fiat quando convenienter fieri poterit, et quando videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus, cum Sapientibus et sine Sapientibus; et quod omnis apparatus fiat de militibus et gentibus ad stipendia et de amicis, sicut conveniens fuerit.

D. Bertus Frescobaldi consuluit, quod exercitus omnino fiat, et incontinenti; et quod respondeatur Lucensibus quod exercitus erit et fiet ante kallendas iunii proximas; et ita observetur et fiat: cum hoc fieri possit et debeat multis rationibus ibidem expressis.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit secundum dictum d. Symonis.

D. Arrighus de Boccaccio consuluit, quod ambaxiatores florentini qui iverunt Lucas expectentur; et respondeatur ambaxiatoribus Communis Luce Florentie existentibus, quod per *Comune L*

Facto partito per Capitaneum super predictis, placuit tribus partibus et ultra quod super responsione ambaxiatoribus Lucani Communis facienda non provideatur ad presens; sed ipsa provisio differatur usque ad redditum ambaxiatorum Communis Florentie, Luce existentium pro Comuni Florentie.

Die xxj^o mensis maii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram dominis Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentie in qua Priores morantur; audita ambaxiata Potestatis et ambaxiatorum Communis Luce, continente quod placeat Comuni Florentie quod, sicut ordinatum est, exercitus fiat contra Pisanos, et sine mora, pro finali morte inimicorum et exaltatione amicorum: audita etiam ambaxiata ambaxiatorum d. Iudicis Gallure.

¹ Il testo ha "quos".

- Nutus Marignoli consuluit, quod respondeatur quod Comune Florentie vult exercitum, et exercitus fiet contra inimicos; sed quando esse debeant, sit in provisione Potestatis, Capitanei et Priorum et illorum Sapientum quos habere voluerint.
- D. Tegrinus de Maczinghis consuluit, quod per Potestatem, Capitaneum et Priores provideatur cum Sapientibus, quos et quot habere voluerint, super responsione facienda et super fortificatione exercitus.
- D. Neri Bordellus consuluit, quod omnes milites habentes cavallatas habeantur hoc sero vel cras, manne; et cum eis provideatur responsio facienda ad predicta.
- D. Symon de Donatis consuluit, quod cras, summo manne, habeantur Sapientes, usque in xx vel xxiii^{or}, coram quibus predicta proponantur, et cum eis deliberentur: inter quos sint de popularibus et aliis bonis viris amatoribus boni status civitatis Florentie.
- D. Teghia Tedaldi consuluit, quod respondeatur ad predicta quod Comune Florentie vult quod dictus exercitus fortificetur, propter novitates et propter fornimentum inimicorum; et quod qualiter et quomodo dictus exercitus fortificetur provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores et duos per sextum.
- [c. 61^r.] D. Odaldus de la Tosa consuluit, quod respondeatur quod Comuni Florentie placeat quod exercitus fiat: tamen, provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores, et illos Sapientes quos et quot habere voluerint, quando dictus exercitus fieri debeat, et etiam super fortificatione exercitus, secundum quod viderint convenire.
- D. Teghia Amadoris de Cavalcantibus consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores provideant, et respondeant quod exercitus fiet: sed quando fiet, eisdem non respondeatur ad presens.
- D. Fantonus de Rubeis consuluit, quod respondeatur Lucensibus quod exercitus fiet ad certum tempus; et quod per Potestatem, Capitaneum et Priores provideatur dies quando exercitus fiet: et hoc sit et fiat quamcivis fieri poterit.
- D. Foresius d. Bonaccursi consuluit, quod exercitus fiat et sit: tamen, responsio et fortificatio exercitus remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus et xxx Sapientibus per Priores eligendis: inter quos sint x Sapientes iuris, x milites qui ire debeant in exercitum, et x populares de maioribus et melioribus civitatis Florentie.
- D. Rossus de la Tosa consuluit, quod cras, manne, fiat Consilium Populi, et xxv populares per sextum habeantur qui possint esse priores, per quos provideatur in predictis; et secundum quod eisdem videbitur procedatur et fiat de omnibus antedictis.
- Placuit quasi omnibus, quod predicta adhuc provideantur et deliberentur per Potestatem, Capitaneum et Priores, et illos sapientes viros quos et quot habere voluerint; et secundum quod eisdem videbitur procedatur in predictis.

Die xxij mensis maii.

In Consilio quam plurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, occasione providendi in predictis: expositis hiis que heri dixerunt Potestas et ambaxiatores Communis Luce.

- D. Teghia Tedaldi consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, una cum Potestate *Capitaneo* et ambaxiatoribus Communis Luce et domini Iudicis, examinent diligenter, et eos rogent quod eis placeat quod exercitus diferatur tantum quantum videbitur convenire: et si non essent contenti de predictis, ordinetur cum eis de mille vel viij militibus ad stipendia; et quod de ipsis militibus eorum partem condecemtem recipiant, secundum quod fuerit conveniens.

- D. Neri de Pilliis consuluit, quod sapienter respondeatur Potestati et ambaxiatoribus predictis, excusando Comune Florentie de dilatione exercitus, secundum quod videbitur convenire. Item, quod sepe et sepius bannum mictatur per civitatem Florentie, quod milites et pedites ituri in exercitum sint parati. Item, quod Comunia Societatis per litteras requirantur ut sint in continuo apparatu. Item, quod dies motus exercitus ad presens non exprimatur nec dicatur, sed remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus; ita quod secundum novitates emergentes dies motus exercitus per eos provideatur, secundum viderint convenire. Item, rogentur Lucenses quod masnadam d. Berrardi de Reate mictant et morari faciant apud Sanctum Miniatem.
- Nutus Marignoli consuluit, quod Lucensibus respondeatur quod Comune Florentie omnino vult exercitum fieri debere, et circa hoc dicantur ea per que possint esse contenti: et quod sine mora gens itura in exercitum augeatur et augmentetur, quamcivius fieri poterit.
- Arrighus Paradisi consuluit, quod respondeatur quod suo loco *et* tempore exercitus fiet; et quod placeat eis quod fiat competenti tempore quando fieri poterit.
- [c. 61¹] D. Paniccia de Frescobaldis consuluit, quod exercitus ad presens differatur. Item, quod Priores, cum vj bonis viris sint cum Potestate et ambaxiatoribus Comunis Luce et Iudicis, et cum eisdem examinentur omnia predicta: et dicantur cause quare exercitus non potest fieri; et cum eisdem tractetur et provideatur, si non essent contenti, de quantitate mille militum habenda, occasione predicta: et quod insuper ambaxiatores mictantur Lucam occasione predicta.
- D. Lapus Saltarelli consuluit, quod ad predicta tractanda secundum dictum d. Paniccie sint xij Sapientes. Item, quod predicta et ea que tractabuntur, ut dictum est, sint secreta; et quod predicta tractanda significantur secreta aliis Comunibus.
- D. Neppus de la Tosa consuluit, quod procedatur secundum dictum d. Paniccie; cum hac additione, quod primo dicatur quod Comune Florentie vult exercitum cum conditionibus predictis.
- Placuit *quasi* omnibus secundum dictum d. Paniccie, cum additione facta per d. Lapum in duobus primis articulis, scilicet de quantitate Sapientum et de iuramento credentie.

Die xxiii^o mensis maii.

In Consilio quorundam Sapientum, electorum autoritate Consilii generalis et specialis d. Capitanei et Centum virorum et aliorum Sapientum, et congregatorum in ecclesia Sancti Iohannis, coram Potestate et Capitaneo et Prioribus, proposuit d. Potestas: Quid sit respondendum Potestati et ambaxiatoribus Comunis Luce et d. Iudicis Gallure: narratis hiis que super *hoc*¹ provisum et deliberatum sunt; et maxime super exprimendo diem motus exercitus: et ex hoc ipsos Potestatem² et ambaxiatores certificando.

D. Teghia Tedaldi consuluit, quod dies non exprimatur motus exercitus, et quod Comune Florentie fortificetur, et Lucenses rogentur ut idem faciant: et *quod* dicatur eisdem quod Comune Florentie per ambaxiatores Luce respondebit super hiis et ad ea que petunt.

¹ * hiis *.

² Qui il notaro aggiunse erroneamente "Capitaneum et Priores", e poi cancellò.

Nutus Marignoli consuluit, *quod*, si fieri potest cum voluntate Potestatis et ambaxiatorum Communis Luce, non certificentur de die, sed eis dicantur bona verba circa hoc. Et si fieri non posset, dicatur eisdem quod, usque ad medium mensem iunii proxime venturum, Deo dante, vel primo, erit motus exercitus. Cum hac intentione, quod si gens veniret Pisas ultra quantitatem que nunc est, tunc providebit Comune Florentie, de prorogando terminum secundum quod sibi videbitur.

Burghus Renaldi consuluit, quod respondeatur secundum dictum d. Teghie; et quod interim super hiis habeatur colloquium cum Comunibus Societatis Tuscie.

D. Paniccia de Frescobaldis consuluit †

D. Neri de la Gataria consuluit, quod dies non exprimatur ad presens, sed respondeatur quod placeat Lucensibus suos ambaxiatores mittere ad civitatem Pistorii, ita quod ibi sint in kallendis iunii: et Comune Florentie tunc suos ambaxiatores ibi mictet, ad determinandum et concordandum de die motus exercitus.

D. Iacobus de Certaldo consuluit secundum dictum d. Neri; et si ambaxiatores convenire non poterunt dicto termino, conveniant die iij mensis iunii.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod dies motus exercitus, dicatur eis quod sit in medio mense iunii: cum hac intentione, quod si videbitur Comuni Florentie, possit et debeat prorogari, secundum quod tunc videbitur convenire. Et de hoc, modo predicto, habeatur concordia cum ambaxiatoribus Communis Luce: de qua sit scriptura.

[c. 62^r] D. Baldovinectus de Gherardinis consuluit idem.

D. Thomasius Spiliati consuluit idem.

Die xxv mensis maii.

In Dei nomine. In Consilio quam plurimum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo *Abbatie*¹, proposuit d. Potestas: Quid sit providendum super responsione facienda Potestati et ambaxiatoribus Communis Luce et d. Iudicis super predictis, et maxime super certificando eos de die motus exercitus.

D. Donatus Alberti consuluit, quod si fieri potest cum voluntate Lucensium, non exprimatur vel determinetur dies motus exercitus; et² interim intendatur ad apparatus et fortificationem faciendam. Et si fieri non potest, dicatur eis quod erit die xv³ mensis iunii proxime venturi. Et hoc, si novitas non interveniret interim, per quam videretur dictum terminum prorogandum esse: qua novitate apparento, non obstante dicta expressione et terminatione diei, *dicta* dies motus exercitus possit prorogari.

D. Fantonus de Rubeis consuluit, quod dies motus exercitus sit die x mensis iunii, cum conditione apposita per d. Donatum.

D. Thomasius Spiliati consuluit, quod respondeatur Lucensibus quod motus exercitus sit die xv futuri mensis iunii: cum hac conditione, quod⁴ die⁵ tercio mensis iunii, vj ambaxiatores Communis Florentie et vj ambaxiatores Communis Luce, de maioribus utriusque Communis;⁶ qui provideant si dictus exercitus et motus posset esse primo:

¹ * Pri *, principio di *Priorum*.

² Qui è un "si" cancellato. Il notaro avea cominciato a scrivere il periodo che segue.

³ Qui è un "presentis" cancellato.

⁴ Qui è un "a" cancellata. Forse avea cominciato a scrivere "ambaxiatores" che viene appresso.

⁵ Qui è un "d" cancellato.

⁶ Manca il verbo, forse *habeantur*, o meglio forse *insimul conveniant* o altro equivalente.

vel si videretur eis dictum terminum prorogandum, prorogetur; et si non concordarent de prorogatione, tunc provideatur super hoc.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod dies motus exercitus sit die xij^o mensis iunii, sine aliqua conditione; et interim fortificetur gens itura in dicto exercitu, de militibus et peditibus.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod in hiis sapienter provideatur.

D. Tegrimus de Maczinghis consuluit secundum dictum d. Donati et secundum dictum d. Thomaxii; salvo quod ambaxiatores sint in minori quantitate, si videbitur Prioribus.

D. Neri de Pilliis consuluit, quod dies non exprimatur, nec dicatur eisdem Lucensibus motus exercitus: et rogentur quod se parent, cum Comune Florentie intendat et velit se fortificare. Et maxime, se fortificare debeant de c^o militibus, ultra quantitatem mille militum quos dicunt habere in dictum exercitum. Quod si dixerint velle facere, respondeatur eisdem quod terminus motus exercitus erit xij^o mensis iunii: et hoc, si Priores possunt fortificare gentem Florentinam.

D. Paniccia de Frescobaldis consuluit, quod secundum dictum d. Thomasii respondeatur: et si Lucenses steterint contenti, bene quidem; alioquin, si voluerint, determinetur dies quo ad vocem, sed quo ad observationem, non. Et quod ambaxiatores, incontinenti, boni et sapientes, mictantur Lucam, ad exquirendum veritatem militum quos habent Lucenses, et ad tractandum de predictis cum Sapientibus Comunis Luce.

D. Neri de la Gattaria consuluit, quod dies non exprimatur Lucensibus, et quod responsio predicta fiat per ambaxiatores Comunis Florentie incontinenti mictendis: et quod circa hec dicantur illa verba que fuerint dicenda.

[c. 62^o] D. *Niccola de Acciaiuolis consuluit*,¹ quod pulcra responsio fiat Lucensibus, et eis dicatur quod exercitus esse non potest; et eisdem Lucensibus provideatur per Comune Florentie de expensis factis.

Placuit maiori parti, quod Lucensibus respondeatur quod motus exercitus erit die xij^o mensis iunii proxime venturo: et hoc, si novitas interim non interveniret vel appareret, propter quam videretur conveniens dictum terminum prorogandum esse: qua novitate apparente, dicta dies motus exercitus possit prorogari, non obstante expressione et determinatione predicta.

Item, quod, predictorum occasione, Priores possint mictere ambaxiatores, quos et quot² voluerint, Lucam vel Pistorium, cum illa ambaxiata que eisdem videbitur convenire.

Die xxij^o mensis maii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, proposuit Potestas: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata et petitione in dicto presenti Consilio facta per d. Henghiramum de Biserno, in hanc formam, scilicet quod sibi detur auxilium militum et peditum pro defensione terrarum suarum et dampno inimicorum. Item, petit conduci ad stipendium dicti Comunis cum L^o militibus, ad soldum quod solvitur aliis stipendiariis.

Item, super facto ducentorum balistariorum conductorum pro Comuni ad stipendia dicti Comunis per unum mensem, scilicet de solutione eis facienda.

¹ *Thomasius Spiliati consuluit*.

² Qui è un "habere" cancellato.

Item, super petitione illorum teraczanorum Pontis Here in presenti Consilio lecta: lectis litteris concessionis et licencie alias eis facte pro Comuni.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod predicta petita per d. Ingheramum remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et cum Sapientibus, uno vel duobus, per sextum: et valeat quicquid fecerint. Illud idem consuluit de petitione illorum de Ponte Here.

Item, idem consuluit de facto et solutione balistariorum predictorum.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die veneris primo mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio *providere* super ambaxiata et petitione d. Ingherami, alias facta in prescripto Consilio: audito etiam quod Pisani noviter venerunt ad obsidionem castri Bibbone, sicut idem d. Inghirame asserit, et etiam sicut per litteras missas patet.

Item, super aliis duabus propositionibus alias in prescripto Consilio factis.

D. Odaldus de la Tosa consuluit, quod balistariis fiat solutio in illa quantitate et pro illo tempore, et secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis exercitus. Item, quod petitio illorum de Ponte Here admittatur, et in ea procedatur secundum quod in ea continetur: dummodo eis precipiatur quod Pisanis non mictant granum vel bladum: et si fieri poterit, ab eisdem de hoc recipiatur securitas. Item, quod d. Inghiramo concedantur L milites soldati, qui morari debeant in suis terris. Item, quod detur soldum illis de masnada d. Inghirami in ea quantitate et secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis exercitus. Item, quod de peditibus dandis sit in predictis. Item, quod loquatur cum d. *Amalrico*¹ de gente mictenda ad partes Bibbone;² et rogetur quod cum gente sua vadat ad partes illas: et omnino fiat quod exercitus ellevetur inimicorum.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod petitio d. Ingherami super stipendiis nichil fiat, sine voluntate aliorum Comunium Societatis, Item, quod L milites et c ex dictis balistariis mictantur in terris d. Inghirami. [c. 63^r] Item, quod d. Amalricus rogetur ut redeat Vulterram. Item, quod recollecta illorum de Ponte Here per eos fieri possit hoc modo scilicet, quod tota blava per eos recolligenda reponatur in castro Pontis Here, et ibidem moretur ad mandatum Communis: cum hac conditione, quod illis detur illa quantitas que eisdem expedierit, alia vero custodiatur pro Comuni, et ematur iusto precio.

D. Neri de Pillis consuluit, quod petitio illorum de Ponte Here admittatur: cum hac conditione, quod si contingerit inveniri ipsos mictere aliquod fornimentum ad terras inimicorum, quod possint offendi in personis et rebus. Item, quod unus bonus officialis et legalis, tempore recollecte, mictatur pro Comuni ad castrum Pontis Here, qui emat pro Comuni iusto precio totum granum et bladum quod eis supererit ad victum eorum. Item, quod ducentis balistariis solvatur pro illo tempore quod videbitur, et secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus; et dentur d. Amalrico. Et rogetur idem d. Amalricus, cum gente sua et cc balistariis predictis, et cum mille peditibus de Sancto Miniato, vel de comitatu, vel aliunde unde haberi poterunt, ut

¹ *Inghi*, principio di *Inghiramo*.

² Qui è "et si expedierit", cancellato.

vadat ad partes Vulterre, et deinde vadat ad partes Maritime, ad illas partes quas viderint convenire. Item, quod pro duobus mensibus detur soldum, sicut datur aliis soldatis, xxv soldatis ex illis domini Inghirami.

D. Teghia Tedaldi consuluit, quod in presenti Consilio nichil firmetur de gente mictenda ad partes Maritime. De facto illorum de Ponte Here, consuluit secundum dictum d. Neri; et quod precium incontinenti solvatur. Item, de facto balistariorum, fiat secundum velle Priorum; dummodo impleantur pacta et conventiones.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod d. Amalricus cum militibus suis mictatur ad partes Vulterre, occasione predictarum novitatum. Item, quod provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Capitaneos exercitus, de dando soldum equitibus suis in quantitate que videbitur eisdem, et secundum quod eis videbitur. Item consuluit, quod petitio illorum de Ponte Here non admictatur.

Bonaccursus Villanuoci consuluit, quod quinquaginta milites mictantur et dentur d. Inghirame, secundum quod promissum fuit in parlamento. De aliis, nichil fiat ad presens. Item, quod petitio illorum de Ponte Here non admictatur.

Neri Attiliantis consuluit, quod cras, summo manne, Consilium fiat, super predictis, de aliis Sapientibus.

Placuit quasi omnibus quod ad presens predicta differantur.

Die iii^o mensis iunii.

In Consilio Capitudinun^o xij^o maiorum Artium et Consilii specialis d. Capitanei et aliorum Sapientum congregato coram Prioribus, in domo Abbatie, *proposuit d. Potestas*: Si videatur dicto Consilio quod acta Potestatis et sue familie tollantur et sigillentur secundum formam statutorum.

Nutus Marignole consuluit, quod quamcivius fieri poterit, predicta acta tollantur et sigillentur, secundum propositionem.

Neri Attiliantis consuluit idem.

Placuit omnibus secundum dictum predictorum Sapientum.

[c. 63^o] Die iii^o mensis iunii.

In Consilio Capitudinun^o xij^o maiorum Artium et Consilii specialis d. Capitanei et aliorum Sapientum, congregato in domo Abbatie, *proposuit d. Potestas*, presente et volente Capitaneo: Quid videtur Consilio providere super ambaxiata ambaxiatoris Comunis Luce, facta super facto exercitus contra Pisanos fiendi, in presenti Consilio exposita per ipsum ambaxiatorem.

Item, super ambaxiata ambaxiatoris Comunis Castillionis Aretini, super custodia dicte terre solicitanda et facienda per Comune Florentie: narrato qualiter Stephanus de Bibbiena cum sua masnada noviter se separavit de terra Castillionis; et narratis pluribus novitatibus quas asserit comitem Gallassum et Aretinos facere contra illos de Castillione.

Neri Attiliantis consuluit, quod Stephanus, cum gente sua, non vadat ad presens ad Castillionem; sed rogentur illi de Montepulciano ut illos pedites quos miserunt ad custodiam dicte terre faciant ibidem morari. Item, quod d. Amalricus rogetur ut cum gente sua, ad requisitionem Lucensium, vadat et faciat ea que ad dampnum inimico-

rum pertineat, et que eisdem Lucensibus debeant complacere. Item, quod Comuni Luce respondeatur per ambaxiatores Comunis Florentie, quod Comune Florentie paratum est facere, super facto exercitus, quod ordinatum fuit: tamen, si placeret Comuni Luce, pro meliori videretur quod iterum differatur. Que quidem dilatio sit, si fieri potest, cum voluntate et asensu Lucensium.

D. Iacobus de Certaldo consuluit, quod d. Amalricus rogetur ut serviat et faciat que Lucenses voluerint contra inimicos, secundum formam pactorum tallie. Item, quod ambaxiatores mictantur Lucam ad procurandum et respondendum quod dilatio exercitus sit, et hoc cum voluntate Lucensium. Et interim fiat omnis apparatus neccessarius ad ipsum exercitum suo tempore faciendum.

Ser Raynuccius de la Panera consuluit, quod predicta omnia remaneant in provisione Potestatis, Capitanei et Priorum et duorum Sapientum per sextum vel plurium, si eis videbitur; et valeat quicquid providerint de predictis.

Placuit omnibus secundum dictum predicti ser Raynuccii.

Eodem die.

In Consilio quorundam Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, proposuit Potestas: Quid sit providendum super predictis hodie propositis in alio Consilio Sapientum.

D. Tegrinus de Maczinghis consuluit, quod exercitus contra Pisanos ordinatum differatur: tamen, sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus de tempore prorogationis, et de omnibus aliis circa predicta providendis. Item, quod ad presens sufficiat custodia que est in Castillione Aretino, de peditibus terre Montispulciani; et quod scribatur Gallasso potestati Comunis Aretii et Comuni Aretii super predictis novitatibus quas faciunt contra illos de Castillione, secundum quod visum fuerit convenire.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

[c. 64^r] Die vj^o mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum et Capitaneorum exercitus congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, occasione providendi super infrascriptis, proposuit Potestas: Quid sit providendum super litteris domini Inghirami et etiam d. Amalrici existentium ad partes Vulterre, continentibus de factis et gestis inimicorum, qui fuerunt ad partes Maritimae devastare terras dicti d. Inghirami.

Item, super eo quod d. Inghiramus alias petiit sibi dari stipendia pro Comuni Florentie, cum quantitate xxv militum vel abinde supra.

Nutus Marignoli consuluit, quod predictis provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Capitaneos exercitus, super auxilio dando d. Inghirame et super aliis circa predicta providendis.

D. Symon de Donatis consuluit, quod soldum detur per Comune Florentie d. Inghirame et genti sue, secundum petitionem suam; et quod auxilium peditum sibi detur secundum quod fuerit conveniens.

D. Neppus de Bardis consuluit secundum dictum predictorum: hoc addito, quod scribatur d. Amalrico quod cum gente sua equitare debeant contra inimicos ad dampnificandum eos.

Placuit quasi omnibus secundum dictum Nuti predicti.

Item placuit, quod de auxilio et servitio d. Inghirami remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis exercitus.

Presentibus testibus d. Paganino de Parole et d. Berroverio de Monte Selice milite Capitanei.

Eodem die.

Placuit Potestati, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis exercitus, quod scribatur d. Amalrico et Consiliariis ibidem existentibus pro Comuni Florentie, quod de voluntate Communis Florentie est quod equitent et dampnificent inimicos, * et specialiter * ad partes Maretime: tamen, de predictis requirant consilium et velle d. Iudicis Gallure.

Die vij mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, proposuit Potestas: Quid videtur dicto Consilio providere super litteris missis per d. Amalricum et eius Consiliarios, super responsione eis et Lucensibus facta per Vulteranos, super facto confinorum, quos dixerunt nolle facere; et quod providerunt per vim eos facere, si voluntas Communis Florentie in hoc est.

D. Neri de la Gataria consuluit, quod rescribatur d. Amalrico et suis Consiliariis quod de predictis confinatis faciendis eisdem vim non faciant; sed fiant ipsi confinati cum voluntate Vulteranorum si fieri potest: de equitando ad partes Montistopoli vel ad alias partes, secundum quod ipsi viderint convenire. Item, quod eisdem scribatur, quod secundum quod conveniens fuerit, provideant super aliqua gente mictenda ad custodiam terrarum d. Inghirami.

D. Symon Donati consuluit, super facto Vulterre, secundum dictum predicti Sapientis. Item, quod scribatur d. A. et suis Consiliariis, quod si possunt facere cavalcata ad partes Montistopoli, si eis videbitur, faciant, secundum quod viderint convenire. Item, quod mictatur d. Amalrico ut certam quantitatem militum et peditum mictant ad custodiam et defensionem terrarum d. Inghirami.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod scribatur d. Amalrico et suis Consiliariis, ut per securam viam veniant ad partes Sancti Miniatis.

Nutus Marignoli consuluit, quod scribatur d. A. et Consiliariis quod in separatione quam facient de Vulterra, vadant et faciant secundum velle Iudicis Gallure.

[c. 64⁴] D. Paniccia de Frescobaldis consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum Capitaneis exercitus et cum aliis sex sapientibus viris, noticiam habentibus de factis Vulterre, provideant super factis Vulterre.

Placuit, quod milites qui sunt Vulterre equitare debeant ad provisionem et voluntatem d. Iudicis Gallure et domini Amalrici et Sapientum datorum ad suum consilium, et secundum quod eisdem videbitur.

Item, de facto confinorum de Vulterra, secundum dictum d. Paniccie, placuit maiori parti Consilii.

Eodem die.

Placuit Sapientibus predictis, habitis super facto confinorum de Vulterra, quod scribatur d. A. et suis Consiliariis quod rogent Capitaneos Partis Guelfe de Vulterra et eorum Consilium, ut faciant confinatos: quod si fecerint, bene quidem; alioquin, rogentur ut provideant custodie civitatis sue, secundum quod viderint convenire. Et super hiis etiam scribatur Potestati, Capitaneo et Capitaneis Partis Guelfe dicte terre.

Die xij^o mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate et Capitaneo, et etiam Potestate novo, proposuit d. Guillelmus potestas: Quid sit providendum super eo quod d. Amalricus, existens in civitate Florentie, asserit Lucenses eum requisivisse ut cum gente sua se trahat ad partes civitatis Luce, et de hoc eum requisiverunt dicentes quod ulterius eum non requirent; et quod relatum et dictum est d. Prioribus quod Lucenses intendunt incontinenti, cum fuerit Luce, ire ad exercitum, et campum ponere contra inimicos Pisanos et super territorio pisano.

D. Rossus de la Tosa consuluit, quod dicatur d. Amalrico quod vadat ad partes Luce; et sibi dicatur quod faciat velle Lucensium in dampnum inimicorum.

D. Gianni Bonaguide consuluit, quod predicta deliberentur cras, manne, per presens Consilium, cum aliis Sapientibus ad hoc vocandis: et si hoc non obtinetur, consuluit quod dicatur d. Amalrico quod nullo modo vadat ad exercitum contra Pisanos; et etiam fiat quod Lucenses non vadant ad exercitum.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod dicatur d. Amalrico quod vadat Lucam; cum hac conditione, quod si Lucenses velent ire super terreno inimicorum, et ipsum et gentem suam ducere, quod ipse primo rescribat Florentiam.

Banchus d. Cerreteriis consuluit, quod d. Amalricus cum duabus partibus gentis sue vadat Lucam, et cum eo mictantur duo vel quatuor ambaxiatores.

D. Albicus Corbinelli consuluit, quod duo per sextum habeantur super predictis, et quod quicquid dicatur d. A. sit secretum.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod duo ambaxiatores mictantur Lucam, ad rogandum Lucenses ut velint differre andatam d. A. et sue gentis, quousque ambaxiatores qui sunt Ficcechii se separabunt; assignando eis illud quod inimici possunt facere amicis.

Manectus Tiniocci consuluit, quod predicta deliberentur per Consilium, cras manne faciendum, secundum dictum d. Gianni.

Nutus Marignoli consuluit, quod dicatur d. Amalrico quod vadat et faciat secundum quod dictum fuit per d. Rubeum.

D. Giovenchus de Arrigucciis consuluit secundum dictum Manecti predicti.

Dinus Peccora consuluit secundum dictum d. Rossi.

Placuit satis maiori parti secundum dictum Manecti Tiniocci.

[c. 65^r.] Die xij^o mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Potestate novo, in domo Abbatie Florentine, d. Potestas proposuit predicta que heri * pro-

posita *¹ fuerunt in Consilio Sapientum, super andata d. Amalrici et sue gentis, facienda ad partes Luce; auditis etiam et lectis litteris hodie missis à Comuni Luce super predictis superius enarratis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod d. Amalricus vadat Lucam, cum duobus vel quatuor ambaxiatoribus, qui intendant et exquirant voluntatem Lucensium. Et si Lucenses vellent aliqua facere que possent periculum reportare, rescribant Comuni Florentie.

D. Bancchus de Cavalcantibus consuluit, quod vadat Lucam: tamen, Potestas, Capitaneus et Priores cum Sapientibus provideant et dicant quod dictus d. A. facere habeat, cum fuerit Luce.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod d. Amalricus mictatur Lucam, et sibi dicatur quod faciat et se gerat ad voluntatem Lucensium.

D. Tegrimus de Maczinghis consuluit idem.

Placuit omnibus secundum dictum d. Nerli.

D. Symon Donati consuluit idem.

Die xvj^o mensis iunii.

In Consilio quorundam Sapientum congregato coram d. Bernardino assessore Potestatis et d.² Capitaneo, in domo Priorum, scilicet Abbatie; narrata ambaxiata facta apud Ficcecchium per ambaxiatores Comunis Florentie, cum ambaxiatoribus Comunis Luce, super facto exercitus fiendi contra Pisanos; proposuit dictus Iudex assessor: Quid sit providendum super hiis et circa ea.

D. Guaytanus de Pilliis consuluit, quod ad presens, nisi aliud primo habeatur a d. Amalrico existenti Luce, super predictis non fiat alia provisio.

D. Symon de Donatis consuluit, quod ambaxiatores mictantur Lucam, duo boni sapientes et legales.

D. Fantonus de Rubeis consuluit, quod unus ambaxiator secreta mictatur Lucam.

D. Rubeus de la Tosa consuluit, quod ambaxiatores nullo modo mictantur Lucam, occasione cavalcate, quam dicitur Lucenses velle facere: tamen, predicta diferrantur usque ad diem lune.

Placuit duabus partibus et ultra secundum dictum d. Guaytani.

Die xviii^o mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie, occasione providendi super infrascriptis, proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio providere super hiis que continentur in litteris Consiliariorum d. Amalrici super quadam cavalcata quam Lucenses ordinaverunt facere contra Pisanos.

Item, super ambaxiata illorum de Montepulciano, petentium quod pedites quos miserunt ad custodiam Castillionis Aretini;³ auditis litteris missis per illos de Castillione super custodia dicte terre.

¹ * firmata *.

² Qui si omette * Beccadino d * (voleva scrivere *de Artinixiis*), cancellato.

³ Manca il verbo, forse *redeant*; o forse è da togliere il "quod" dopo "petentium".

D. Gianni Bonaguide consuluit, quod Comune Montispulciani rogetur ut dictos suos pedites velit adhuc retinere ad custodiam predictam. Item, quod alia propositio differatur, maxime per adventum ambaxiatorum Luce.
Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

[c. 65⁴] Die xx^o mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Potestate novo, in ecclesia Beati Iohannis Baptiste, proposuit d. Guillelmus potestas: Quid videtur dicto Consilio providendum et respondendum ambaxiate et petitioni ambaxiatorum Comuni Luce, super auxilio quod petunt a Comuni Florentie, de magna quantitate militum, sine temporis dilatione: auditis hiis que circa predicta, dicta et exposita fuerunt per unum ex ambaxiatoribus predictis.

D. Albicus Corbinelli consuluit, quod predicta provideantur per Potestatem, Capitaneum, Priores et tres per sextum Sapientes.

Nutus Marignoli consuluit, quod in presenti Consilio firmetur de serviendo Comuni Luce: tamen remaneat in Sapientibus de quibus supra dictum est, de quantitate et modo servitii faciendi de bona gente; et quod provideatur super securitate civitatis Florentie, ita quod secure possit equitari.

D. Loctus de Alleis consuluit, quod ambaxiata et omnia que per Comune Luce imposita fuerunt dictis ambaxiatoribus examinentur et exquirantur diligenter cum ipsis ambaxiatoribus per Potestatem, Capitaneum, Priores et alios Sapientes, siquos habere voluerint: quibus sic exquisitis et examinatis, habeatur presens Consilium vel aliud Consilium, secundum quod videbitur Prioribus.

D. Rossus de la Tosa consuluit, quod pro Comuni Florentie serviatur Comuni Luce honorifice et magnifice; sed quantitas servitii sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et in illis Sapientibus quos et quot Priores habere voluerint.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit secundum dictum d. Locti.

Neri Attiliantis consuluit secundum dictum d. Rossi predicti.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Locti.

Die eodem.

In Consilio quorundam Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Sancti Iohannis Baptiste, occasione providendi super ambaxiata et litteris Sancti Miniatis, continente qualiter inimici Pisani hodie venerunt ad terram Sancti Miniatis, et ibidem dampnum fecerunt et faciunt.

D. Gianni Bonaguide consuluit, quod milites cavallatarum equitare debeant ad terram Sancti Miniatis.

D. Vieri de Cercchiis consuluit, quod inveniantur v̄ balistarii, vel abinde infra, de civitate vel comitatu Florentie, quod mictatur pro d. Amalrico, et banum mictatur quod equites et pedites sint parati.

Die xxj^o mensis iunii.

In Consilio Capitudinum et quamplurium Sapientum congregato, in domo Abbatie Florentine, coram Potestate, Capitaneo et Potestate novo et Prioribus, proposuit d. Po-

testas: Quid sit providendum et respondendum ambaxiatoribus Comunis Luce super predictis alias petitis.

Item, super facto Sancti Miniatis; lectis litteris Vicarii de Greti.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod quatuor vel sex ambaxiatores, de sapientioribus civitatis Florentie, *vadant* ad ostendendum et satisfaciendum Comuni Luce, secundum quod visum fuerit convenire; inducendo et procurando quod Lucenses desistant a dicta cavalcata. Et respondeatur istis ambaxiatoribus Lucensibus, quod Comune Florentie respondebit Comuni Luce per ambaxiatores. [c. 66^a.] Item, quod ccc ex militibus cavallatarum mictantur ad terram Sancti Miniatis.

D. Symon Donati consuluit, quod super predictis provideatur per xxiii^{or} sapientes viros, iij per sextum; et sic fiat quod provisio super hiis facienda facta sit inter hodie et cras.

D. Neri Bordellus consuluit, quod si contingerit inimicos venire super terris amicorum, equitare debeant milites cavallatarum, in quantitate que videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus: sed si fieri posset cum voluntate Lucensium, dominus Amalricus cum gente sua redeat ad terram Sancti Miniatis.

D. Rossus de la Tosa consuluit, quod firmetur in presenti Consilio quod tota militia Florentina vadat in auxilium Lucensium; salvo quod c milites remaneant in terra Sancti Miniatis, pro custodia dicte terre: verumtamen, dicatur ambaxiatoribus Comunis Luce quod Sapientibus civitatis Florentie videretur quod cavalcata non fiat; tamen sic firmavit Comune Florentie. Et quod unus vel duo ambaxiatores mictantur Lucam cum ambaxiatoribus Comunis Luce, qui in Comuni Luce predicta dicant.

D. * Foresius *¹ d. Bonaccursi consuluit, quod cavalcata non fiat ad civitatem Luce vel ad terram Sancti Miniatis, nisi primo provideatur super custodia civitatis * et *² Vallis Arni; et quod responsio fiat ambaxiatoribus Lucensibus per illos duos Sapientes per sextum qui heri convenerunt cum dictis ambaxiatoribus,³ et secundum ipsorum Sapientum provisionem. Et quod interim, si videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus, ambaxiatores mictantur Lucam, ut dictum est.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod iij ambaxiatores mictantur Lucam, ad rogandum Lucenses ut eis placeat desistere a predicta cavalcata, et eos rogent quod eis placeat quod d. A. redeat ad terram Sancti Miniatis; et in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre et aliis Sapientibus, quos habere voluerint, remaneat⁴ de gente mictenda ad terram Sancti Miniatis.

Nutus Marignoli consuluit, quod predicta proponantur ad Consilium Capitanei.

Ser Arrighus Gratie consuluit, quod iij milites mictantur ad terram Sancti Miniatis, et sex de maioribus ex dictis militibus mictantur pro ambaxiatoribus ad terram Luce cum c ex dictis militibus: et ibidem procuretur per eos quod Lucenses desistant a dicta cavalcata.

D. Loctus de Alleis consuluit, quod parlamentum fiat in terra Buccone vel alibi, in quo intersit Potestas Florentie, duo ex Prioribus, cum illa ambaxiata Sapientum que videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus; et intersint Potestas Luce cum ambaxiatoribus Comunis Luce, ad providendum super predictis.

¹ * Rossus *.

² * vel *.

³ Qui si omette "convenerunt", ripetuto.

⁴ Il testo invece di *remaneat* ha "provideant", come se invece di "in Potestate, Capitaneo" ec., avesse *Potestas, Capitaneus* ec.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Locti, salvo de itinere Priorum, quod sit in provisione Potestatis, Capitanei et Priorum, et illorum Sapientum quos habere voverint.

Item, sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et illis Sapientibus quos habere voverint¹

[c. 66^t] Die secundo mensis iulii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, scilicet Abbatie, recitata fuit ambaxiata facta in Comuni Luce, pro parte Comunis Florentie, per d. Nerlum de Nerlis, d. Giacchinoctum de Paczis et d. Ubertinum de lo Strocza, ambaxiatores Comunis Florentie, super facto cavalcate quam Comune Luce ordinaverat facere contra Pisanos; super qua cavalcata alias facta fuerunt Consilia Populi et etiam Consilia Sapientum; quam recitationem fecit d. Nerlus de Nerlis: et auditis responsionibus et precibus factis per Comune Luce ambaxiatoribus predictis.

D. Loctus de Alleis consuluit[†]

D. Corsus de Donatis consuluit[†]

Die vj mensis iulii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato in ecclesia Sancti Iohannis, coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, proposuit d. Potestas: Quid sit providendum et respondendum ambaxiatoribus Comunis Luce, petentium quod stantiari debeat de exercitu faciendo contra Pisanos, certo die ordinando et exprimendo.

Item, quod Comune velit habere et dare d. Amalrico iij milites stipendiarios, et certam quantitatem peditum, balistariorum et pavesariorum, moraturos cum d. Amalrico, pro guerra facienda Pisanis: cum Comune Luce velit dare iij milites et etiam pedites eidem d. A., ultra talliam militum, quam nunc habet d. A. predictus. Et quod provideatur quod castrum Pontis Here taliter muniatur et actetur, quod masnada ibidem possit permanere.

Item, quod placeat Comuni Florentie quod presentialiter d. A. cum gente sua moretur Luce, cum asserant eorum moram ibidem[†]

D. Thomasius Spiliati consuluit, quod super facto exercitus fiat parlamentum in certo loco comuni de ambaxiatoribus Comunium Societatis, ad providendum super hoc. Item, quod fiant que petuntur per Lucenses super facto militum et peditum concedendorum d. A., si contingerit Lucenses velle quod d. A. redeat ad frontieras; et hoc exquiratur ab ambaxiatoribus Lucais per Potestatem, Capitaneum, Priores et Capitaneos guerre.

D. Rossus de la Tosa consuluit, quod parlamentum non fiat super facto exercitus, sed per Comune Florentie respondeatur clare voluntas Comunis Florentie; et quod pro ipsa voluntate Comunis Florentie exquirenda fiat² magnum Consilium Sapientum, in quo intersint Capitudines xij^{cin} maiorum Artium; et in ipso Consilio intersint dicti ambaxiatores Lucani. In aliis acquivit dicto predicti Sapientis.

¹ Mancano altri tre o quattro versi a finir la pagina.

² Qui si omette un "quod".

- D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod ambaxiatores Comunis Luce rogentur quod velint quod A. cum gente sua *redeat* ad partes Sancti Miniatis.
- D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod super facto exercitus et responsione exercitus remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre, et aliis Sapientibus quos habere voluerint. Ad factum d. Amalrici, scilicet de gente sibi danda, et aliis circa predicta, fiat secundum petitionem dictorum ambaxiatorum.
- D. Albicus Corbinelli consuluit, quod secundum articulum ambaxiate, cum suis circumstantiis, fiat et acceptetur: et ideo rogentur ambaxiatores ut velint quod d. A. cum suis ^{ij} militibus, et cum suis peditibus, redeat ad partes Sancti Miniatis. Item, quod plura et diversa Consilia fiant super facto exercitus.
- [c. 67⁺] Cenni Bentacorde consuluit, quod exercitus fiat omnino contra Pisanos; et quod cras, in hoc Consilio vel alio Consilio, respondeatur ambaxiatoribus Lucanis de dicto exercitu faciundo.
- Mari de Alleis consuluit, quod Consilium C virorum et Capitudinum ^{cin} xij maiorum Artium cras habeantur super predictis, et predicta firmentur, scilicet de exercitu faciundo.
- D. Gianni Bonaguide consuluit[†]

Die vij^o mensis iulii.

In Consilio quamplurimum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Beati Iohannis Baptiste, proposuit d. Potestas predicta heri *proposita*¹ super ambaxiata Comunis Luce superius enarrata: exposito etiam qualiter super mora d. A. facienda in Comuni Luce, quam Lucenses petunt esse debere, tractatus est habitus cum ambaxiatoribus predictis, per Potestatem, Capitaneum, Priores et Capitaneos guerre.

D. Lopus de Manellis consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum duobus Sapientibus per sextum, sint cum ambaxiatoribus predictis, et inducantur ad exercitum non faciendum; cum non sit utilis vel salutifer pro amicis, nec sit dampnosus pro inimicis. In aliis fiat secundum petitiones ambaxiatorum super gente danda d. A. Item, quod scribatur Comuni Luce quod velit quod d. A. cum gente sua se separet de civitate Luce.

Mari de Alleis consuluit, quod predicta proponantur ad Consilium C virorum et Capitudinum ^{cin} xij maiorum Artium, cum ^o iij per sextum popularibus: et quod per ipsum Consilium provisum fuerit, fiat et observetur et respondeatur.

D. Symon Donati consuluit, quod ambaxiatoribus Comunis Luce respondeatur quod exercitus fiet contra Pisanos; et hoc placet Comuni Florentie: et motus exercitus sit in ultimis octo diebus mensis augusti, vel in kallendis septembris, secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus. Item, quod fiat, de gente danda d. A. et de facto castri Pontis Here, secundum petitionem Lucensium. Hoc etiam addito, quod Potestas, Capitaneus et Priores provideant in predictis ut predicta melius fiant.

D. Oddo Altoviti consuluit, quod primo fiat quod d. Amalricus, cum gente de qua supra exprimitur, moretur et sit apud Pontem Here: quo ordinato et facto, tunc provideatur de die motus exercitus cum ipsis Lucensibus, et non primo. Item, quod procuretur

¹ * firmata *.

et scribatur Comuni Luce, ut velit quod d. Amalricus cum gente sua se separet de civitate Luce.

D. Bertus de Frescobaldis consuluit, quod respondeatur Comuni et ambaxiatoribus Comunis Luce, quod Comuni Florentie placet quod exercitus fiat contra Pisanos; et esse debeat super terris inimicorum infra octo dies mensis septembris. Et quod parlamentum fiat de ambaxiatoribus Comunium Societatis, super die determinando motus exercitus. In aliis fiat secundum dictum predictorum Sapientum.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod exercitus non sit pro anno presenti. Et predictis ambaxiatoribus respondeatur de exercitu non faciendo, hoc anno; sed alia fiant que petuntur, de gente danda et alia circa predicta.

D. Loctus de Alleis consuluit, quod respondeatur ambaxiatoribus predictis, quod si Comune * Luce *¹ vult facere exercitum tanquam caput ipsius exercitus, Comune Florentie serviet Comuni Luce, sicut ordinatum fuit in parlamento: verum, si Comune Luce velet Comune Florentie esse caput dicti exercitus, dicatur eisdem quod hoc esse non posset. In aliis consuluit ut dictum est. Et incontinenti mictantur magistri ad terram Pontis Here, ad videndum super reparatione dicti loci.

[c. 67¹] Nutus Marignoli consuluit, quod exercitus fiat omnino, sicut melius fieri poterit, et sic respondeatur ambaxiatoribus. Dies autem motus exercitus sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Sapientibus quos habere voluerint.²

Die viii^o mensis iulii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus in ecclesia Sancti Iohannis Baptiste, occasione providendi super facto exercitus, quem petunt ambaxiatores Comunis Luce fieri debere contra Pisanos, proposuit d. Potestas: Quid videtur dicto Consilio super hoc providere et responderi debere ambaxiatoribus Comunis Luce: narratis hiis que heri provisum fuerunt per quosdam Sapientes habitos per Priores super hoc.

Que quidam provisio fuit talis, videlicet: Quod pro parte Comunis Florentie respondeatur ambaxiatoribus predictis, quod exercitus stantiatus fuit, ita quod non videatur Sapientibus expedire de dicto exercitu stantiando: tamen, videtur Sapientibus pro meliori, diem motus exercitus non debere ad presens exprimi. Et si contingerit ipsos ambaxiatores hiis non esse contentos, dicatur eis quod non esset conveniens quod hoc diceretur sine voluntate aliorum Comunium Societatis.

Mari de Alleis consuluit, quod ambaxiatoribus Comunis Luce respondeatur quod Comuni Florentie placet quod exercitus fiat contra Pisanos: tamen, remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus, de die, modo, et quando et quomodo dictus exercitus fieri debeat.

Dinus Compagni consuluit, quod exquiratur a Comunibus Societatis Tuscie per sapientes viros, si ipsa Comunia volunt quod exercitus fiat presentialiter per Comunia Societatis contra Pisanos. Et si contingerit ipsa Comunia hoc velle, in nomine Domini procedatur ad exercitum faciendum, et tunc provideatur de die et modo et quantitate exercitus, secundum quod visum fuerit convenire: et continue intendatur ad apparatus faciendum pro ipso exercitu faciundo.

¹ * Florentie *.

² Segue uno spazio bianco di almeno cinque versi.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod exercitus fiat de mense septembris proxime venturi: tamen, dies motus ipsius exercitus fiendi de dicto mense remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et etiam in Comuni Luce. Et quod Comunia Societatis per ambaxiatores Comunis Florentie requirantur et rogentur quod se parent ad predicta. Neri Attiliantis consuluit, quod respondeatur et fiat super hoc secundum provisionem Sapientum; de qua mentio habetur in propositione predicta. Placuit tribus partibus et ultra secundum dictum Neri predicti.

Die x^o mensis iulii.

In Consilio Capitulum xij^{im} maiorum Artium congregato coram Prioribus, in domo Priorum, firmatum fuit quod prescripta provisio, facta super responsione ambaxiatorum Luce firma sit, et in ea procedatur et perseveretur, non obstante eo quod ipsi ambaxiatores non sint contenti huic responsioni.

[c. 68^r] Die xvij^o iulii.

In Consilio quamplurimum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo¹ Abbatie, proposuit d. Potestas: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Vulterre, petentium auxilium et succursum, et dicentium qualiter Pisani sunt ad obsidionem Bibbone.

D. Fantonus de Rubeis consuluit, quod scribatur d. Amalrico quod omnino cum gente sua se conferat ad partes Sancti Miniatis.

D. Teghia Bondelmontis consuluit, quod unus ambaxiator mictatur Lucam et roget * Comune Luce*² quod d. Amalricum et suos stipendiarios mictant in succursum Bibbone. Et quod omnes stipendiarii Comunis Florentie mictantur ad terram Vulterre.

D. Symon Donati consuluit †

D. Lapus de Bardis consuluit, quod in presenti Consilio nichil deliberetur, sed hodie habeatur Consilium super predictis.

D. Neppus * de la Tosa*³ consuluit, quod predicta non differantur, et quod d. Amalricus cum gente *sua* et omnes soldati se transferant ad terram Vulterre.

Placuit secundum dictum d. Teghie.

Die xxvj^o mensis iulii.

In Consilio quam plurimum Sapientum congregato in domo Abbatie Florentine, coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, proposuit Potestas: Quid sit providendum super ambaxiata Comunis Luce, facta super facto reparationis Pontis Here, et super militibus ibidem mictendis et peditibus.

Item, qualiter, hiis factis, provideatur de ambaxiatoribus conveniendis pro Comuni Florentie et Luce, ad providendum tunc super facto exercitus fiendi contra Pisanos.

Item, quid sit providendum super litteris missis per Comune Vulterre, occasione separationis non faciende per d. Amalricum de civitate Vulterana.

¹ Qui è un "P", principio di *Priorum*, cancellato.

² * eos Comune Florentie *.

³ * de Bardis *.

Neri Attiliantis consuluit, quod super facto et responsione Vulteranis provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores, et illos quos habere voluerint. Item, super facto ambaxiate Comunis Luce, fiat que petuntur per Lucenses, super reparatione Lucensium. In alio facto, tractatus exercitus, et de ambaxiata, fiet suo loco et tempore.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, super facto Vulteranorum, idem. Tamen, super ambaxiata Lucensium, respondeatur quod Comune Florentie est paratum¹ super tractatu exercitus intendere, et suos ambaxiatores *mictere* quando et sicut videbitur Comuni Luce et ad requisitionem Comunis Luce, et in loco qui sibi videbitur.

D. Ugho Altoviti consuluit idem, super ambaxiata Lucensium. Item, quod d. Amalricus cum gente sua moretur Vulterre x diebus.

D. Tegrimus de Maczinghis consuluit, quod acceptetur ambaxiata Comunis Luce, super ambaxiatoribus conveniendis ad tractandum de exercitu faciendo, ad requisitionem Comunis Florentie.

Placuit quasi omnibus, super facto Lucensium, secundum dictum d. Guelfi.

Item, de responsione Vulteranis, placuit idem.

[c. 68^o] Die xxvj^o mensis iulii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Abbatie Florentine, proposuit Potestas: Quid sit providendum super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Senarum, super facto gravaminum illatorum et que inferruntur Florentinis et aliis Tuscanis.

Item, super ambaxiatoribus mictendis ad curiam d. Pape, occasione novitatum Acon.

Item, super hiis que scripta sunt per mercatores florentinos utentes in Curia, quod d. Episcopus Florentinus procurat in Curia de litteris impetrandis super executione testamentorum; secundum quod in ipsis litteris continetur.

Mari de Alleis consuluit, quod fiant que petuntur per ambaxiatores Senenses; et quod ambaxiatores mictantur ad d. Papam, occasionibus antedictis.

D. Tegrimus de Maczinghis consuluit, quod predicta provideantur per Potestatem, Capitaneum et Priores; et fiant que petuntur per ambaxiatores Senenses.

D. Neri de la Gataria consuluit, quod negotium ambaxiatorum mictendorum ad partes Ultramontanas fiat motu Comunis Florentie. Item, quod solempnis ambaxiata fiat ad curiam d. Pape pro facto Acon, secundum quod videbitur Prioribus. Item, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum Sapientibus, convenient cum d. Episcopo Florentino, ad providendum et faciendum quod idem d. Episcopus desistat a predictis.

Bartholus de Bardis consuluit, quod ante quam procedatur ad respondendum ambaxiatoribus Senensibus, sciatur si Consilium Potestatis vult quod ambaxiatores mictantur ad d. Regem Francie: quo facto et scito, provideatur super responsione Senensibus facienda.

Pacinus Peruczi consuluit †

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Neri.

¹ Qui è ripetuto "est".

Die penultimo mensis iulii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Beati Iohannis Baptiste, proposuit Potestas: Quid sit providendum super literis et ambaxiata Comunis Vulterre, super facto soldatorum.

Neri Attiliantis consuluit, quod milites soldati, qui sunt Vulterre, morentur simul, et quod eis detur unus Capitaneus pro Comuni Florentie; et quod paga non mictatur stipendiariis balisteriis peditibus.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit, quod milites soldati, qui sunt in Vulteris, equitent et morentur ad voluntatem d. Neri de Pilliis: et quod si videbitur Prioribus Artium mictatur unus Capitaneus qui presit militibus soldatis. Item, quod paga mictatur balistariis qui morantur in terris Vulteranorum.

D. Albicus Corbinelli consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre.

Placuit omnibus secundum dictum d. Albiczi predicti.

[c. 69^r.] Die viij mensis augusti.

In Consilio quam plurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie, in qua Priores conveniunt, proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio providere super hiis que dicta et exposita sunt per d. Gualteroctum de Bardis consiliarium d. Amalrici, pro parte d. Amalrici et domini Iudicis Gallurensis, in dicto presenti Consilio.

Item, super responsione facta per Lucenses ser Gianni Siminecti ambaxiatori Comunis Florentie ad civitatem Luce, super facto militum et peditum transmittendorum ad partes frontierie inimicorum, sicut alias ordinatum fuit.

Item, quid et quomodo videtur dicto Consilio providere, super facto Comitum de Porciano: narratis hiis que relata fuerunt per ser Bene de Vallia et Albiczinum Raffacani, super facto robarie et detentionis facte de Thomasio de Anchona.

Mari de Alleis consuluit, super facto Comitum de Porciano, quod in modica quantitate Sapientes habeantur super predictis, per quos provideatur in predictis ac aliis *supra propositis*.¹

D. Donatus Alberti consuluit, quod que dicta sunt supra pro parte d. Iudicis et domini Americi fiant et executioni mandentur quamcicius fieri poterit. Item, quod Comunia Societatis requirantur ut conferrant ad talliam militum et peditum, mictendorum ad dictas frontieras. Item, quod negotium Comitum remaneat in Potestate; et super hoc sibi detur arbitrium per Consilia opportuna.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod syndicus fiat ad facienda que tractata sunt cum Lucensibus, secundum quod melius fieri poterit. Item consuluit, quod Capitanei guerre cum sex Sapientibus, scilicet uno per sextum, provideant in predictis supra propositis super facto ditorum Comitum.

D. Foresius d. Bonaccursii consuluit, quod ante quam procedatur ad novitatem faciendam contra Comites, expectetur quidam magnus vir civitatis Florentie, qui ivit ad

¹ *oppo*, forse principio di "opportunis".

ipsos Comites. Et si contingerit quod ex predictis fiant¹ que facienda fuerint pro honore Communis Florentie, bene quidem: alioquin, Potestas et Capitaneus provideant in predictis. Item, quod milites et pedites mictantur pro Comuni Florentie ad fronterias, et Lucenses sollicitentur de predictis.

D. Boninsegna de Becchenugiis consuluit, quod predictum negocium Comitum proponatur in Consilio Potestatis.

Placuit predicto Consilio, quod predicta fiant que *missa*² fuerunt per d. Amalricum et d. Iudicem, secundum quod fieri poterit.

Item, quod³ sicut melius fieri poterit super tallia militum fiat.

Item, quod negocium Comitum remaneat in arbitrio Potestatis et Capitanei, habendo Parlamentum vel magnum Consilium, secundum quod conveniens fuerit.

[c. 69⁴] Die xvij^o mensis augusti.

In Consilio quam plurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, occasione providendi super litteris d. Amalrici et domini Iudicis Gallure, super eo quod asseritur et continetur in ipsis litteris, quod Pisani sunt circumcirca castrum de Peccioli, et quod petunt quantitatem militum et peditum, ita quod ire possint ad defensionem terre predictae.

D. Neri Bordellus consuluit, quod plenius exquiratur et sciatur veritas, si inimici sunt in partibus in quibus continetur in litteris predictis; et hoc scito, provideatur ita quod cum magno isfortio eatur ad partes illas, ad refrenandum inimicos.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod Vicarii eligantur; et quod pedites qui electi fuerunt ad eundem ad exercitum sint parati, ut sequi debeant et possint d. Potestatem; et quod Lucenses, Pistorienses et Pratenses, et alii amici, requirantur ut sint parati ad eundem contra inimicos.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod ab hodie in antea equitetur ad partes Sancti Miniatis, per Potestatem et militiam Florentinam et pedites Vicariarum, Cianghi de Montespertoli, Neri de Lucardo et d. Rindi de Anchiano et Puccii de Signa, et etiam balistarios qui scripti fuerunt, quando videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre: dummodo primo Lucenses, Pistorienses et Pratenses, et alii amici requirantur ut se trahant ad partes Sancti Miniatis. Et quod super custodia civitatis provideatur, maxime de confinatis remictendis ad confinia, et etiam illis qui dati fuerunt in scriptis Capitaneo.

D. Foresius d. Bonacursi consuluit idem.

D. Donatus d. Alberti consuluit, quod omnes soldati mictantur ad d. Amalricum.

Nutus Marignole consuluit, quod cras, summo manne, Potestas cum militia florentina equitare debeat ad partes Sancti Miniatis; et precipiatur illis peditibus comitatus, qui sunt de Vicariis, ut incontinenti sequantur Potestatem. Item, quod hoc scribatur Communibus et amicis Societatis.

¹ Il testo ha "faciant", come se innanzi avesse *predicti* e non "ex predictis".

² * scripta *: e segue un "s", principio di *sunt*.

³ Qui è un "fiant", che pare, o dovrebbe essere, cancellato.

Die xviii^o mensis augusti.

In Consilio quam plurimum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Sancti Iohannis Baptiste, occasione providendi super facto alias exposito, videlicet quod inimici sunt in partibus Vallis Here: lectis litteris missis per d. Amalricum, et auditis hiis que providenda sint, proposuit d. Potestas: Quid videtur dicto Consilio in hiis providere.

Mari de Alleis consuluit, quod cavalcata fiat per Comune Florentie, hodie vel cras, ad partes inimicorum.

D. Tegrimus de Maczinghis consuluit, quod cavalcata fiat quando videbitur Potestati, Capitaneo, Prioribus et illis Sapientibus quos habere voluerint, de militibus civitatis, cum illa quantitate peditum et balistariorum que videbitur predictis d. Potestati, Capitaneo et Prioribus et Sapientibus quos ad hoc habere voluerint.

D. Lopus de Cerchiis consuluit, quod cavalcata non fiat nisi hoc fuerit de voluntate Lucensium, et nisi primo ipsi Lucenses hoc scribant.¹

[c. 70^r.] Rossus Fornarii consuluit, quod cavalcata fiat ut est dictum.

D. Ugho Altoviti consuluit, quod cavalcata fiat usque ad terram Sancti Miniatis, et tunc providebitur quid agendum erit.

D. Tribaldus de Giandonatis consuluit, quod duo sapientes viri mictantur ad dominum Amalricum, qui loquantur cum d. Amalrico et cum Lucensibus, et exquirant si cavalcata est utilis pro nobis et amicis, et dampnosa pro inimicis; et si scripserint quod fiat cavalcata, incontinenti Potestas equitare debeat ad terram de Empoli.

D. Niccola de Acciaiuolis consuluit, quod cavalcata sit et fiat de militibus et peditibus.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit xxviii^{em} quod cavalcata sit et fiat per Potestatem et Comune Florentie, de militibus et peditibus quamcicuius fieri poterit; nolentes fuerunt iij.

Die xviii^o mensis augusti.

In Consilio Capitulum^{em} xij maiorum Artium et aliorum quamplurimum Sapientum congregato in domo Abbatie, coram d. Iohanne vicario Potestatis dicti d. Capitanei et Prioribus, proposuit d. Iohannes iudex et collateralis assessor dicti d. Iohannis vicarii, lectis litteris missis a Potestate existente cum militia florentina apud Empoli, continentibus quod Pisani redierunt Pisas et Lucenses Lucam: Quid videtur dicto Consilio in hiis providere.

D. Neri Bordellus consuluit, quod si castrum de Pecciole potest fulciri opportunis sine Potestate et militia florentina, quod Potestas et dicta militia redeant; alioquin, in nomine Domini procedant.

Nutus Marignoli consuluit, quod scribatur Potestati et Capitaneis guerre, quod in eis sit de equitando et redeundo et faciendo secundum quod ipsi viderint convenire.

D. Rogerius de Tornaquincis consuluit, quod scribatur Potestati quod redeant; postquam inimici reversi sunt et se separaverunt.

¹ Qui è ripetuto "primo".

D. Neri de la Gataria consuluit, quod d. Potestati scribatur quod, si non habet alia nova quam haberet quando littere per eum destinate facte fuerunt, placet Sapientibus Communis Florentie quod redeant, si eis placet: tamen, si non haberent alias novitates, in eis sit de equitando et procedendo ultra vel redeundo, secundum quod eisdem videbitur.

D. Ugho Altoviti consuluit, quod predictum negocium remictatur in Potestate et Capitaneis guerre; et quod de predictis collationem habeant cum d. Amalrico.

D. Guido de Frescobaldis consuluit, quod scribatur quod in nomine Domini equitare debeant, et super agendis provideant et tractent cum d. A. et d. Iudice Gallure: tamen, finaliter predicta remictantur in eos.

Placuit quasi omnibus secundum dictum Nuti predicti.

[c. 70^a] Die xxij^o mensis augusti.

In Consilio quamplurium Sapientum et Capitulum^{clm} xij^o maiorum Artium proposuit dominus Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid sit providendum super litteris missis per syndicos et ambaxiatores Communis Florentie apud Empoli existentes, super tractatu habito cum syndico et ambaxiatore Communis Luce, super facto tallie militum et peditum ordinande et morari faciente¹ ad terram Pontis Here et in terris circumstantibus.

D. Bindus de Cavalcantibus consuluit, quod in predicto negocio procedatur sicut melius fieri poterit: non obstante eo quod Lucenses medietatem militum et peditum ipsius tallie non acceptent.

Neri Attiliantis consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Bindu, et quod syndicus fiat ad predicta.

Die xxiiij^o mensis augusti.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Sancti Iohannis, occasione providendi super ambaxiata d. Visdomini Vicecomitis, facta pro parte d. Amalrici et domini Iudicis Galure.

Item, super facto d. Inghirami, petentis auxilium pro defensione terrarum suarum.

Item, super facto Pratensium, petentium quod victualia non diferrantur a terra Prati versus Florentiam, nisi per stratam per quam itur Pratum.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit[†]

Die xxiiij^o mensis augusti.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie, occasione providendi super ambaxiata domini Visdomini Rico-verancie Vicecomitis, facta pro parte d. Iudicis Gallure, sex articulos continente, videlicet quod pedites de quibus alias ordinatum fuit mictantur ad partes Pontis Here pro Comuni Florentie.

Item, quod victualia pro Comuni Florentie ibidem mictantur.

¹ Il testo ha "ordinanda" e "facienda", come se innanzi avesse *super tallia* invece che "super facto tallie".

- Item, quod *L* balistarii et *L* pedites presentialiter mictantur pro Comuni Florentie ad custodiam castrum de Pecciole.
- Item, quod per ambaxiatores Comunis Florentie vel aliter, sicut videbitur Comuni Florentie, per ipsum Comune procuretur quod pax et concordia fiat inter Comune Vulterre et Comune de Pecciole.
- Item, quod Comites de Sancta Flore recipiantur ad Societatem Comunium Societatis Tuscie, cum ipsi velint habere amicos pro amicis et inimicos pro inimicis.
- Item, quod auxilium detur per Comune Florentie domino Inghirame de Biserno.
- Item, super ambaxiata Comunis Prati, super facto victualium et deveti, que reducerentur ad civitatem Florentie, quod deferrantur per stratam per quam itur a civitate Florentie ad terram Prati.
- D. Tribaldus de Giandonatis consuluit, quod pedites mictantur. Item, quod *L* milites, ex illis qui ire debent et stare ad castrum Pontis Here, mictantur et morentur cum d. Inghiramo. Item, quod ex peditibus qui micti debent, c stare debeant in Pecciole. Item, quod duo ambaxiatores mictantur Vulterram, pro concordia predicta facienda inter Vulteranos et illos de Pecciole. [c. 71^r.] Item, quod Comites de Sancta Flore recipiantur ad Societatem, cum voluntate Senensium. Item, quod ambaxiatores mictantur ad terram de Colle, Sancti Geminiani et in terris circumstantibus, quod mictant victualia ad partes in quibus milites morantur. Item, quod milites Pratenses soldati ire debeant ad faciendam guerram inimicis; et de hoc rogetur Comune Prati. De facto victualium et deveti deferrendi per unam stratam vel duas, sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus.
- D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod predicta petita per d. Visdominum remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus.
- D. Donatus Alberti consuluit, quod respondeatur d. Visdomino, quod placet Comuni Florentie, si placet Comunibus Societatis, quod quinquaginta milites ex illis Societatis mictantur et morentur cum d. Inghiramo, et c pedites morentur in Pecciole, ex illis qui stare debent in terra Pontis Here. Item, quod Comites de Sancta Flore recipiantur ad Societatem, si videbitur et placuerit Senensibus. Item, quod nichil fiat de hiis que petunt Pratenses super facto deveti.
- D. Neri de la Gataria consuluit, quod articulus victualium mictendarum ad partes Pontis Here remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Sapientibus, quos habere voluerint: et idem consuluit de facto Comitum de Sancta Flore. Item, idem consuluit de facto Pratensium. Item, dicatur quod pedites mictentur sine mora. De facto d. Inghirami, et de centum peditibus mictendis ad terram de Pecciole, placet Comuni Florentie, si fieri potest cum aliis Comunibus.
- Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Neri de la Gataria. Item, quod ambaxiatores mictantur Vulterram, ut dictum est.

Die eodem.

In Consilio quorundam Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Sancti Iohannis, occasione providendi super facto victualium mictendarum ad partes in quibus morentur et morari debeant milites et pedites moraturi ad Pontem Here, et in illis partibus.¹

¹ Spazio bianco di quattro righe.

D. Donatus Alberti consuluit, quod sex Sapientes, unus per sextum, per Priores eligantur, qui provideant super facto victualium transmittendarum ad dictas partes, ut dictum est. Item, quod Comites de Sancta Flore recipiantur ad Societatem, si placet Comuni Senarum et aliis Comunibus. Item, quod nichil fiat de predicta petitione Pragensium. Item, quod scribatur Castellanis Pontis Here ut recipiant milites et gentem Comunis Florentie, et etiam militiam Iudicis Gallure, dum equitaret contra inimicos. Item, quod bannum mictatur secundum formam licterarum Comunis Sancti * Geminiani *,¹ videlicet, quod cui dabitur, ab eo solummodo requiratur.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

[c. 71⁴] Die xxvij mensis augusti.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Sancti Iohannis, occasione providendi super litteris Maghinardi et Lamberti de Polenta, petentium auxilium Comunis Florentie et consilium super discordia orta inter comitem Alexandrum de Romena ex una parte et dictum Maghinardum ex altera; auditis etiam litteris missis per d. Episcopum Faventinum, continentibus quod propterea ambaxiatores mictantur.

Item, super emptione salis facienda pro Comuni Florentie, auditis hiis que super hoc facta sunt.

Item, super litteris Comunis Prati, continentibus quod banniat per civitatem Florentie quod Florentini contrahentes cum Pratensibus hoc faciant suo periculo et fortuna, cum Comune Prati nolit in aliquo teneri.

Dinus Peccora consuluit, quod emptio salis facta per alios Priores observetur et compleatur. Item, quod bannum mictatur per civitatem Florentie secundum formam licterarum Comunis Prati; et de hoc eidem Comuni Prati mictatur publicum instrumentum. Item, quod ambaxiatores honorabiles mictantur ad partes Romaniole, occasione predicta.

Placuit omnibus quasi, secundum dictum predicti Dini: hoc addito, quod emptio salis fiat cum omni melioramento quod fieri poterit pro Comuni.

Die ultimo mensis augusti.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato in domo Abbatie Florentine, in qua Priores conveniunt, proposuit Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur Consilio providere super litteris missis super refectione et repositione quorundam castrorum que reponuntur per Aretinos, et que dicuntur per eos velle reponi.

Item, quid sit providendum² super ambaxiata Comunis Senarum.

D. Rogerius de Tornaquincis consuluit, quod predicta provideantur per Priores et vj Sapientes, unum per sextum.

D. Corsus de Donatis consuluit, quod de predictis petitis per Senenses nichil fiat. Item, quod unus ambaxiator mictatur Aretium ad rogandum Aretinos ut non faciant novitatem de reponendis castris.

¹ * Miniatis *.

² Qui è ripetuto il " sit ".

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod Comune Florentie se non intronictat de facto Aretinorum, occasione repositionis castrorum predictorum.

Mari de Alleis consuluit ¹

[c. 72^r.] Die viij^o mensis septembris.

In Consilio quorundam Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo ecclesie Sancti Iohannis, occasione providendi super infrascriptis, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super infrascriptis.

Primo ²

D. Bertus de Frescobaldis consuluit, quod responsioni alias facte super facto Bibbone et litteris missis d. Amalrico stetur, et aliud non fiat nisi quod iterum illud idem scribatur.

D. Rossus de la Tosa consuluit, quod iterum scribatur d. A. ut provideat super defensione Bibone, cum consilio Iudicis Gallure et consilio aliorum, secundum quod viderint convenire, ita quod terra non admictatur.

Placuit * maiori parti ³ secundum dictum d. Rubei.

Item, quod habentes beneficium statutorum super exeundo de banno, sine aliqua solutione Comuni facienda, solvant iiiij^{or} denarios per libram nomine gabelle.

Die xvij^o septembris.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, occasione providendi super facto cuiusdam cavalcate fiende contra Pisanos.⁴

D. Foresius d. Bonaccursii consuluit, quod cavalcata fiat in nomine Domini; et quod Comunia Societatis requirantur de predictis; et quod hoc fiat quamciculus fieri potest.

D. Corsus d. Symonis consuluit idem: hoc addito, quod provideatur super custodia civitatis Florentie, Laterini, Castillionis Aretini et Montecchii.

Eodem die.

In Consilio Capitudinum xij^o maiorum Artium et aliorum quamplurium Sapientum congregato in ecclesia Sancti Iohannis, occasione providendi super predictis, d. Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus, proposuit predicta.

Manellus de Manellis consuluit, quod dicta cavalcata ad presens non fiat.

Dinus Peccora consuluit, quod in nomine D. cavalcata sit et fiat contra Pisanos, de omnibus habentibus cavallatas, et etiam habentibus equos, et de illa quantitate pedatum que videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus.

Pela Gualduccii consuluit et concordavit cum dicto Dino.

Miglaccius pelliparius consuluit idem.

¹ Segue, in fine di pagina, uno spazio capace di altre cinque righe.

² Segue altro spazio bianco di quattro righe.

³ * Quasi omnibus *.

⁴ Spazio bianco di due righe.

Loctus pelliparius consuluit, quod cavalcata non fiat.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit idem, et quod cito fiat.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Dini, scilicet quod cavalcata sit et fiat; et quod modus cavalcate et omnia opportuna remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus, Capitaneis guerre, seu aliis Sapientibus quos habere voluerint.

[c. 72^t] Die xxij^o mensis septembris.

In Consilio quam plurimum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super hiis que pro parte Comitis de Batifolle et aliorum Comitum petuntur, super auxilio dando eisdem contra filios comitis Guidonis Novelli, reponentium castrum de Glanzullo: auditis litteris super hoc missis per ipsos Comites.

D. Bindus de Cavalcantibus consuluit, quod i^o milites et c balistarii mictantur in subsidium Comitis de Batifolle; et quod Vicarius Vallis Sievis sit et stet paratus ad eundum in ipsius Comitis auxilium, sicut expediens fuerit.

D. Benghi de Bondelmontibus consuluit, quod centum milites mictantur in subsidium Comitis de Batifolle, absque balistariis.

D. Symon Donati consuluit, quod unus Vicarius mictatur in vicariam Vallis Sievis, qui ultra Sievem precipiat omnibus illius Vicarie ut sint parati; et quod c balistarii mictantur.

D. Lapus de Manellis consuluit, quod predicta provideantur per Potestatem, Capitaneum, Priores et Capitaneos guerre; per quos in predictis provideatur secundum quod viderint expedire.

Placuit omnibus, quod l milites soldati mictantur in subsidium domini Comitis de Batifolle.

Item, quod unus Vicarius mictatur in vicariam Vallis Sievis, qui precipiat et precipiat faciat omnibus dicte Vicarie ut sint parati ad eundum in subsidium d. Comitis de Batifolle, cum de mandato Potestatis, Capitanei et Priorum processerit.

Die xj^o mensis octobris.

In Consilio quamplurimum Sapientum congregato coram d. Iohanne collateralis assessore Potestatis et d. Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, occasione providendi super litteris Comunis Castillionis Aretini.

Item, super licentia concedenda Comuni Prati et eorum mercatoribus conducendi de partibus Romaniole ij staria grossa salis ad terram Prati, cum illa cautela que videbitur convenire, et cum illis officialibus quos eligere voluerint super hoc, expensis eorum.

D. Arrighus del Boccacio surexit et arengando consuluit, quod predicta providenda super litteris Comunis Castillionis remaneant in Prioribus et in illis Sapientibus quos habere voluerint; et mictatur unus nuntius cum litteris Comunis Florentie, secundum quod viderint convenire. Item, quod predicta petita per Pratenses fiant et concedantur, cum illa provisione et cautela quam viderint convenire.

D. Neppus de la Tosa consuluit, quod predictum negocium Castillionis sit in Prioribus. Placuit omnibus secundum dictum predicti d. Arrighi.

Die xiiij mensis octobris. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram d. Iohanne vicario Potestatis et d. Capitaneo et Prioribus firmatum fuit de custodia Montiscuchari, fieri facienda pro Comuni et expensis Comunis, pro duobus mensibus venturis initiandis * die xx *¹ mensis presentis: et quod solutio fiat peditibus pro predictis duobus mensibus, ad solitam rationem.

Presentibus testibus d. Monaldo de Spoleto milite Capitanei et d. Berroverio milite Capitanei.

D. Bindus de Cavalcantibus consuluit secundum propositionem predictam: et ideo ut dictum est firmatum.

[c. 73^r.] Die xvj mensis octobris. In domo Abbatie.

In Consilio quamplurium Sapientum et Capitudinum xij^{eim} maiorum Artium proposuit d. Iohannes collateralis assessor Potestatis, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur dicto Consilio providere super litteris d. Marchionis Estensis.

Item, super ambaxiata d. Visdomini Ricoverance ambaxiatoris d. Iudicis Gallure.

Item, super ambaxiata ser Thomasii Leonis, ambaxiatoris Comunis Luce.

Item, super ambaxiata ambaxiatoris Comunis Vulterre.

Item, super facto illorum de Montecucchuri Vallis Here.

D. Corsus de Donatis consuluit, quod responsio fiat d. Marchioni secundum quod videbitur Prioribus, per se vel alios. Item, quod provideatur quod pro tempore * preterito *² satisfiat peditibus de Montecuchari. Item, quod super aliis Priores provideant cum Capitaneis guerre * et *³ cum vj^{ex} Sapientibus, uno⁴ per sextum.

D. Giovenchus de Arrigucciis consuluit, quod Lucensibus respondeatur quod eorum provisio placet Comuni Florentie. Item, quod Vulteranis satisfiat secundum eorum petitionem. Item, quod in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et illis Sapientibus quos habere voluerint, remaneant alia proposita.

Placuit omnibus, super facto litterarum d. Marchionis, secundum dictum predicti d. Cursii.

Item, quod in aliis provideatur per Priores et illos Sapientes quos habere voluerint.

Die predicta.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram d. Iohanne assessore collateralis Potestatis et d. Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie, occasione providendi super predictis hodie propositis, excepto super facto litterarum d. Marchionis.

Manectus Tinioczi consuluit, quod xij^{eim} vel xvij^o vel xxiiij^o Sapientes habeantur super predictis: qui Sapientes eligantur per predictos.

¹ * in kallendis *.

² * futuro *.

³ * vel *.

⁴ Il testo ha " unum ".

- D. Donatus Alberti consuluit, quod predicta differantur usque ad parlamentum in proximo celebrandum.
- Dinus Compagni consuluit, quod predicta differantur usque ad parlamentum, et sic respondeatur predictis ambaxiatoribus. Item, quod peditibus de Monteccuchari satisfiat, pro duobus preteritis mensibus ac duobus futuris.
- D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod solutio fiat peditibus de Montecucari. Item, de militibus tallie, mictantur Vulterram et ad terram de Pecciole.
- Dinus Peccora consuluit, quod solutio fiat peditibus de Montecucholi, pro quatuor mensibus predictis.
- Placuit, quod solutio fiat predictis peditibus, pro quatuor mensibus predictis.
- Item, quod L^{a} milites dentur illis de Vulterra.
- Item, quod super aliis propositionibus expectentur ambaxiatores parlamenti.

Die xij mensis octobris. ¹

- In Consilio Capitudinum xij^{im} maiorum Artium et aliorum Sapientum proposuit d. Iohannes collateralis assessor Potestatis, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur Consilio providere super litteris missis per Capitaneum et Antianos Comunis Pistorii.
- Mari de Alleis consuluit, quod quatuor vel sex ambaxiatores, quos Priores crediderint esse bonos et sufficientes, mictantur ad terram Pistorii.
- D. Donatus Alberti consuluit, quod xij^{im} ambaxiatores vadant cum Potestate vel Capitaneo ad terram Pistorii.
- Placuit omnibus secundum dictum domini Donati.

[c. 73¹] Die viij mensis novembris.

- In Consilio Capitudinum et aliorum quamplurium Sapientum congregato coram d. Potestate et d. Capitaneo, in domo Abbatie, proposuit Potestas: Quid sit providendum super facto Pietre Sancte, et super hiis que commissa sunt et commictuntur per illos de Ampenana et de Maradi; auditis litteris missis a d. Gerardo de Tornaquincis vicario in partibus Mucelli, et auditis aliis litteris super hoc missis.
- Item, super litteris d. Guidonis comitis de Batiffolle, petentis L^{a} milites sibi dari pro sua defensione.
- D. Bindus de Cavalcantibus consuluit, quod ea que providenda sunt super facto de Mucello remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Sapientibus quos habere voluerint. Item, quod Stephanus cum gente sua mictatur ad Comitem de Batiffolle.
- D. Rossus de la Tosa consuluit et acquievit dicto predicti Sapientis. Hoc addito, quod hic firmetur de quodam batiffolle faciendo contra et prope Ampenanam. Et modus faciendi, et requirendi amicos pro predictis, sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus et illis Sapientibus quos habere voluerint.
- Manectus Tinioczi surexit et arengando consuluit, quod xij^{im} sapientes et boni viri civitatis Florentie per Potestatem, Capitaneum et Priores habeantur ad providendum super predictis, scilicet super facto Ampinane.

¹ Così il testo; e non abbiamo riportato sopra questo Consiglio, tra quelli dell' 11 e 13 ottobre, dubitando, com'è assai verosimile, che vi sia qui errore nella data, e che, invece di "Die xij" dovesse dire *Die xvij* o *Die xxij*.

Placuit omnibus, quod Stephanus de Bibiena cum sua masnada mictatur ad Comitem de Batifole.

Item, super alio facto, placuit secundum dictum d. Bindi predicti.

Eodem die.

In eodem Consilio proposuit d. Potestas, modo predicto, super facto cavallatarum.

D. Gianni Bonaguide consuluit, quod cavallate non imponantur modo solito; et quod Sapientes habeantur ad providendum in predictis.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod negocium et impositio cavallatarum fiat per libram, secundum modum quod videbitur Sapientibus ad hoc habendis.

D. Bindus de Cavalcantibus consuluit, quod divitibus v^m librarum imponatur unus equus, et abinde supra ad eandem rationem.

Mari de Alleis consuluit, quod impositio equorum fiat per libram.

Die xxij^o mensis novembris.

In Consilio Capitulum xij^{cim} maiorum Artium et aliorum Sapientum proposuit d. Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata Communis Pistorii in presenti Consilio lecta, super facto confinatum civitatis Pistorii.

Item, super facto litterarum dicti Communis Pistorii, super facto tallie.

D. Tegrinus de Maczinghis consuluit, quod nichil fiat de hiis que continentur in ambaxiata predicta super facto confinatum, sed pulcra responsio fiat ambaxiatoribus Communis Pistorii, secundum quod melius fieri poterit.

D. Rogerius de Tornaquincis consuluit, quod fiant que continentur in ambaxiata Communis Pistorii; et quod ambaxiatores mictantur Pistorium pro Comuni Florentie, ad dicendum Comuni quare provisio confinatum facta fuit, scilicet pro bono statu illius terre, et quod ipsi provideant in negociis suis.

Mari de Alleis consuluit, quod nichil fiat de hiis que petuntur per Antianos Communis et populi Pistorii, sed mictantur ambaxiatores predicta de causa.

D. Bertus de Frescobaldis consuluit, quod duo ambaxiatores mictantur Pistorium, artifices, et sint in Consiliis Communis Pistorii; et exquiratur si voluntas Communis et populi Pistorii est de confinatis reducendis, fiat; alioquin rogentur Antiani et alii, quod eis placeat quod illud ordinamentum fiat de confinatis et observetur. Et rogentur de facto tallie.

[c. 74^r] D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod predicta remaneant et sint in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et duobus per sextum, quos Priores habere voluerint. Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Berti.

Die xvij^o mensis decembris.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super facto Ampinane; auditis hiis que dicta sunt super hoc per quosdam sapientes viros missos per Comitem de Batifole et comitem Tegrinum, offerentes ex parte dictorum Comitum super auxilio dando super facto cuiusdam batifoli faciendi iuxta Ampenanam.

D. Iacobus de Certaldo consuluit, quod provideatur de quodam batifole faciendo iuxta Ampenanam, in eo loco quod videbitur convenire; et hec proponantur ad opportuna Consilia.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xxj mensis decembris.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super ambaxiata facta per ser Iohannem Paganelli notarium, ambaxiatorem Comunis Senarum, pro parte Comunis Senarum: super eo videlicet quod asserit d. Papam scripsisse Episcopo Senensi, quod terra et civitas Senensis deberet tradi in manibus comitis Guidonis de Monteferetro: de qua litera idem ser Iohannes reduxit exemplum ipsius littere in quadam cedula.

Item, super facto tallie firmande, et de Capitaneo tallie eligendo; et quod milites mittantur ad partes Senarum, in quantitate que conveniens fuerit.

Item, quid providendum sit super facto de Mucello.

D. Gianni Bonaguide consuluit, quod per Priores xij^{cim} vel sex Sapientes eligantur, qui continue morentur cum Potestate, Capitaneo et Prioribus ad providendum super predictis omnibus.

D. Bindus de Cavalcantibus consuluit, quod unus ambaxiator cum predictis litteris mittatur ad civitatem Luce et alia Comunia Societatis; et in aliis acquievit dicto predicti Sapientis.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit †

Placuit omnibus secundum dictum d. Gianni predicti.

Quaderno IV, cm. 31 × 21. Carte 76-104: con un'aggiunta in fine del Quaderno V, a c. 118-121. Le carte o pezzi di carta 81, 83, 96 hanno rispettivamente queste dimensioni: 15 × 22, 32 × 25, 16 × 21.

1291, 8 gennaio — 1292, 31 dicembre.

[c. 76^r] || Sancti || Sp || iritus nobis adsit gratia amen ||.

In Millesimo ccc lxxxvj, indictione v. || Liber continens || proposita | provisa firmata et edita in Consiliis Centum || virorum et domini Defensoris et Capitanei || breviter || et summarie | notata. Tempore regiminis domini Aldobrandini de Meczabatis de Padua defensoris et capitanei civitatis || Florentie ||.

Die martis primo mensis || ianuarii ||. = 1292

Die vij mensis ianuarii. Alibi notatum est.

¹In Consilio speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio || quod Potestates concedantur || infrascriptis || terris seu || Comunibus, pro tempore sex mensium finiendorum in kallendis iulii proxime venturis ||.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e ai tre successivi Consigli: "per B.".

|| Comuni Montismurli, Comuni de Signa et Comuni de Montecuculi||

||: auditis quampluribus Sapientibus et eorum dictis.¹

Placuit quasi omnibus, quod Potestates concedantur predictis Comunibus. Item, quod sorte dirimatur in quibus || || debeant; et in quolibet ipsorum v

sextuum eligantur duo per illos de illo sextu.²

Presentibus testibus Leone Poggi precone et Ciali Aldobrandini nuntio Priorum.

Die xij mensis ianuarii. Alibi notatum est || ||.

In Consilio Centum virorum proposuit Capitaneus, presentibus Prioribus ||

|| folio bambacis, super facto bailie dande Pri||oribus su||per facto

tallie || || tallie, ac etiam aliis stipendiariis.

Item, super || || generali oblatione

carceratorum facienda.

Item, de xxv libris expendendis || ||.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Bene de Vallia consuluit idem.

Placuit lxvj secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt iiij.^{or}

Presentibus testibus Leone Poggi precone et Dino del Galera precone, et aliis.

Die xiiij mensis ianuarii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposita fuerunt

predicta, *firmata*, die xij mensis ianuarii, in Consilio C virorum: excepto de xxv libris Dinus filius Gianni consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lxj secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt tres.

Presentibus testibus d. Frederico milite Capitanei et Leone Poggi precone, et aliis.

Die eodem et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo et per quos videatur et cognoscatur qui sint illi quibus predicta reformatio facienda super oblatione prestat beneficium.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones. Item, quod Priores eligant duos Iudices, unum laycum et unum notarium, per quos predicta cognoscantur.

Ser Tancredi ser Cenni notarius consuluit, quod * duo *³ Iudices et unus notarius et vj layci provideant illos qui sint relaxandi; et eligantur per Consilium speciale et Capitudinum. Et ante relaxationem, banniatur per civitatem Florentie siquis vult contradicere hiis relaxandis.

[c. 76⁴] D. Gherardus de Vicedominis consuluit, quod aliquis qui interesset in carceribus a kallendis ianuarii citra, et qui non reperiatur,⁴ per acta Potestatis vel Capitanei,

¹ Si omette un " Placuit ", scritto qui per errore, come sembra, e ripetuto a capoverso.

² Segue una rottura della carta per quasi un terzo di riga; ma il senso pare che sia completo.

³ * vj *.

Qui è un " se ", cancellato. Forse, invece del " per " che segue, il notaro voleva scrivere *secundum*.

esse in dictis carceribus ante dictas kallendas, non consequatur beneficium dicte reformationis.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, et secundum dictum ser Tancredi et etiam d. Gherardi.

Die xvij^o mensis ianuarii

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.

¹Primo, petitionem Sex de blado.

Item, de condempnatis in xxv libris, vel abinde infra, eximendis absque commissione; solvendo que solvere debent, secundum formam statutorum.

Item, de absolvendo capitulum quod loquitur quod apotheca Pontis Veteris et Rubacantis || || eorum locatio reducatur ad unum terminum.

Item, super eo quod oleum, usque ad kallendas ianuarii venturas, non extrahatur de civitate comitatu vel districtu; et quod capitulum absolvatur.

Item, solutio Gerardini et suorum militum pro uno mense, secundum suam petitionem et provisionem Priorum.

²Item, de licencia danda Francisco Boninsegne et suis, pro uno mense et dimidio, secundum formam petitionis.

Item, super petitione tubatorum.

Item, super petitione ceramellarii et cemballarii, secundum provisionem Priorum.

Presentibus testibus d. Frederico de Sancto Genone milite Capitanei et Leone Poggi precone, et aliis.

Ser Bene de Vaglia consuluit secundum ||propo||sitiones predictas.

Leone de Foraboschis consuluit ||idem||, salvo de petitione Sex de blado.

Ser Lopus de Mugnone consuluit ||secundum pro||positiones predictas.

Placuit, super petitione Sex de blado lxj, secundum propositionem; nolentes fuerunt xj.^{cia}

Item, super aliis omnibus, placuit lxxij secundum propositiones; * nolentes fuerunt * †

Die xx^o mensis ianuarii.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.

Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum.

Item, quibus pedes amputantur pro gabella, non remictantur in carceribus, sed libere relaxentur.

Item, super petitione exbannitorum et condempnatorum porrecta Prioribus.

Item, super facto Antonii filii B. notarii, dandi in coadiutorem michi notario.

Item, super solutione librarum xx^o facienda ser Iacobo Iohannis qui exemplavit Statutum Comunis.

Presentibus testibus d. Frederico milite Capitanei et Leone Poggi precone.

Mannus Iacobi consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Qui è richiamato, col segno d'una croce, il seguente ricordo, scritto sopra, accanto alla data, nello spazio rimasto vuoto tra questo e il precedente Consiglio, e relativo a questa petizione de' Sei del biado. "Scribatur infra reformatio Consilii C, in omnibus et singulis, mutato solummodo numero ballottarum, secundum quod scripta est reformatio Consilii C facta die xvij^o octobris: hoc salvo, quod dicatur in ultima reformatione: Placuit et visum fuit omnibus predictis Consiliariis numero lxxij, ponentibus, etc.; et non ponatur: Alii vero, etc."

² Qui è sovrapposto tra rigo e rigo un altro segno in forma di croce, che non sappiamo cosa voglia indicare.

D. Gualterius de Gangareta iudex consuluit idem.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit idem.

Placuit lvij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt ^{oim} xiiij.

Die xxvj^o mensis ianuarii. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.

Primo, de electione futuri Capitanei, facienda pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis mensis maii proxime venturis, et in omnibus, secundum formam Statuti novi d. Capitanei.

Item, super quampluribus petitionibus porrectis.

[c. 77^r.] Compagnus Riccardini consuluit secundum petitiones et propositiones: salvo quod aliquis ex predictis officialibus || || nuntii et mensuratores salis; et exceptis castellanis, quibus satisfiat.

Rucchus Savini consuluit secundum omnes propositiones predictas: et quod salarium Approbatorum determinetur per || ||.

Ser Bene de Vaglia consuluit, quod Approbatores habeant salarium quod habuerunt Approbatores anni preteriti.

Gherardus Dietesalvi consuluit, quod non est utile teneri Consilium super petitione continente quod || || post mortem filiorum non graventur. In aliis, acquievit dictis et consultationibus || ||.

¹Factis partitis per d. Capitaneum particulariter: et primo, super facto electionis Capitanei futuri facienda ut dictum est, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{or} iiij.

²Item, super cc libris expendendis in Pallatio et reparatione Pallatii, et super decem libris expendendis in curia magistrorum et mensuratorum, placuit lxvij; nolentes fuerunt * v^{is} *.³

Item, super facto Castellanorum predictorum et peditum, placuit ^{tem} xlvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxv.

Item, super facto omnium nuntiorum, placuit lxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{ex} vj.

Item, super facto sententiarum emendationum equorum, factarum et filendarum, secundum petitionem, placuit lvij || nolentes fuerunt xiiij ||.

Item, super petitione ser Guidonis filii ser Vezani notarii || ||, placuit xxxviiij secundum petitionem et propositionem; nolen||tes|| fuerunt xxxiiij.

* Item, super petitione mercatorum fugitivorum, placuit || || secundum propositionem; nolentes fuerunt || ||.

⁴Item, super facto Approbatorum,⁵ placuit xlvj quod h||abeant illud|| salarium quod Priores determinabunt; nolentes fuerunt ^{ex} xxvj.

¹ Precede nel margine un'altra croce.

² Nel margine interno, di fronte a questo e a tutti i successivi paragrafi, fuori che a quello cancellato, è una " f "; lettera con cui era segnato un altro quaderno, dov'erano pur notate quelle proposte.

³ * vijtem *.

⁴ Precedono, oltre alla suddetta " f ", le solite sigle " a. n. ".

⁵ Sopra, tra rigo e rigo, tra " Approbatorum " e " quod ", pare che fosse scritto. Ora non si vede che la cifra " iiij ", in fine.

Item, super stantiamento aliorum Priorum, facto super facto ||A||pro||ba||torum in curia d. Capitanei, placuit xliiij^o secundum propositionem; nolentes fuerunt xxviiij^o.

Item, super petitione sex Iudicum curiarum, placuit xlv^o secundum propositionem; nolentes fuerunt xxviiij^o.

Item, super petitione Cippolini marischalchi, placuit lxvij secundum petitionem; nolentes fuerunt v.

Item, super petitione Officialium salis, placuit xlj secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxj.

Item, super petitione Officialium vini, placuit xlviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxiiij.

Presentibus testibus d. Frederico milite Capitanei et Leone Poggi precone d. Capitanei.

Die xxviiij^o mensis ianuarii. Alibi notatum est in quaterno Capitanei || scribi debet secundum quod notatum est alibi, die xviiij^o octobris, tam speciali quam generali||.¹

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum xij^o maiorum Artium proposuit d. Capitaneus infrascripta.

Primo, negocium electionis Capitanei, reducende² ad sex menses.

Item, negocium condempnatorum in libris xxv^o vel abinde infra, cancellandorum³ absque commissione facienda; secundum provisionem super hoc factam.⁴

Item, super illis quibus pes inciditur non remictendis in carcerem, secundum provisionem. [c. 77^o] ||Ban||dinus de Falchoneriis consuluit in omnibus suprascriptis secundum propositiones predictas, absolutis statutis.

Facto partitito per d. Capitaneum, placuit lv^o secundum omnes propositiones predictas; nolentes fuerunt iiiij^o.

Presentibus testibus d. Frederico milite Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligantur Sex de blado, et duo Exactores librarum detentarum, et duo sui⁵ notarii.

Item, petitionem Camerariorum, pro scripturis non factis in rotulo.

Duccius Risaliti consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod Priores eligant duos vel quatuor per sextum, qui eligant dictos Officiales. Item, quod firma sint que petuntur per Camerarios, tam preteritos quam presentes et futuros, super scripturis non factis in rotulo de membrana.

Factis partitis per Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas et dictum predicti Duccii.

¹ Cioè nei Consigli speciale e generale del Capitano d'esso di 18 d'ottobre.

² Il testo ha "reducenda".

³ Il testo: "cancellandis".

⁴ Il testo: "factum".

⁵ Così il testo.

Die xxvij^o mensis ianuarii.

In Consilio *speciali*¹ d. Defensoris proposuit Capitaneus: Si videtur Consilio quod Potestas concedatur hominibus de ||Plano|| Alberti, usque ad kallendas ianuarii proxime venturas.

Placuit dicto Consilio, quod concedatur Potestas hominibus de Plano Alberti, secundum petitionem eorum.

Item, electus fuit d. Tribaldus de Giandonatis ad scrupinium.

Die penultimo mensis ianuarii.

²In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{clm} maiorum Artium proposuit Pierus Borghi, in domo Priorum, prepositus Priorum: Quomodo electio novi Capitanei fieri debeat.

Placuit quatuor partibus, quod in electione dicti futuri Capitanei procedatur hoc modo: scilicet, quod quilibet Prior sit cum Consiliariis et Capitudinibus sui sextus, et eligantur per eos duo pro quolibet sextu; et fiat postmodum scrupinium, et ille qui in primo scrupinio habuerit plures voces sit Capitaneus: et sic fiat usque in quartum. Presentibus testibus d. Hugone Altoviti et ser Marcho Consilii notario Priorum.

Die iij^o mensis februarii. Alibi notatum est in quaterno bambacis, signato per "f".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, videlicet: Si videtur dicto Consilio utile fore pro Comuni Florentie teneri Consilia opportuna super ordinando et firmando quod, pro Comuni Florentie, syndicus seu syndici, quos et quot domini Priores Artium voluerint, ordinentur constituentur et fiant, ad comparendum coram Summo Pontifice et in eius curia; et ad tratandum super pace et ad faciendum super ipsa pace et circa ipsam pacem omnia et singula que videbuntur dictis dominis Prioribus et aliis Sapientibus, siquos habere voluerint: et quod instrumentum et instrumenta sindicatus et mandati fiant secundum provisionem et velle dictorum dominorum Priorum super predictis et circa predicta.

[c. 78^r.] Item, super petitione quorumdam qui solverunt libras in comitatu, et postea coacti fuerunt solvere in civitate.

Item, super petitione domini Bondelmontis de Bondelmontibus, super mendo cuiusdam sui equi.

Item, super petitione domini Forensis d. Bonaccursi, super mendo cuiusdam sui equi.

Item, super petitione dominorum Nepi et Nastagii de Bardis, super mendo unius muli.

³Item, super petitione Vanni Bernardi de Sancto Miniato stipendiarii Comunis, de mansada St||ephani||, super mendo cuiusdam sui equi.

Item, super petitione domini Fornarii de *Rubeis*,⁴ olim consiliarii domini Amalrici.

Item, super petitione domini Bindi domini Bonaccursi, olim consiliarii domini Almarici.

¹ *generalis*.

² Nel margine esterno, dinanzi a questo Consiglio e al successivo: "per B."

³ Di fronte, nel margine interno: "a. n. per f".

⁴ *Pulcis*.

¹Item, super petitione Manecti quondam Giamboni et Sali Ventagoli, olim aprobatorum in curia d. Capitanei.

Item, super petitione Baroni Amati et Panci Bonaguide, olim aprobatorum in curia d. Capitanei.

Item, super petitione Manecti Compangni et Binghi Benci Pigelli, et ser Donati filii Ciap||
||, olim massariorum Camere Comunis et officialium super opere Pallatii Comunis. Presentibus testibus domino Fredericho milite d. Capitanei et Leone Poggi precone dicti d. Capitanei, et aliis.

Dominus Gualterius de Gangareto iudex surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis, primo videlicet de sindicis mitendis ||ad|| Curiam, placuit omnibus numero lxxvj.

Item placuit lxxvj^{em} super petitione illorum qui solverunt libras in civitate et comitatu, nolentes fuerunt x.

*Item placuit *xxxvij^o*² super petitione domini Bondelmontis, nolentes fuerunt xxxvj*.

Item placuit. super petitione domini Forensis, ||nolent||es fuerunt xxxviiiij.

Item placuit. super petitione dominorum Nepi et Nastagii de Bardis, nolentes fuerunt[†]

Item placuit lviiiij^{em} super petitione Vanni Bernardi de Sancto Miniato, nolentes fuerunt xvij.

Item placuit xliiiij^{or} super petitione domini Fornarii de Rubeis, } nolentes fuerunt xxxij.
Item placuit super petitione domini Bindi d. Bonacursi, }

Item placuit xliij^{em} super predictis tribus petitionibus, videlicet d. Bondelmontis, domini Forensis et dominorum Nepi et Nastagii de Bardis; nolentes fuerunt xxxiiij.

Item placuit xliij^{em} super predictis duabus petitionibus dictorum Aprobatorum, nolentes fuerunt *xxxiiij*³.

Item placuit lij super petitione predictorum Superstitum operis Palatii Comunis, nolentes fuerunt xxiiiij^{or}.

Die vj february. Alibi notatum est in quaterno Camere, et in quaterno bambacis signato per "f".

⁴In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta.

Primo, de xxv libris expendendis, de presenti mense february, ad voluntatem Priorum.

Item, de l florenis auri solvendis domino Capitaneo, pro mendo unius sui equi mortui in servitio Comunis.

⁵Item, de salario quatuor ambaxiatorum iturorum ad Curiam Romanam pro Comuni; ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum, per diem.

Item, super petitione Bonaccursi Vilanuczi.

Item, super petitione Rossi del Fornario et sociorum.

¹ Questo e i due successivi "Item" son preceduti, in margine, da un punto.

² * xli^a *. Ma anche il "xxxvij" è cancellato.

³ * xli^a *.

⁴ Di fronte nel margine interno: "per B."

⁵ Precedono, tra rigo e rigo le sigle "a n.", ripetute di fronte nel margine interno, seppure quest'ultime non deon riferirsi alla proposta precedente.

Item, super petitione domini Gherardi de Tornaquincis.

[c. 78^a] Item, super petitione ser Neri del Forte.

* Item, super petitione Neri quondam Pepis*.

Item, super quodam stantiam^m Cortacionis de Busticis, in quantitate librarum octo florenorum parvorum.

[Presentibus testibus] domino Frederico milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius preconone, et aliis.

Leone de Foraboschis consuluit secundum propositiones predictas.

[Factis] partitis particulariter super predictis; et primo de xxv libris, item super petitione d. Capitanei, item super salario ambaxiatorum, placuit lxx secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt v.

Item placuit lvij super petitione Bonaccursi Vilanuczi et notarii sui, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xvij.

Item placuit xxviii^m super petitione Rossi del Fornario et sociorum, nolentes fuerunt * xlvj*.¹

Item placuit xxxvij^{em} super petitione domini Gherardi de Tornaquincis et notarii sui, nolentes fuerunt xxxvij.

Item placuit xliij^{or} super petitione Neri quondam Pepis et peditum, nolentes fuerunt xxxj.

Item placuit xxij super quodam stantiam^m Cortacionis de Bosticis, in quantitate librarum octo florenorum parvorum; nolentes fuerunt lij.

Die vij^o mensis februarii. Alibi notatum in quaterno bambacis signato per "f".

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{em} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia que heri, die ||vj|| februarii, firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Item, ea que die xxvj mensis ianuarii firmata fuerunt in Consilio Centum.

Item, ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die iij februarii.²

Ser Gianni Siminecti consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Palmerius Altoviti consuluit, quod non est utile teneri Consilium super petitione ser Guidolini. In aliis, consuluit secundum dictum dicti ser Gianni.

Factis partitis particulariter, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij, super facto sindici transmitendi ad Curiam et super salario ambaxiatorum augiando, secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Item placuit xlviij^{em}, super emendatione equi domini Capitanei, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt v.

Item placuit xlv, super emendatione equi Vanni soldati, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt viij.

³ Item placuit xlvj super solutione omnium predictorum Castellanorum, nolentes fuerunt viij.

Item placuit xxx^a super solutione omnium Aprobatorum, nolentes fuerunt * xxiiij*.⁴

¹ * xvij*.

² Segue uno spazio bianco, capace di quattro versi.

³ Di fronte a questo e a tutti i successivi "Item" sono nel margine altrettanti punti.

⁴ * xxxiiij*.

Item placuit ^{em}xlviij super solutione omnium nuntiorum, nolentes fuerunt v.

¹ Item placuit xxxij, super petitione ser Guidonis, secundum propositionem predictam nolentes fuerunt xxj.

Item placuit xliij super petitione Officialium salis, nolentes fuerunt xj.

Item placuit xlv super petitione Officialium vini, nolentes fuerunt viij.

Item placuit xliij super petitione Bonacursi Vilanuczi, nolentes fuerunt xij.

Item placuit xlvij super petitione Officialium operis Pallatii, nolentes fuerunt vj.

[c. 79^r.] Item placuit i. super petitione Cipollini marischalchi, nolentes fuerunt iiij.

Item placuit xxxj super petitione Iudicum curiarum, nolentes fuerunt xxij.

Presentibus testibus domino Frederico milite d. Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per " E ".

²In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{em}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Chiarencia de le Bandelle consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Chiarencie.

Die xj^o februarii.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{em}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, super petitione domini Fornarii de Rubeis olim consilarii d. Amalrici.

Item, super petitione et facto d. Bindi d. Bonaccursi olim consilarii domini Amalrici.

Item, super petitione emendationis equi domini Bondelmontis.

Item, super petitione emendationis equi domini Forensis d. Bonaccursi.

Item, super petitione dominorum Nepi et Nastagii de Bardis, super emendatione unius muli.

* Item, super petitione quorundam qui solverunt libras in comitatu, et postea coacti fuerunt solvere in civitate*.

Presentibus testibus domino * Frederico *³ milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Alexius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter, primo ad sedendum et levandum ||et|| postmodum ad pisces et balloctas, placuit xxxij, super facto domini Fornarii et domini Bindi, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxiiij.

Item placuit xxij, super facto domini Bondelmontis et domini Forensis et dominorum Nepi et Nastagii de Bardis, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxxiiij.

Dicta die concessi fuerunt Potestates quibusdam terris, sicut notatum est in quadam cedulla.

¹ Di fronte, nel margine esterno: " a. n. per E. ".

² Nel margine interno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: " per B. ".

³ * Berroverio *.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum, silicet de solutione dominorum Fornarii et Bindi.

Ghinus Davanczi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Die xiii^o februarii. Alibi notatum est in quaterno || ||.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta.

²Primo videlicet, petitionem officialium deputatorum ad consingnandum equos cavallarum civitatis Florentie et eorum nuntiorum.

Item, petitionem Superstitis³ Pontis Sancte Trinitatis et notarii sui.

Item, petitionem Officialium salis.

⁴Item, petitionem Exactorum librarum detemptarum et eorum notariorum.⁵

Item, petitionem Ticcii Bongiovanni et Bonacursi Sachi eius notarii, exactorum olim librarum et prestantiarum detentarum in sextibus Porte Domus, Porte Sancti Petri et Sancti Petri Scradii.

Item, petitiones nuntiorum dominorum Potestatis et Capitanei.

Item, negotium illorum de Manellis.

Presentibus testibus domino Frederico milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

[c. 79^o] Tornaquinci Bonsostegni surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

||Di||etaiuti del Velluto surexit et arengando consuluit idem: salvo quod non est utile teneri Consilium ||super|| facto dictarum condemnationum.

||Ser|| Carradore Giraldi notarius consuluit secundum dictum primi Sapientis; et quod cancellentur per notarios Camere, sine aliqua solutione facienda Comuni et absque commissione.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, primo super facto dictarum condemnationum, placuit xvij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt ^{tem}lvij.

Item, super aliis omnibus, placuit ^{tem}xlvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt ^{tem}xxvij.

Die xv^o februarii.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit

¹ Di fronte, nel margine interno: "per A."

² Precedono, aggiunte sopra il rigo, le sigle "a. n."

³ Il testo ha "superstiti."

⁴ Anche a questo e ai due "Item" successivi, precedono, aggiunte tra rigo e rigo, le sigle "a. n."

⁵ Sciolgo nel plurale la parola abbreviata "not", per il riscontro con il corrispondente mandato di pagamento a favore di questi ufficiali che si legge in fine della c. 29^r nel Registro III delle *Provisioni*.

dominus Capitaneus: Quomodo et qualiter videtur et placet dicto Consilio quod electio notarii et nuntiorum futurorum Priorum fieri debeat.

Presentibus testibus domino Frederico milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod * quilibet de Consilio *¹ eligat et nominet ad scriptinium unum notarium quem voluerit; et qui plures voces habuerit sit notarius Priorum. Item, quod quilibet sextus eligat unum nuntium.

Mongia del Rosso consuluit, quod Priores futuri eligant duos bonos viros per sextum, qui eligant dictum notarium et nuntios.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit duabus partibus et ultra secundum dictum Bandini predicti.

Die xviiiij februarii ¶ Alibi notatum est ¶ ¶ et in alio quaterno futurorum Camerariorum.

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus; videlicet:

De bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus usque ad medium mensem aprilis proxime venturum, modo et forma qua concessa fuit preteritis Prioribus pro preteritis duobus mensibus.

³Item, de xxv libris expendendis, de presenti mense februarii, ad provisionem Priorum. Item, de solutione facienda Guilielmo Cattallano, pro se * et uno alio consistabili *⁴, pro duobus mensibus inceptis die x presentis mensis februarii, ad rationem octuaginta florenorum auri pro predictis duobus consistabilibus, paga dupla, banderia et trumbecta, et decem florenorum auri pro quolibet dictorum militum sive equitum, per mensem; et sunt numero centum, computatis personis dictorum consistabilium in dicto numero.

Presentibus testibus domino Frederico milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Mannus Iacobi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Carradore Giraldi notarius surexit et arengando consuluit idem: salvo quod, de denariis deputatis pro solutione cavallatarum, non possint expendi nisi in solutione dictarum cavallatarum.

Facto partito per predictum dominum Capitaneum super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, placuit lxiiij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xv^{cin}.

[c. 80^r.] Die xx februarii. Signati per "d" non interfuerunt dicto Consilio.

⁵In Consilio speciali domini Defensoris et Capitulum^{cin} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ea que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: excepto de xxv libris expendendis ad provisionem dominorum Priorum.

Presentibus testibus domino Frederico milite dicti domini Capitanei, et Braccino Braccii eius ¶ precone, et aliis ¶.

¹ * quilibet sextus *.

² Di fronte, nel margine esterno: "per B."

³ Precedono a questo e al successivo "Item" le solite sigle "a. n."

⁴ * et Iohanni de Chesta *.

⁵ Nel margine interno, di fronte a questo e a quattro Consigli che seguono: "per A."

Dinus Pecora surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lx secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Bindus Nerii Ambroxii consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Bindii.

Die xxvij februarii. Dicta die electus fuit in priorem ser Caccia Bonciani.

In Consilio speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium et aliorum Sapientum proposuit Capitaneus de parlamento suspendendo, toto tempore presentium Priorum.

Ser Burnectus Latinus consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Burnecti.

Die penultimo februarii.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, die xiiij februarii, excepto negotio illorum de Manellis.

Presentibus testibus d. Frederico milite d. Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Alexius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlviii ^{clm} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Amadore de Tedaldinis consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Die quinto martii. Alibi notatum est in quaterno Camere ||signato per "f".

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

- ¹Primo videlicet, de centum quinquaginta peditibus deputandis ad custodiam castris de Pecciole, pro duobus mensibus iniciandis die qua solutio eis fiet pro Comuni Florentie; ad rationem soldorum ^l florenorum parvorum, per mensem, pro quolibet eorum.
- ²Item, solutionem comitis Manentis de Sartiano et lxviii^{em} militum absque sua persona, ad solitam rationem, pro duobus mensibus initiatis in kallendis presentis mensis martii.
- Item, solutionem Stephani de Bibiena et xxxiii^{or} militum absque sua persona, ad solitam rationem, pro duobus mensibus iniciandis die septimo presentis mensis martii.
- Item, aprobationem ordinamentorum editorum super facto exbannitorum et condempnatorum capiendorum, et super facto apostatorum, cum provisione facta super hoc per preteritos Priores, usque ad kallendas septembris.
- [c. 80^r] Item, quod provisiones et ordinamenta per quosdam Sapientes edita super officium Sex de blado potuerint fieri; et valeant et teneant ac ³ si facta fuissent infra terminum statutum, videlicet infra quindecim dies mensis ianuarii.
- ⁴Item, emendationem equi Nixii quondam Guidi de masnada comitis Manentis, in quantitate xxx^l florenorum auri.
- Item, petitionem duorum nuntiorum Iudicis appellationum.
- Item, petitionem Mandati Pilastri et ser Manentis Cambii notarii, olim exactorum librarum detemptarum.
- Presentibus testibus domino Fredericho milite dicti d. Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.
- Ser Bene de Vaglia notarius surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.
- Noffus Quintavalle surexit et arengando consuluit idem: salvo de ordinamentis exbannitorum; super quibus consuluit, quod apostatores non sint, et quod aliquis non possit exire de banno propter representationem alterius exbanniti.
- Dominus Gualterius de Ghangareto iudex consuluit, quod predicta ordinamenta exbannitorum non habeant locum in aliquo exbannito vel condempnato qui iuvetur beneficio pacis vel statutorum.
- Rucchus Savini consuluit, quod pes vel manus non amputetur alicui exbannito predictis de causis.
- [c. 82^r] Leone de Foraboschis consuluit †
- Compangnus Riccardini consuluit, super facto exbannitorum, secundum propositionem predictam: ||hoc|| adito, quod si quis exbannitus qui redimeret sibi pedem etc.⁵
- Factis partitis particulariter super predictis supra propositis per dominum Capitaneum, ad pissides ||et balloctas||, super facto ordinamentorum exbannitorum, placuit xliij^{bu} secundum propositionem predictam; nolentes f||uerunt|| xx||xij||.
- Item, super aliis omnibus, placuit lxvij^{tem} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt viij.
- Item, super facto de Pecciole, placuit lviii^{em} secundum propositionem predictam; nolentes fue||runt xvj||.

¹ Precedono, aggiunte sopra tra rigo e rigo, le sigle "a. n."

² Anche a questo paragrafo e al successivo precedono, nel margine, le sigle "a. n."

³ Il testo: " hac ".

⁴ A questo e ai due seguenti "Item" precedono nel margine le sigle "a. n."

⁵ Così il testo.

⁶ Il testo ha " xliij ".

[c. 80¹] ||Die ||.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quid videtur Consilio providere super ordinamentis fatiendis super venditione vini: lectis in presenti Consilio provisionibus editis per diversos Sapientes super predictis.

Item, quomodo et per quos videtur et placet dicto Consilio quod infrascripti officiales eligantur, videlicet decem et octo pensatores farine; item, sex nuntii domini Potestatis, sex nuntii domini Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris librarum et condemnationum, duo nuntii Exactorum librarum detemptarum, tres nuntii Castaldorum, *duo*¹ nuntii Iudicis appellationum et sindici.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod provisio facta per primos Sapientes super pretio vini sit firma: hoc adito, quod vinum tribianum possit vendi ad rationem soldorum duorum pro medio quarto, quolibet tempore: et incipiat venditio vini die lune.

Ser Burnectus Latini consuluit, quod predicta omnia provideantur et fiant per dominum Capitaneum et dominum Bartholomeum iudicem Gabelle et Priores Artium, una cum illis Sapientibus quos habere voluerint. Item, quod predicti officiales eligantur per presens Consilium, ad sortes.

Dinus Pecora consuluit secundum dictum dicti ser Burnecti.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis, ad sedendum et levandum, placuit quatuor partibus et ultra secundum dictum dicti ser Burnecti.

[c. 81] Die v^o intrante mense martii.

Provisum deliberatum et obtentum ac firmatum fuit, quod omnia et singula que per quosdam sapientes et bonos viros, ad infrascripta per dominos Priores Artium electos et habitos, vigore et auctoritate capituli Constituti Comunis Florentie de infrascripta materia loquentis, quod incipit "Item quia Officium bladi Comuni Florentie utile creditur" etc., et finitur "plenam obtineat firmitatem" etc., provisa ordinata deliberata statuta et firmata fuerunt, circa finem mensis februarii proxime preteriti, super Offitio et circa Offitium bladi et victualium, sicut plenius scriptum est in forma publica manu Iacobi Melioris de Mugnone, notarii et scribe officii dominorum Priorum Artium, licite et iuridice potuerint provideri ordinari deliberari et statui ac firmari; et valeant et teneant ac plenam obtinuerint et obtineant firmitatem, ac si predicta omnia facta fuissent infra quindecim dies introitus mensis ianuarii proxime preteriti, iuxta formam capituli Constituti Comunis Florentie de hoc loquentis: non obstante eo quod predicti Sapientes electi non fuerint, et etiam quod predicta facta non fuerint infra dictum terminum in ipso statuto apositum et assignatum; ac etiam non obstante aliquo statuto Comunis vel domini Capitanei in hiis quomodolibet contradicente.

¹ * tres *.

[c. 82^r.] Die vij martii.

¹In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, die quinto martii.

Ser Tancredi filius ser Cenni notarius consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod, si aliquis exbannitus vel condempnatus captus esset, et haberet beneficium pacis ante capturam, nichil [solvat] Comuni vel apostatori; si haberet beneficium tale quod potuisset exivisse de b.anno, solvat [denarios ^{cim}xij pro libra.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Gherardus de Vicedominis consuluit, quod nichil fiat de facto exbannitorum, ad presens.

Mongia del Rosso consuluit secundum dictum Bandini.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlij super facto ordi-
namentorum exbannitorum, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xvj.

Item, super aliis omnibus, placuit liij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iiij.

Item, super facto de Pecciole, placuit liij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt v.

Presentibus testibus domino Frederico milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Chiarescia de le Bandelle consuluit secundum propositiones predictas.

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum Dini predicti.

Die xij martii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, solutionem domini Michelis de Arezio capitanei quadraginta novem militum, non computata persona sua in dicto numero, pro duobus mensibus iniciandis die xvij presentis mensis martii; ad rationem xxv florenorum auri pro ipso consistabili, et decem florenorum auri pro quolibet dictorum militum.

Item, quod omnes qui condempnati fuerunt in kallendis martii proxime preteritis per dominum Potestatem, eo quod non consignaverint equos cavallatarum, in certa quantitate pecunie, nisi consignarent usque ad medium mensem presentem; et etiam illi qui consignaverunt cum promissione melliorandi, si consignaverint suficientes equos

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e ai due seguenti Consigli: "per B."

usque ad kallendas aprilis proxime venturas, non teneantur ad dictam condemnationem; imo possit et debeat cancellari sine aliqua solutione.

Item, petitionem Falchonariorum super facto Francisci Boninsegne, videlicet super concordia inter eos facta.

Presentibus testibus *d. Fredericho milite dicti d. Capitanei *¹ et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

[c. 82^r] Compangnus Ricardini consuluit secundum popositiones predictas.

|Facto|| partito ad pissides et balloctas per dominum Capitaneum, placuit lxiiij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj.

Die xiiij martii.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Alexius Rinaldi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per predictum dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit omnibus, numero lvj, secundum propositiones predictas; * nolentes fuerunt *.

Presentibus testibus domino Fredericho milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quod Exatores et notarii, qui pro duobus mensibus proxime preteritis² steterunt ad exationem presentis libre, eligantur et stare debeant in dicto officio usque ad medium mensem aprilis proxime venturum.

Mandatus Pilastris consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus in dicto Consilio residentibus ad dictum et secundum dictum et consilium dicti Mandati.

Eodem die et testibus. ||Alibi no||tatum in quadam cedula.

In Consilio speciali d. Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Si videtur Consilio Potestatem concedere illis de Sancto M|| ||.³

[c. 83^r]⁴ Provisum deliberatum obtentum et firmatum fuit, quod infrascripta petitio, per infrascriptos seu pro parte infrascriptorum de Societate olim Falchoneriorum [c. 83^r], super infrascriptis porrecta et facta, ac etiam omnia et singula in ipsa pe-

¹ * ser Lapo de Mugnone notario Priorum *.

² Ripetuto "qui".

³ Forse *Mariano*.

⁴ In questa carta 83, aggiunta al Quaderno, è prima scritta originalmente (e però d'altra mano ma con correzioni di ser Antonio di ser Bonsignore) la successiva petizione, proposta nel Consiglio de' Cento del 12 marzo: "Falchus" ec. E in calce alla medesima è scritto questo "Provisum" ec., di mano dello stesso ser Antonio; che si preparava così il testo da ricopiare (ma che poi non ricopiò) nel Registro delle *Provisioni*.

tionem contenta et expressa, auctoritate et vigore predictorum Consiliorum firma sint, et totaliter in eis procedatur observetur et fiat in omnibus et per omnia; prout et secundum quod infra in ipsa iamdicta petitione plenius et latius est expressum. Cuius petitionis tenor talis est.

[c. 83.] Falchus quondam Ugonis de Falchoneriis, Gianus Cambii Falchonerii, Cione Moltohuoni, Ugolinus Zampe, Bandinus filius olim Cambii Falchonerii, * et etiam idem Bandinus *¹ procuratorio nomine pro Guido fratre suo, Tici, Gaddus, Guido et Cambius, fratres, filii olim Forensis Falchonerii, et Rustichus filius Alberti Actaviani procurator Foresini Tuccii Falchonerii, exponunt coram vobis, dominis Prioribus Artium, positus super bono statu civitatis et comitatus Florentie: Quod Franciscus olim Boninsegne de la Ripa, quondam sotius Sotietatis Falchoneriorum, fuit pronuntiatus cessans et fugitivus cum pecunia ipsorum sotiorum et Sotietatis et aliorum plurium; et quod predicti de Falchoneriis, et eorum sotii qui sunt in civitate Florentie, sunt in concordia cum ipso Francischo pro certa quantitate pecunie, quam ipse Francischus dedit et solvit dictis sotiis et Sotietati, spe redeundi et morandi secure in civitate Florentie cum familia sua: quam pecunie quantitatem alias non habuisset nec exsolvere potuisset sine spe predicta, et propter quam fuit pronuntiatus cessans et fugitivus. Unde, cum ipsi Sotii sint in concordia cum ipso Francischo, ut dictum est, petunt quatinus, pro evidenti eorum utilitate, per vos et Consilia opportuna, statuatis et ordinatis et statui et ordinari faciatis, quod predictus Franciscus et eius uxor et filii, familia et descendentes,² libere et secure possint stare in civitate et comitatu Florentie; et quod ipse et eius filii et descendentes, et familia et bona sua, et omnes qui quomodocumque tenebantur, occasione fuge et pronuntiationis facte de ipso Francischo tanquam de fugitivo et cessante, gravari vel molestari non debeant ab aliquo ex dictis creditoribus * nec ab aliqua persona vel loco, occasione dicte Sotietatis, vel ab aliqua alia persona que aliquid deberet recipere vel habere a dicta Sotietate vel ab ipso Francischo, tanquam a socio ipsius Sotietatis *: ita et taliter quod ipse Francischus * et eius filii, uxor *³ et familia et descendentes, personaliter vel in rem, a die reformationis huius faciende in antea, in nichilum teneantur vel obligati esse intelligantur, nec dicte Sotietati nec alicui ex ipsis sotiis, * nec alicui alteri ||aliquid|| recipere debenti a dicta Sotietate vel occasione Sotietatis predicte *; set sint inde predicti Francischus, uxor et filii et bona eorum, ||ab ipsa condempn||atione liberi et absoluti perpetuo: cum ipsi de Falchoneriis parati sint et velint respondere et satisfacere omnibus et singulis personis et locis recipere debentibus a dicto Francischo, vel in eius bonis, tanquam a socio dicte Sotietatis, vel ipsius Sotietatis occasione; et ipsum Francischum et eius familiam atque bona exinde indempnem perpetuo conservare. Et quod in omnibus et per omnia habeatur ipse et filii eius, uxor et familia et bona, ac si unquam cessasset vel aufugisset, vel pronuntiatus fugitivus⁴ fuisset, cum pecunia et rebus alienis: et quod sit ipse et eius filii, uxor et familia et bona || ||us⁵ in eo statu in quo primo erat ante fugam et cessationem predictam. Non obstantibus in predictis vel aliquo ||predictorum|| aliquibus statutis reformationibus ordinamentis

¹ * Bandinus Cambii *.

² Si omette " et eius familia ", che ser Antonio avrebbe dovuto cancellare, dopo avere aggiunto sopra " familia ", tra " filii " e " et descendentes ".

³ * filii, eius uxor *.

⁴ Il testo, per le abbreviature, avrebbe " pronuntiatum fugitivum ".

⁵ remissus o restitutus o simile.

vel statutis, factis vel fiendis, contra cessantes et fugitivos cum pecunia aliena; et non obstante statuto quod est sub rubrica “De securitatibus recipiendis a mercatoribus, et de illis qui recedunt cum pecunia aliena”, et incipit “Mercatores * cessantes *” etc. Et quod ipse Franciscus et eius filii et uxor et familia possint et debeant cancellari de libris bannorum et condemnationum et actis Comunis Florentie, de omnibus bannis et condemnationibus atque pronuntiationibus in quibus reperirentur *incursi* vel incurrissent occasione predicta; et notarii Camere eos possint et debeant et teneantur de ipsis bannis et condemnationibus atque pronuntiationibus cancellare absque aliqua solutione Comuni Florentie facienda.¹ Predicta quidem petunt celeriter fieri, et omni modo et iure quibus melius possunt; et specialiter, cum idem Franciscus iam satisfecerit eosdem de omni et toto eo quod eis debebat et tenebatur, et facta sit generalis finis inter eos.

Amissa² est.

[c. 83⁴] ³Item, super ordinando et firmando, quod omnes et singuli quibus cavallate imposite fuerunt pro Comuni Florentie, qui per d. Scellum d. Bartolecti de Spoleto, nunc potestatem Florentie, in kallendis mensis martii presentis ||
condempnati sunt|| in libris florenorum parvorum|| solvendorum dicto Comuni seu officialibus dicti Comunis, si non consignaverint sufficientes equos pro cavallata predicta usque ad medium mensem martii presentis, secundum quod in ||
|| sufficientes equos pro cavallata predicta dicto Comuni seu officialibus dicti Comunis pro ipso Comuni consignare ||
||,⁴ usque ad ||kallendas aprilis pro||xime venturas; a predicta condemnatione seu condemnationibus liberentur et absolvantur, et ex nunc liberi et absoluti sint; ita quod propterea, aliquo tempore, per aliquod Regimen vel officium dicti Comunis seu per ipsum Comune, vel per aliquam aliam personam, non graventur vel molestentur in personis vel rebus: immo ipse condemnationes, de libris et actis Comunis in quibus scripte reperiuntur, possint et debeant totaliter cancellari licite et impune, per Potestatem et Camerarios presentes et futuros, et per quoscumque alios ad quos huiusmodi can||cellationes dicerentur|| pertinere; absque aliqua solutione exinde Comuni Florentie facienda, et absque petitionis porrectione et absque sententia aliqua super hoc ferenda. In hiis statuto vel ordinamento aliquo non obstante.

[c. 82⁴] Die xxj^o martii.

In Consilio speciali d. Capitanei et Capitulum xij^o maiorum Artium, nuntiorum requisitione in domo Priorum congregato, proposuit d. Lopus Saltarelli de numero Priorum: Si videtur dicto Consilio quod ferie indicentur in curia Capitanei, et quod acta sibi tollantur et sue familie, usque ad kallendas maii.

¹ Qui è un “cat”, fine della parola *vacat*, che significa, com'è noto, espunzione delle parole comprese tra le due sillabe di cui si compone. Ma dove sia la prima sillaba, cioè il *va*, non si vede. Al “cat” segue inoltre un segno di richiamo che non ha corrispondenza.

² Così, invece di *admissa*.

³ Questa è una bozza originale di un capitolo da ricopiarsi nel Registro delle *Provisioni* (dove però non fu ricopiato), e corrispondente alla seconda proposta fatta nel precedente Consiglio de' Cento del 12 marzo.

⁴ Queste lacune, che derivano da svanimento della scrittura, si possono supplire in parte, per il senso, con la seconda proposta fatta nel Consiglio de' Cento de' 12 marzo, sopra citata.

Item, super petitione ambaxiatorum Comunis Pistorii super facto salis.
 Presentibus testibus d. Palmerio Altoviti et magistro Lamberto medico, et aliis.
 Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositionem predictam. Item, quod petitio ambaxiatorum Comunis Pistorii sit admissa.
 Dinus Peccora consuluit idem, de ambaxiatoribus Comunis Pistorii. Item consuluit, quod acta non tollantur ad presens: et si obtinetur de ipsis tollendis, non tollantur acta condemnationum.
 D. Palmerius Altoviti consuluit †
 Ser Burnectus Latinus consuluit idem, scilicet secundum dictum Bandini predicti.
 Placuit omnibus secundum dictum ser Burnecti, super facto ambaxiatorum de Pistorio.
 Item placuit maiori parti, quod ad presens acta non tollantur.

[c. 84^r.] Die xxiii^o martii. Alibi notatum est in quaterno banbacis signato per || ||.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus.

Primo videlicet, super facto Duccii Burnecti de Pistorio.

²Item, solutionem domini Gianni de Borgho^ongnia^o et quadraginta novem militum, non computata persona sua, pro duobus mensibus iniciatis die || ||, ad solitam rationem.

³Item, de ducentis libris expendendis in reparatione Pallatii ||domini Potestatis||.
 Item, petitionem Officialium deputatorum ad singnandum et exigendum gabellam vini quod ve^onditur ad minutum^o in civitate Florentie et districtu, infra tria miliaria, pro mense februarii proxime preteriti.

Item, p^oetitionem Officialium^o deputatorum ad faciendum cernam peditum comitatus Florentie.

Item petitionem Rodulfi Dietiguardi ||et|| Ma^o || Mercati, pro se ipsis et eorum iii^o custodibus, superstitum carceris Paleaze, pro * xiii^o die^obus || *⁴ inceptis die octavo mensis decembris proxime preteriti, quibus suprasteterunt; ad rationem librarum xxxij pro mense.

⁵Item, de xx^o libris dandis ser Filippo Bonfan^otini^o de Sexto notario, pro exemplatura Statuti novi domini Potestatis.

Item, de solutione facienda presb^oltero^o Beni, in quantitate soldorum xl^o, pro pensione cuiusdam sue domus in qua morantur Castaldi.

Presentibus testibus domino * Frederico *⁶ milite dicti d. Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Rucchus Savini consuluit secundum propositiones: salvo de pensione presbiteri Benis.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxvij super facto Duccii Burnecti^o, super solutione soldatorum, de ducentis libris expendendis in Pallatio, et super xx^o libris ||expen^odendis pro exemplatura Statuti; secundum propositiones predictas: nolentes fuerunt v.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e a' due Consigli successivi: "per A. ".

² Precede, scritto sopra tra rigo e rigo: "a. n. per d."

³ Anche a questo "Item", interno, corrispondono nel margine le sigle "a. n."

⁴ * duobus me^onsibus^o *.

⁵ Precedono nel margine le sigle "a. n."

⁶ * Berroverio *.

Item placuit xviiiij, super solutione facienda dicto presbitero, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt liij.

Item, super aliis omnibus, placuit xlvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxiiij.

In Millesimo c^o lxxxij, die xxv martii.

Die xxvj martii.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xxiiij martii: excepto de pensione solvenda presbitero Beni rectori ecclesie Sancti Martini Episcopi.

Presentibus testibus domino Fredericho milite dicti domini Capitanei et Leone Pogii eius precone, et aliis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Alexius Rinaldi consuluit secundum propositiones predictas.¹

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Alexii.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Si videtur Consilio quod Potestas concedatur Comuni et hominibus de Gangalandi.

Magister Andreas medicus consuluit, quod concedatur, et fiat ad scrupinium.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti magistri Andree.

[c. 84^o] Die xxviiiij martii. ||Alibi notatum|| est in quaterno || ||.

Hac die duo tubatores se representaverunt cum tubis argenteis.

||In Consilio|| Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, petitionem ser Zoccholi de || || et aliorum, in petitione contentorum super facto cavallatarum.

* Item, petitionem Pratini de Signa || || quondam Rugerini Mazinghi, super facto cavallatarum *.

¹ Il testo ha "predicta".

¹ Item, negotium Masini quondam Ugholini de ||Iaco||ppis.

Item, petitionem Dominarum de Muris.

² Item, petitionem Exactorum et notarii presentis libre.

||Item||, petitionem Donati Bonvasalli et sociorum olim Sex de blado.

³ Item, petitionem emendationis ||equi|| domini Dantis de la Schala, in quantitate xxxvj^o florenorum auri.

Presentibus testibus domino Zaverigio milite dicti domini Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

Compangnus Riccardini consuluit secundum propositiones predictas.

Rucchus Savini consuluit †

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lx, super facto cavallatarum, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt x.

Item, placuit xlv, super negotium Masini de Iacoppis, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxv.

* Item placuit lxvij, super negotium Dominarum de Muris, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt iiij*.

Item placuit xliij, super negocium Exactorum librarum et notarii, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxvij.

Item placuit lj, super negotium Sex de blado, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xx.

Item placuit xlvij, super negocium domini Dantis de la Scala, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxiiij.

Item placuit omnibus, numero lxxij, quod xxv libre solvantur Dominabus de Muris, pro anno preterito, quas habere debent, secundum formam Statuti, de summa librarum centum que possunt expendi de presenti mense martii.

Eodem die.

⁴ In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia que hodie firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: excepto de solutione facienda predictis Dominabus de Favenzia.

Presentibus testibus domino Fredericho milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum, postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvj, super omnibus propositionibus, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xij^o.

¹ Precedono, aggiunte sopra tra rigo e rigo, le sigle "a. n. d."

² Precedono c. s. le suddette sigle.

³ Precedono c. s. le suddette sigle.

⁴ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A."

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitulum ^{im} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Item, quomodo et per quos eligi debeant Sex de blado et eorum sex nuntii.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones. Item, quod Priores eligant duos per sextum qui dictam electionem faciant; et valeat quicquid fecerint de predictis.

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum Bandini predicti.

[c. 85^r.] Die iij^o aprilis. ||Alibi notatum est|| in quaterno Camere.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta. Presentibus Prioribus||.

²Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad voluntatem dominorum Priorum, de ||summa librarum|| centum que expendi possunt de presenti mense aprilis.

Item, super ob||lacione|| facienda de carceratis Comuni Florentie, usque in numerum xxv, qu || || sit condempnatus³ ultra quantitatem librarum centum, inter masculos et ||feminas||: dummodo siquis condempnatus esset pro offensa specialis persone vel personarum || || ad petitionem alterius, non possint offerri nisi pacem habuerint, secundum formam sta||tutorum. Item||, quod siquis de civitate vel comitatu Florentie repertus fuerit in dictis carceribus, qui non sit condempnatus Comuni Florentie ||et in dictis|| carceribus steterit per tres menses vel ultra, obferatur et relaxetur in numero dictorum xxv. Item, quod per duos ex Iudicibus domini Potestatis et per duos Iudices domini Capitanei provideatur et del||iberetur|| qui sint illi qui habeant pacem legitimum, secundum formam statutorum, et qui beneficio pacis secundum formam predictam, obferri et relaxari possint et debeant etc. Item, quod dicta oblatio fiat i||n die|| Pasquatis, ad ecclesiam Beati Iohannis, cum mitriis in capite. Et si aliquis reper||tus fuerit|| in dictis carceribus, qui alias oblatus fuerit pro Comuni, in presenti oblatione non po||ssit nec debeat|| obferri vel relaxari. Item, quod condempnati in xxv ||libris et|| abinde infra, possint poni in ||dicto|| numero xxv; si non reperiretur numerus aliorum: non obstante quod pac||em non habeant||.

Item, super bailia arbitrio et iurisdictione concedendis domino Andree de Arone ||militi domini|| Potestatis et domino Altonato iudici dicti domini Potestatis in exercitu Ampeane, tam in preteritis quam presentibus et futuris, tam in persona quam in avere.

Item, super stantiamento facto per preteritos Priores super facto Marchionum de Vitiliano et Dominorum de Bardis.

Item, super petitione illorum de Squarcialupis.

Presentibus testibus domino Zaverigio milite dicti domini Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e a' Consigli che seguono: "per B."

² Precedono le sigle "a. n."

³ Qui è un "contra" cancellato.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositiones predictas.
Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxviii^m secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt v.

Eodem die * et testibus*.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum: excepto de xxv libris expendendis secundum provisionem dominorum Priorum, de presenti mense aprilis.

Presentibus testibus d. Zaverigio milite dicti d. Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Ser Benincasa¹ Strufaldi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter per d. Capitaneum super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt viiiij^m.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod predicta securitas predictorum de Squarcialupis duret quantum durat presens cavallata, imposita pro anno presenti.

[c. 85⁴] Ser Burnectus Latini notarius consuluit secundum propositiones predictas.

||Factis parti||tis per d. Capitaneum, super *petitione dictorum de Squarcialupis*,² ad sedendum et levandum, placuit duabus partibus secundum propositionem.

||Item, super|| aliis omnibus, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die x^o aprilis. Alibi notatum est in ||quaterno|| bambacis ||signato per ||.

||In Consi||lio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet: Si videtur ||presenti|| Consilio quod procedatur ad pacem faciendam pro Comuni Florentie cum Pisanis intrinse||cis||, in Curia Romana, eo modo et forma quo et qua videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus Artium presentibus vel futuris, et Sapientibus quos et quot habere voluerint; et quod syndicus et syndici constituentur ad predicta, cum mandato uno et pluribus, prout et secundum quod videbitur antedictis, pro predictis exequendis: statuto vel ordinamento aliquo non obstante.

Item, de exercitu firmando et stantiando per Comune Florentie et syndicos dicti Comunis, una cum aliis Comunibus et sindicis Comunium Societatis Tuscie, qui ad ipsum exercitum stantiandum se voluerint obligare, contra hostes dictorum Comunium, in parlamento quod nunc fit occasione predicta; eo modo et forma quo et qua videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus Artium presentibus vel futuris, et Sapientibus quos et

¹ Il testo, per errore, ha "Ser Benincase".

² *predictis*.

quot habere voluerint. Et quod syndicus ||et|| syndici constituentur ad predicta, cum mandato uno et pluribus, prout et secundum quod videbitur antedictis.

Item, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum, de presenti mense aprelis.

Item, de tribus libris solvendis cuilibet ex Aprobatoribus magnatum, pro tempore ||quo|| servierunt et servire debent ||predi||cto * officio *.¹

Item, super solutione facienda Guilielmo Catalano et suis militibus, pro duobus mensibus, ad solitum modum, inceptis die x presentis mensis aprelis.

²Item, de solutione et expensis duodecim librarum faciendis pro via mitenda post Burgum Omnium Sanctorum.

³Item, de solutione facienda Sex de blado, qui fuerunt de mensibus octobris et novembris, secundum eorum petitionem.

Item, de solutione facienda Benghi domini Albiczi de Rubeis, olim castellano castris Montechi, et decem suis peditibus; ad rationem sex dierum, scilicet ad rationem decem librarum pro dicto Castellano, et duorum florenorum auri pro quolibet ditorum peditum, per mensem et ad rationem mensis.

Item, petitionem Rectorum Vinateriorum, super restitutione eis facienda per Cameraarios Comunis de pecunia que primo solvetur eisdem Camerariis per illos qui emerunt gabellam vini; et quod Rectores predicti, habita dicta solutione, in quantitate cclxxxj librarum, soldorum vij et denariorum viij, restituant vinateriis contentis in instrumento scripto per ser Berlingherium Doradini notarium.

⁴Item, de solutione facienda quadraginta *sex peditibus*⁵ qui steterunt ad custodiam castris de Pecciole, pro decem et novem diebus, ad rationem soldorum trium et denariorum sex florenorum parvorum pro quolibet eorum per diem.

Salvinus Drietafedis consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit omnibus, numero lxxij, super facto pacis, secundum propositionem *nolentes fuerunt*.

Item placuit lxxvj, de syndico constituendo super facto exercitus, et de solutione Guilielmi Catalani; nolentes fuerunt vj.

[c. 86^r.] Item, super aliis omnibus, placuit lviii^{am} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xiiij.

Presentibus testibus d. Frederico milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, ||et aliis||.

Die xj aprelis.

⁶In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{am} maiorum Artium proposuit dominus ||Capitaneus|| omnia que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: excepto d||e salario|| Aprobatorum, et de xxv libris expendendis de presenti mense aprelis ad pro||visionem|| Priorum.

Presentibus testibus d. Zaverigio milite d. Capitanei et Leone Poggii eius precone, ||et aliis||.

¹ * Consilio *.

² Precedono nel margine le sigle "a. n.".

³ Precedono c. s. le sigle "a. n. d."; e così ai due paragrafi che immediatamente seguono.

⁴ Precedono c. s. le sigle "a. n.".

⁵ * novem peditum *.

⁶ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A.".

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit omnibus, numero lviii, secundum propositiones predictas * nolentes fuerunt *.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{etm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per d. Capitaneum.

Alexius Rinaldi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Alexii.

Eodem die et testibus.

¹In Consilio speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{etm} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod officiales qui nunc sunt in * offitio² canove et doane salis Communis³, durent quousque utile et expediens fuerit pro Comuni.

Alexius pelliparius consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Quomodo eligi debeant Castaldi et eorum notarii.

Firmatum est quod fiat per sextus: sorte dirimatur in quo sextu fieri debeat.

Eodem die.

Masus f. Iohannis populi Sancti Iacobi inter foveas, gastaldus, per sextum Porte Sancti Petri.

Bianchus Pellafichi populi Sancte Felicitatis, gastaldus, per sextum Ultrarni.

Ser Bonaiutus Orlandini populi Sancte Reparate, notarius, per sextum Porte Domus.

Die xiiij aprilis.

⁴In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio utile fore pro Comuni predicto super facto concordie castri Ampenane faciende, secundum modum tractatus habiti et facti per Priores et Capitaneos guerre, et super absolutione statutorum contradicentium.

Presentibus testibus domino Fredericho milite d. Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: per " B ".

² Scritto due volte " offitio ".

³ * dicto Consilio *.

⁴ Di fronte, nel margine interno: " cass. ", cioè *cassatum*.

Ser Burnectus Latini notarius consuluit secundum propositionem predictam.
Facto partito per d. Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit xlviii^o secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxiii^o.

[c. 86^o] Eodem die.

¶ In Con||silio¹ speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, ||presentibus|| Prioribus, ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum super facto Ampenane.

¶ Presentibus|| testibus domino Fredericho milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

¶ Dominus|| Palmerius Altoviti iudex consuluit, quod non est utile teneri Consilium super predictis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositionem predictam.

Dinus Pecora consuluit secundum dictum domini Palmerii.

Ser Benincasa Strufaldi notarius consuluit secundum dictum domini Palmerii.

Ser Tancredi filius ser Cenni notarius consuluit †

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xxiii^o secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxviii^o.

* Ghinus Davanczi consuluit *

* Die xv^o aprilis *.²

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quomodo et per quos videtur et placet dicto Consilio quod electio notarii et nuntiorum futurorum Priorum fieri debeat.

Presentibus testibus d. Zaverigio milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, at aliis.

Alexius Rinaldi consuluit, quod notarius fiat ad scrupinium; et Consilarii et Capitudines cuiuslibet sextus eligant unum nuntium.³

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xvij^o mensis aprilis.

⁴¶ In|| Consilio speciali et Capitudinum proposuit d. Rogerius Tornaquinci,⁵ de numero Priorum: Si videtur Consilio quod in curia d. Capitanei et suorum Iudicum ferie indicantur usque ad kallendas mensis maii proxime venturas; et quod acta sibi tollantur et sigillentur, et ad Cameram assignentur, usque ad dictas kallendas.

Lapis Rinuccini consuluit, quod predicta fiant et deliberentur per Priores, secundum quod eisdem placuerit.

¹ Qui è un "gene" cancellato. Stava per scrivere *generali et speciali*.

² * Eodem die et testibus *.

³ Segue "et notarium", cancellato.

⁴ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

⁵ Qui aveva scritto "consuluit" e cancellò.

D. Gerardus de *Vicedominis*¹ consuluit, quod adhuc acta non tollantur.
 Ser Benincasa Struffaldi consuluit, quod acta tollantur: salvo quod acta Iudicis gabelle non tollantur sibi.
 Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum dictum predicti Lapi.
 Placuit maiori parti secundum dictum predicti Lapi.

Die xvij^o aprilis.

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta.
 Primo videlicet, de solita bailia danda dominis Potestati, Capitaneo et Prioribus, usque ad medium mensem iunii proxime venturum; et super absolute statutorum.
 Item, super eo quod officiales et canoverii Dogane salis Comunis possint teneantur et debeant dare solvere et assignare Camerariis Comunis Florentie totam pecuniam ad eos, de precio salis et saline, perventam et perveniendam; non obstante quod dicta canova, secundum formam statuti, esse et stare debeat fornita de sex milibus libris inter denarios, salem et salinam; et non obstante aliquo alio statuto contradicente. Presentibus testibus domino Fredericho milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.
 [c. 87^r.] Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositiones ||predictas||.
 Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxvij secundum ||propositiones|| predictas; nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus.

³In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus, ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.
 Item, in dicto Consilio ordinatus est terminus per Priores, cum voluntate et in presentia domini Capitanei, ad solvendum libram presentem soldorum centum pro centinario, usque ad kallendas maii proxime venturas.
 Martinus Bonaiuti consuluit secundum propositiones predictas.
 Factis partitis particulariter per d. Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij^{or} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali ||domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij|| maiorum Artium proposita fuerunt predicta.
 Item, si videtur Consilio quod Exactores || ad exi||gendum presentem libram soldorum centum pro centinario, possint dictum offitium exercere usque ad kallendas iulii proxime venturas.

¹ *Tornaquincis*.

² Nel margine esterno, di fronte: "per A."

³ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A."

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Latini.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis Comunibus et terris, videlicet Communis Castri Novi et castri de Empoli.

Lapus Rinuccini consuluit, quod Potestates concedantur, et fiant ad scriptinium.

Facto partito ad sedendum et levandum || ||.

Die xxiii^o aprilis.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus, omnia infrascripta videlicet: Si videtur dicto Consilio quod ||

|| in exercitu fiendo contra Pisanos et in expensis necessariis || || et pro solutione facienda Capitaneo tallie et suis militibus ||

|| vel in futurum existentibus ad stipendia dicti Comuni et pro ||

|| dicto Comuni quedam libra in civitate et comitatu presentialiter imposita pro||ut contin||gat, ad rationem librarum sex et soldorum quinque pro centinario; non obstante aliquo statuto vel ordinatione.

Item, super feriis indicendis in curiis Potestatis, Capitanei, Iudicis appellationum et Sindici et sex Iudicum curiarum, ab illa hora in antea qua predicta firmata erunt in Consilio domini Potestatis usque ad festum Beati Iohannis Batiste mensis iunii, in omnibus et singulis civilibus questionibus; etiam in hiis et super hiis de quibus tempore ferriato per formam statutorum cognosci potest: salvo quod de causis et questionibus fugitivorum et cessantium, et alementorum, afflictuum et pensionum, ac etiam illorum qui capti vel detenti essent vel interim caperentur, qui dicentur capti esse iniuste; et gabellarum venditarum pro Comuni seu que pro Comuni exigerentur: et de exactione librarum et condemnationum possit cognosci et procedi, non obstantibus antedictis. Questiones vero nunc pendentes remaneant et sint in eo statu in quo nunc sunt; ita quod, aveniente tempore iuridico, interim non currat eis tempus.

[c. 87^o] ||Item || consistabili xxiii^o

equitum, non computata persona sua || || vi-

delicet dicto domino Rogerio, pro bandiera et trombeta ||

|| pactorum, duos florenos auri et dimidium, pro qualibet ||die dictorum|| duorum mensium inceptorum ||die || mensis aprilis presentis; et xv^o ex dictis suis militibus pro uno mense || ||;

et aliis suis novem militibus, pro uno mense et viii^o diebus inceptis ||die aprilis||, ad rationem decem florinorum auri pro quolibet.

Presentibus testibus d. Fredericho milite domini Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

¹ Nel margine interno, di fronte: " per A. ".

Ser Burn^{ectus Latini} notarius consuluit, de sol^{utione} fienda || dicto domino
 Rogerio, secundum propositionem. Item, ||
 In ^{alia} propositione || ||.¹
 Banchus domini Cerreterii consuluit || ||.²
 Factis partitis || || placuit
 xxxvij de libra imponenda, secundum propositionem || ||.³
 Item placuit || de feriis indicendis || || nolentes
 fuerunt xxvj.
 Item placuit || domino Roggerio ||
 || secundum propositionem, nolentes fuerunt || ||.

Die xxv^o aprilis.

⁴In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit
 dominus Capitaneus, presentibus Prioribus, omnia que heri firmata fuerunt in Con-
 silio Centum.
 Presentibus testibus domino Fredericho milite domini Capitanei || ||
 precone, et aliis.
 Dominus Donatus Alberti iudex consuluit || ||.⁵
 Factis partitis ||super predictis || ||, primo ad sedendum et levandum
 et postmodum ad pissides et balloctas, placuit || ||
 secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt ^{ta}xxx.
 Item, super aliis omnibus placuit || || nolentes fue-
 runt ^{cim}xij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium
 proposuit d. Capitaneus predicta.
 Ser Gianni Siminecti notarius consuluit secundum propositiones predictas.
 Latinus Bonaccursi consuluit, *quod* in dicta libra non procedatur. In aliis, consuluit se-
 cundum propositiones.
 Dominus Gherardus de Vicedominis iudex consuluit secundum dictum dicti ser Gianni.
 Lopus Gualterocti consuluit secundum dictum Latini.
 Ser Lopus de Mugnone notarius consuluit secundum dictum primi Sapientis.
 Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et
 levandum, placuit duabus partibus et ultra secundum dictum primi Sapientis.

¹ Lacuna approssimativa, perchè questo verso, non essendo intero nell'originale, non si vede dove termini.
 Segue poi un altro verso simile interamente estinto, dove era il nome e il parere d'un altro Consigliere.

² Lacuna approssimativa, perchè non si vede dove finisca il verso nell'originale.

³ Lacuna approssimativa ec. c. s.

⁴ Di fronte, nel margine esterno: "per A."

⁵ Lacuna approssimativa c. s.

[c. 88^r.] Die xxvj^o aprelis.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Pri^oribus^o.

||Primo|| videlicet, super eo quod bailia auctoritas et licentia dominis Potestati, C^oapitaneus et Prioribus concedatur^o, cum illo Consilio siquod habere voluerint, faciendi ||concordiam castr^o Am^openane^o||, ||eo modo et forma^o||² qua eisdem videbitur.

Item, de xxv libris expendendis ad voluntatem ||Priorum^o||.³

Presentibus testibus domino Fredericho milite dicti domini Capitanei et Leone Poggii eius precone, ||et aliis||.

Perroctus Guadangni consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides ||et balloctas per dominum Capitaneum super predictis||, placuit lx^o || secundum propositiones; nolentes fuerunt xiii^o||.

Die xxvii^o aprelis.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei ||

presentibus|| et volentibus dominis Prioribus ||

|| in Consilio Centum|| virorum, die xxvj^o|| presentis mensis

||aprelis||.

Presentibus testibus domino Zaverigio milite dicti domini Capitanei ||

||.

Bandinus de Falchoneriis surexit et arengando consuluit secundum propositiones.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, ||primo ad sedendum et levandum et postmodum|| ad pissides et balloctas, placuit || || secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt || ||.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei ||et Capitudinum xi^o maiorum Artium proposita fuerunt|| predicta.

Item, quomodo et per quos eligi debeant || || officiales, videlicet sex nuntii Potestatis, sex nuntii d. Capitanei, quatuor nuntii ||Iudicis exactoris condemnationum et librarum||, duo nuntii Exactorum librarum detemptarum, tres nuntii Iudicis appellationum et Sindici, tres nuntii Castaldorum, decem et octo pensatores.

Chiarescia de le Bandelle consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti officiales eligantur per Consiliarios et Capitudines, per sextus.

Facto partito super predictis per d. Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Chiarescie.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e ai Consigli che seguono: "per B."

² Vedasi, per questo supplemento, il Registro III delle *Provisioni*, a c. 70.

³ Segue uno spazio bianco di tre righe.

* Die iovis primo maii *.

Die vj mensis maii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "d".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Catalanus capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus.

¹Primo videlicet, de xl v florenis auri et soldorum xxviiiij dandis et solvendis domino Bindo de Circulis.

Item, petitionem Leonis Poggi et Bracini Braccii.

²Item, petitionem domini Acceriti de Ubertinis.

Item, petitionem Arrighi Marchovaldi et sociorum, super facto grani.

³Item, petitionem Cerre albergatoris.

Item, Piczini et Bindi et Rossi de Certaldo, de emendatione unius equi.

Item, petitiones nuntiorum domini Potestatis et domini Capitanei et Iudicis appellationum.

Item, petitionem Naccii calzolarii, de solutione ei facienda in quantitate librarum trium florenorum parvorum.

Presentibus testibus ser Tancredi filio ser Cenni notario Priorum et Bectino Pieri nuntio domini Capitanei, et aliis.

Pierus Fey Bonrecati consuluit secundum propositiones predictas.

Salvinus Drittafedis consuluit, quod non est utile teneri Consilium super petitione Sex de blado, nec etiam super petitione domini Acceriti.

[c. 88¹] || || consuluit secundum || propositiones predictas.

||Factis partitis|| particulariter ||super predictis|| per dominum Capitaneum, ad pissides et balloctas, placuit lj, super petitione || secundum proposit||ionem predictam; nolentes fuerunt xxviiij.

||Item placuit|| ||super petitione || ||, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xiiij.^{em}

||Item, super aliis|| omnibus, placuit lxx|| ||secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt viiiij.^{em}

|| Die ||.

||In Con||silio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{em} maiorum Artium proposuit dominus Catalanus capitaneus omnia que firmata f||uerunt in C||onsilio Centum virorum.

Presentibus testibus * Bectino Pieri *⁴ nuntio domini Capitanei et Chiarucio Cambii ||nuntio Priorum, et|| aliis.

Leone de Foraboschis consuluit, quod utile non est teneri Consilium super facto bannitorum. In aliis omnibus, consuluit secundum propositiones ||predictas||.

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones ||predictas||.

¹ Precedono, nel margine, le sigle "a. n. d."

² Precedono, sovrapposte tra rigo e rigo, le sigle "a. n."

³ Anche a questo e a tutti i successivi "Item" precedono le sigle "a. n."

⁴ * Braccino Braccii *.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlv, super facto ||bannitorum||, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xv.

Item, super aliis omnibus placuit lv secundum propositiones predictas; ||nolentes fuerunt|| v.

||Eodem|| die ||et testibus||.

¹||In Consilio generali et speciali|| domini Capitanei ||et|| Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposita fuerunt ||predicta per dominum Capitaneum||, presentibus Prioribus.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones ||predictas||.²

Cecchus de Castello consuluit, quod non est utile teneri Consilium super facto bannitorum. ||In aliis omnibus|| consuluit secundum propositiones predictas.

Spinellus Bartholi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit duabus partibus et ultra super facto bannitorum, et super aliis omnibus propositionibus.

Die xiiij maii.

³In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus de Arbitris eligendis qui debeant corrigere et facere statuta domini Potestatis; et quomodo eligi debeant.

Presentibus testibus Leone Poggii et Braccino Braccii preconibus⁴ domini Capitanei.

Ser Gianni Siminecti notarius consuluit, quod ad brevia debeant eligere Iudices et notarii in quo sextu esse debeant dictos Iudices et notarios. Item, quod Priores cum Consiliariis sui sextus eligant alios Arbitros.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti ser Gianni.

Die eodem.

⁵In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Catelanus capitaneus: Quid videtur dicto Consilio providere super facto capituli loquentis de fornacibus faciendis.

Item, quomodo eligantur duo Aprobatores in curia d. Capitanei.

Presentibus testibus d. Iohanne Cigognino et d. Niccolao d. Phylippi militibus Capitanei, et Leone Poggi preconem d. Capitanei.

Miglaccius pelliparius consuluit, quod capitulum loquens de fornacibus sit suspensum usque ad redditum exercitus. Item, quod tres per sextum, eligendi per Priores, faciant electionem.

Placuit de fornacibus, secundum dictum predicti Sapientis.

Item, quod unus per sextum eligant dictos Aprobatores.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Segue, a capoverso, "Facto partito ad sedendum", cancellato.

³ Di fronte, nel margine esterno: "per A."

⁴ Il testo ha "precones".

⁵ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

[c. 89^r.] Die xvj maii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "d".

¹ In Consilio Centum virorum proposita fuerunt omnia infrascripta per dominum Capitaneum, pre||sentibus Prioribus||.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis in salario Arbitrorum, ad ra||tionem
|| per diem.

² Item, si videtur dicto Consilio ||

||de expensis faciendis, usque in quantitatem ||librarum triginta|| florenorum parvorum in fortificatione|| portici seu veronis||³ domini Capitanei, et in aliis reparationibus faciendis in curia et abitatione domini Capitanei.

Item, petitionem Ristori, bannitoris mortuorum.

Item, petitionem Panci Bonag||uide et Baroni Amati||.⁴

Item, petitionem Sali Ventaoli.

Item, petitionem Cipolini marischalchi.

Item, petitionem Gani Forensis, de solutione ei⁵ facienda in quantitate librarum x florenorum parvorum.

Item, petitionem dominorum Iohannis de Machiavellis et Gherardi de Vicedominis.

Item, petitionem nuntiorum || ||.

Item, petitionem Inquisitoris heretice pravitatis.

Item, de solutione facienda Tingho Iacobini populi Sancte Felicitatis et Cino Rinaldi populi Sancti Iacobi et Clarucio filio Cambii populi Sancti Proculi, pro uno mense et septem diebus, inceptis in kallendis iullii proxime preteriti.

Presentibus testibus domino *Iohanne Cigognino milite*⁶ dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Salvinus Drictafedis consuluit secundum propositiones: salvo de salario Arbitrorum.

Banchus domini Cerreterii consuluit, quod predicta omnia differrantur usque ad redditum exercitus.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit xxvj, de salario Arbitrorum, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xlviiiij.⁷

⁸ Item placuit lvj, de xxx libris expendendis in reparatione veronis domini Capitanei, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xviiiij.

Item placuit lij, super petitione nuntiorum dominorum Priorum et trium nuntiorum domini Capitanei, et de decem libris dandis Ghano Foresi; secundum propositiones predictas: nolentes fuerunt xxiiij.

Item, super petitione Inquisitoris heretice pravitatis, placuit xlvij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxviiij.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per A."

² Di fronte, nel margine interno, sono le sigle "a. n. d."

³ Ved., per questo supplemento, il secondo dei partiti qui sotto, e il Consiglio generale del Comune del 26 maggio, nel Registro III delle *Provisioni*, a c. 60.

⁴ Per questo supplemento ved. addietro, a pag. 160.

⁵ Il testo ha "eis".

⁶ * Guilliemo iudice *.

⁷ Di fronte, nel margine interno è scritto "Non obtinuit".

⁸ Innanzi a questo "Item" ec., il notaro scrisse, e poi cancellò, "Item placuitsuper aliis omnibus, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt"†

Item, super petitione Cipollini marischalchi, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxj.

Item, super petitiones Aprobatorum domini Capitanei et dictorum duorum Iudicum, placuit xxj secundum propositiones; nolentes fuerunt liij.¹

Item, super petitione Ristori, placuit xiiij^{sim} secundum propositionem; nolentes fuerunt lxj.²

Die xviiij^o maii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus.

³Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum de presenti mense maii.

Item, de securitate danda nobilibus viris Alberto, Neroni et Spinello, comitibus de Mangone et eorum fidelibus, venturis in exercitum in proximo faciendum pro Comuni Florentie, toto tempore quo dictus exercitus durabit, et ante motum dicti exercitus per decem dies, et post separationem dicti exercitus per decem dies; non obstante, aliquo banno vel condempnatione.⁴

Item, super bailia danda Prioribus Artium quod possint securare illos exbannitos et condempnatos guelfos quos viderint convenire in dicto exercitu, et ante exercitum per tres dies, et post⁵ separationem exercitus per alios tres dies: dummodo ipsi exbanniti, primo per procuratores satsident de l libris, in curia domini Potestatis, [c. 89^o] ||de|| serviendo et stando in dicto exercitu, a die satsidationis in antea, quousque dictus exercitus durabit. ||Dummo||do predicta non prosint nec benefitium prestant aliquibus exbannitis et condempnatis pro asa||sinatu seu ro||baria stratarum et falsitate monete, vel aliquibus pronuntiatis fugitivis vel cessantibus.

||Presentibus testibus d.|| Iohanne Cighognino milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

||Salvinus|| Drictafedis consuluit secundum propositiones: salvo de xxv^o libris.

||Factis|| partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit lx^a de securitate danda dictis Comitibus et eorum fidelibus; et etiam super bailia danda Prioribus de aliis exbannitis securandis, secundum propositiones: nolentes fuerunt x^{cem}.

Item, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum, placuit xxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxviiij.

Eodem die et testibus.

||In|| Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xiij^{sim} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ea que hodie firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Item proposuit omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xvj^o presentis mensis maii.

¹ Di fronte, nel margine interno: "Non obtinuit".

² Di fronte, c. s.: "Non obtinuit".

³ Di fronte, c. s.: "Non obtinuit".

⁴ Di fronte a questo paragrafo, nel margine esterno, scrisse il notaro: "Alibi scriptum est per aliam formam".

⁵ Il testo, per error di penna, ha "per" invece di *post*.

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas: salvo de securitate danda dictis Comitibus de Mangone; et etiam de securitate danda aliis exbannitis.

Dominus Teghia de Ciprianis consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Rimbaldinus notarius consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvj super dictis petitionibus, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj.

Eodem die et testibus.

¹In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{clm} maiorum Artium proposita fuerunt predicta: exceptis negotium dictorum Comitum et eorum fidelibus² et etiam de aliis exbannitis.

Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Bindi.

Die xxij^o mensis maii. Alibi notatum est in quaterno Camere et bambacino, signatis per "E" et per "d".³

⁴In Consilio Centum virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio utile fore pro Comuni predicto teneri Consilia opportuna super securitate concedenda comitibus Alberto et Neroni et Spinello de Manghona, si contingerit eos venire et servire Comuni Florentie in exercitum quem Comune Florentie intendit in proximo facere.⁵ Hoc tamen salvo, quod hec solum locum habeant in illo vel illis ex dictis Comitibus qui venerint et servierint⁶ dicto Comuni in exercitu antedicto: non obstante aliqua condempnatione vel banno hactenus facto de eis.

Item, per quantum tempus ipsa securitas durare debeat.

Item, quod eadem securitas detur fidelibus dictorum Comitum,⁷ non obstante aliquo banno vel condempnatione, illis videlicet qui venerint et servierint in dicto exercitu; tantum quantum durabit idem exercitus, et ante per * xv^{clm} *⁸ dies, et post redditum exercitus per alios * xv^{clm} *⁹ dies.

Item, quod¹⁰ baylia detur Prioribus Artium presentibus, quod possint eandem securitatem concedere illis exbannitis et condempnatis civitatis vel districtus Florentie, guelfis solummodo, toto tempore exercitus, et ante et post per v̄ dies; [c. 90^r.] illis videlicet qui venerint in dictum exercitum et dicto Comuni servierint in dicto exercitu: secundum quod eisdem videbitur. Salvo quod non possint¹¹ providere de securitate danda aliquibus exbannitis vel condempnatis civitatis ||vel comitatus Florentie

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per A."

² Così il testo.

³ "et bambacino" ec. fu aggiunto dopo dal notaro, che dimenticò poi di correggere "quaterno" in *quaternis*.

⁴ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

⁵ Si omette "Et si contingerit aliquem eorum venire, ille talis ex dictis Comitibus", cancellato.

⁶ Il testo: "servierit".

⁷ Si omette un "quod" scritto, inavvertentemente, di più e non cancellato.

⁸ * decem *.

⁹ * decem *.

¹⁰ Qui avea ricominciato a scrivere la proposta precedente ("eadem securitas conced"); e cancellò.

¹¹ Avanti avea scritto "quod hoc non prosit"; e cancellò il "prosit" ma non l' "hoc".

seu|| exbannitis vel condempnatis pro assassinatu, robaria strate, pro falsa moneta, seu qui erunt pro||nuntiati fugitivi et|| cessantes cum pecunia aliena.

¹Item, de solutione facienda Francisco de Reate conistabili xxiii^{off} equitum, non computata per||sona sua in|| dicto numero, pro xvij diebus inceptis die tertio mensis aprilis, pro se ipso et dictis equitibus; ad rationem ||xv florenorum auri||² pro ipso conistabili, paga dupla, banderia et trumbeta, et vj florenorum auri pro quolibet dictorum equitum, ||et novem|| florenorum auri pro tribus ronczinis; per mensem et ad rationem mensis: in summa c florenorum auri, soldorum xxx et denariorum iij florenorum parvorum.

Item, petitionem Sex de blado, qui fuerunt pro mensibus iunii et iulii proxime preteritorum.³

⁴Item, petitionem ser Guidonis Iacobi et ser Orlandi Iohannis, de solutione eis facienda, ad rationem soldorum quinquaginta pro quolibet eorum, occasione in petitione contenta.

⁵Item, quod Aprobatores⁶ domini Capitanei presentis, eligendi toto tempore sui regiminis, habeant pro suo salario soldos xl florenorum parvorum pro quolibet eorum, per ||mensem||.

Presentibus testibus domino Iohanne Cigognino milite dicti d. Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et ||aliis||.

Tinghus domini Marsopini consuluit secundum propositiones predictas; et quod terminus dicte fidantie dictorum Comitum duret tantum quantum durabit guerra quam Comune Florentie habet cum Comune Pisano.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit liiij super dicta securitate danda dictorum Comitum, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxiij.

Item, de securitate danda fidelibus predictorum Comitum et aliorum exbannitorum, placuit lxx^{um} secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj.

Item, de solutione facienda Francischo de Reate, placuit lxiiij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xiiij.

Item, super⁷ solutione facienda Aprobatoribus d. Capitanei presentis, placuit lvij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xviiiij.

Item, de solutione facienda dictis medicis, placuit lvj secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xx.

Item, de solutione facienda dictorum Sex de blado, placuit xxvij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xlviiiij.⁸

Die xxiiij maii.

⁹In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit

¹ Precedono, nel margine interno, le sigle "a. n. d."

² Si supplisce, qui e due versi sotto, col Registro III delle *Provisioni*, a c. 60^l.

³ Di fronte, nel margine interno: "Non obtinuit".

⁴ Anche qui precedono, sovrapposte tra rigo e rigo, le sigle "a. n. d."

⁵ Di fronte, nel margine interno: "a. n. p. (forse *per*) E."; cioè nel quaderno segnato per detta lettera.

⁶ Il testo ha "Aprobatoribus", e appresso "eligend"; e si corregge e s'interpreta *aprobatores* e *eligendi*, per cagione dell' "habeant" che segue.

⁷ Qui il notaro scrisse, e poi cancellò, "aliis omnibus placuit".

⁸ Di fronte, nel margine interno: "Non obtinuit".

⁹ Di fronte, c. s.: "per B."

dominus Capitaneus omnia que heri proposita et firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: excepto de salario *Sex de blado*.¹

Presentibus testibus domino Iohanne Cigognino milite dicti domini Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

Dominus Donatus Alberti iudex consuluit secundum propositiones: salvo de securitate danda exbannitis civitatis et comitatus Florentie.

Ser Benincasa Strufaldi notarius consuluit secundum propositionem: salvo quod exbanniti civitatis et comitatus Florentie non intrent in civitate vel comitatu Florentie.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlj, de securitate danda dictorum Comitum et eorum fidelibus, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xvij.

Item placuit xxxiiij, de securitate danda exbannitis civitatis et comitatus Florentie, secundum propositionem; nolentes fuerunt xxiiij. Salvo quod non possint venire in civitatem.

[c. 90⁴] Item, super aliis omnibus, placuit liij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

¶In Consilio¶ generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta ¶per dominum¶ Capitaneum, presentibus Prioribus.

Item, quomodo eligi debeant duo Aprobatores in curia d. Capitanei.

¶Ser Roge¶rius Hugonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones: salvo de securitate danda exbannitis civitatis et comitatus Florentie.

¶Factis¶ partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit maiori parti dictorum Consiliariorum secundum propositionem, de securitate danda exbannitis civitatis et comitatus Florentie.

Item, super aliis omnibus, placuit duabus partibus dictorum Consiliariorum, secundum propositiones predictas.

Die xxvij^o mensis maii.

²¶In¶ Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus, de hiis que fieri debeant per Capitaneum et offitium Priorum, de presenti mense maii, prorogandis in futurum mensem iunii.

Presentibus testibus domino Iohanne Cigognino milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi precone Comunis, et aliis.

Ser Machone notarius surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas. Facto partito ad pissides et balloctas per dominum Capitaneum super predictis, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

¹ * Aprobatorum *.

² Di fronte, nel margine esterno: "per || ||".

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Ghinus Davanczi consuluit secundum propositionem predictam.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit omnibus, numero lvij, secundum propositionem.

Eodem die et testibus.

¹In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant Sex de blado et eorum sex nuntii; item, duo Exactores librarum detemptarum et duo notarii cum eis.

Michael Ricialbani consuluit secundum propositionem. Item, quod dominus Capitaneus et domini Priores eligant duos per sextum, qui eligant dictos officiales.

Facto partito ad sedendum et levandum per dominum Capitaneum super predictis, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas et dictum predicti Sapientis.

Die ultimo mensis maii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per “d.”.

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta.

Primo videlicet, de quinquaginta florenis auri in una parte et vigintiquinque libris bononiensibus, expendendis et solvendis ser Niccolao * Guidonis cartolarii et ser Iohanino Bernardi *;³ derobatis, ut dicitur, in districtu Montis Tignosi comitatus Florentie.

Item, super petitione Massariorum Camere.

Presentibus testibus d. Iohanne Cigognino milite dicti d. Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Neri Corsini consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas per dominum Capitaneum, placuit lij secundum propositiones; nolentes fuerunt xvij.

[c. 91.] Die vj mensis iunii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per “d.”. Signati per “N” ex parte posteriori non interfuerunt Consilio.

⁴In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt ea que ||firmata fuerunt|| in Consilio Centum virorum, die ultimo mensis maii. Presentibus testibus domino Iohanne Cigognino milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius ||precone, et aliis||.

¹ Di fronte, nel margine esterno: “per A.”.

² Di fronte, nel margine esterno: “per B.”; e le sigle “a. n. d.”.

³ * et ser Giovannino *.

⁴ Nel margine interno, di fronte a questo e a' due successivi Consigli: “per B.”.

Ghinus Davanczi consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Dinus Compangni consuluit idem: salvo quod Comune et homines de Monte Tigno^{so} debeant restituere dictam quantitatem Comuni Florentie, si appareret Comune et homines de Monte Tignoso ||per formam iuris||,² teneri ad restitutionem dicte rubarie, vel per formam statuti.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Dominus Bardus Angiollerii iudex consuluit secundum propositiones, absque salvo predicto.

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit secundum propositiones.

Facto partito ad sedendum et levandum super predictis, placuit quasi omnibus secundum dicti domini Palmerii.

Die x^o mensis iunii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus.

Primo videlicet, si videtur dicto Consilio utile fore pro Comuni predicto teneri Consilia opportuna super ordinando quod Priores Artium, presentes et futuri, possint eis que liceat, de presenti mense iunii, ponere et substituere Consiliarios in Consilio Potestatis, loco absentium, sicut eisdem Prioribus licitum est de mense iunii, secundum formam statuti; et quod illi qui ponentur et substituentur voces habeant in ipso Consilio sicut essent Consiliarii eiusdem Consilii.

Item, super ordinando et firmando quod in Consilio Centum virorum Priores presentes et futuri, de presenti mense iunii, usque in quantitatem triginta, ac etiam de mensibus iulii, augusti et septembris proxime venturorum, possint ponere et adere, usque in quantitatem vigintiquinque Consiliariorum, qui sint boni et sufficientes; et vocem habeant in ipso Consilio tanquam essent Consiliarii eiusdem Consilii.

Item, super ordinando quod undecim libre, de pecunia Comunis, solvantur ser Lapo Bonamichi, pro exemplatura miniatura rubricatura et ligatura unius novi Statuti domini Capitanei.

³ Item, super emendatione equi Gherardini filii Niccolai de masnada Guillielmi Catalani, in quantitate triginta florenorum auri.

Item, super petitione domini Tebaldi archipresbiteri, et magistri Gualterii de Ponturmo canonici florentini et domini Lamberti de Abatibus.

Item, petitionem Cantis de Cavalcantibus et peditum suorum.

¹ Avanti a questo nome il notaro avea scritto, e cancellò, "Factis partitis".

² Viene questo supplemento dal testo corrispondente a questo Consiglio nel più volte citato Registro III delle *Provisioni*, a c. 61.

³ Precedono, nel margine interno le sigle "a. n. d.".

Item, petitionem ser Raynerii Paganelli.

¹Item, petitiones Manecti Compangni et Binghi Benci Pigelli.

Item, petitionem Francisci Lombardi.

Presentibus testibus domino Iohanne Cigognino milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Ser Machone notarius consuluit, quod suspendatur usque ad reditum exercitus.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lij super predictis duabus propositionibus factis super adicione facienda in Consilio Potestatis et in Consilio Centum; nolentes fuerunt xviiiij.

[c. 91⁴] Item placuit xlvij super petitione domini Lamberti de Abatibus et propositione, et super petitione Binghi Pigelli, et ||super|| emendatione dicti equi, secundum propositiones; nolentes fuerunt xxiiiij.

||Item, super aliiis omnibus, placuit secundum propositiones; nolentes fuerunt xlviiiij.

Die xj^o mensis iunii. Signati per "O" ex parte posteriori non interfuerunt Consilio.²

||In Consilio|| speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus de aditione ||Consiliariorum|| in Consilio domini Potestatis et in Consilio Centum, secundum quod firmatum est per Consilium ||Centum v||irorum.

Item, petitionem domini Prepositi Florentini.

Item, petitionem Binghi Pigelli.

||It||em, emendationem equi Gherardini filii Nicolai de masnada Guillielmi Catalani.

Presentibus testibus domino Niccolao milite dicti domini Capitanei et Tuccio Ridolfi nuntio Priorum, et aliis.

Lapus Rinuccini consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvj, super omnibus propositionibus, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Migliaccius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum super predictis, per dominum Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Eodem die et testibus.

³In Consilio speciali d. Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quomodo electio Iudicis eligendi super viis et stratis, secundum formam statuti, fieri debeat: lecto dicto statuto.

¹ Precedono le sigle " a. n. d. ".

² Il testo ha " Signati per O non interfuerunt Consilio ex parte posteriori ".

³ Di fronte, nel margine esterno: " per B. ".

Ser Gianni Syminecti consuluit, quod dicta electio fiat per Capitaneum et Priores, seu¹ inveniendi viam quomodo eligi debeat, si eis videbitur dictam electionem fieri debere.
 D. Guidoctus de Canigianis consuluit, quod predicta electio fiat per² Priores vel alios sapientes viros quos ad hoc voluerint deputare vel|| ||: dummodo primo provideatur si electio dicti Iudicis est utilis pro Comuni; et non eligatur aliquis de Tuscia.
 Ser Benincasa Struffaldi consuluit, quod electio dicti Iudicis non fiat ad presens.
 Dinus Compangni consuluit secundum dictum domini Guidocti.
 Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Guidocti; et eligerunt ex nunc illum qui eligeretur per eos.

Die xiiij mensis iunii, Priores commiserunt d. Capitaneo et d. Boloniensi eius iudici electionem Iudicis stratarum et viarum; presentibus ambobus Militibus Capitanei.

Die xv^o mensis iunii.

³In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quomodo et per quos videtur et placet dicto presenti Consilio quod electio notarii et nuntiorum futurorum Priorum fieri debeat.
 Girolamus Salvi consuluit, quod novi Priores eligant unum vel duos per sextum qui faciant electionem notarii et nuntiorum.
 Ser Benincasa Strufaldi consuluit, quod eligantur sex notarii, unus⁴ per sextum; et postea fiat scriptinium⁵ de notariis; et qui plures voces habuerit sit notarius Priorum: et nuntii eligantur per sextum.
 [c. 92^r.] Dinus Pecora consuluit, quod electio notarii fiat ad scriptinium, notando quilibet de dicto Consilio in ipso scriptinio illum notarium quem voluerit.
 Dominus Teghia de Ciprianis iudex consuluit, quod Priores veteres nominent || ||, qui nominent tres notarios; et postea fiat scriptinium, et qui plures voces habuerit sit notarius||.
 Presentibus testibus domino Iohanne milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius preconem, et ||aliis||.
 Facto partito per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit maiori parti⁶ dictorum C||onsiliariorum secundum|| dictum dicti Girolami.

Die xvj mensis iunii. Signati per "A" non interfuerunt huic Consilio.

⁷In Consilio Centum virorum proposuit Capitaneus de bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus, cum Sapientibus et sine Sapientibus, secundum modum solitum, usque ad medium mensem augusti. Hoc addito, quod in exercitu, qui nunc est et fit pro Comuni Florentie, et occasione ipsius exercitus, Priores possint providere expensas necessarias, et etiam ordinamenta opportuna.

¹ Qui manca *detur eis bailia*, o altra proposizione equivalente.

² Qui omettiamo "Capitudines", cancellato.

³ Di fronte, nel margine esterno: "per A."

⁴ Il testo: "unum".

⁵ Il testo: "scriptino".

⁶ Il testo, per scorso di penna, ha "parte".

⁷ Nel margine interno, di fronte a questo e a' due Consigli successivi: "per B."

Presentibus testibus d. Niccolao milite Capitanei et Braccino Bracii precone, et aliis.
D. Bardus Angiolerii consuluit secundum propositionem predictam.
Placuit lxxj secundum propositionem, nolentes. fuerunt || ||ij

Eodem die et testibus. Signati per "A" ex parte posteriori non interfuerunt Consilio.

In Consilio speciali domini Capitanei et xij^{cim} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus, ea que hodie firmata fuerunt in Consilio Centum virorum. Ser Rogerius Hugonis Albiczi notarius consuluit secundum propositionem predictam. Factis partitis particulariter per dominum Capitaneum super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit omnibus, numero lvij, secundum propositionem.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per d. Capitaneum. Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositionem predictam. Ser Gianni de Siminectis notarius consuluit idem. Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Die xviiiij mensis iunii.

In Consilio [†]1

Dominus Oddo Altoviti iudex consuluit, quod Priores eligant xij^{cim} bonos viros, qui,² cum Prioribus vel sine Prioribus, inveniunt viam et modum dicte pecunie habende necessarie pro exercitu. Ser Arrighus Gratie notarius consuluit, quod tres vel plures per sextum boni³ viri eligantur per Priores ad predicta providenda. Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti ser Arrighi.

[c. 92⁴] Die xxvj^o mensis iunii.

⁴||In Consilio generali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium et aliorum Sapientum proposuit d. Iacobinus ||assessor d.|| Potestatis, presentibus Capitaneo et Prioribus: Si videtur eisdem de parlamento suspendendo toto tempore presentis Prioratus.

||Dominus Locthering||hus de Montespertoli, sapiens electus ad hoc, consuluit secundum propositionem.

||Placuit || secundum dictum predicti Sapientis.

¹ Spazio bianco di cinque righe.

² Il testo, invece di *qui*, ha "per quos", che appresso avrebbe voluto *inveniatur via et modus*.

³ Il testo: "buoni".

⁴ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

Die xxvij^o mensis iunii.

||In|| Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta.

Primo videlicet, de oblatione carceratorum facienda pro Comuni, die qua videbitur officio dominorum Priorum, usque in quantitatem vigintiquinque carceratorum, qui habeant pacem, et sint conditionis contente in statuto domini Capitanei loquente de oblatione carceratorum: hoc addito, quod in dicto numero possint offerri ex illis qui condempnati essent pro offensa Communis in quantitate sexaginta librarum et ab inde infra, non obstante quod pacem non habeant. Predicta autem non prosint aliquibus qui fuissent capti, seu in fortiam Communis representati, a medio mense iunii presentis citra. Nec aliquis possit offerri pro debito alicuius specialis persone, sine voluntate creditoris. Et quod condempnationes eorum possint cancellari.

Item, super eo quod ea¹ que dominus Capitaneus et sua familia et officium Priorum facere tenentur de presenti mense iunii, prorogentur in futurum mensem iulii.

Item, super petitione nuntiorum domini Potestatis et domini Capitanei, qui fuerunt pro mensibus maii et iunii.

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius preconone, et aliis.

Dominus Maffeus Tedaldi iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxj secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Die ultimo mensis iunii.

²In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum^{cim} xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, die xxvij^o mensis iunii.

Ser Gianni Siminecti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lviiiij secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Presentibus testibus domino Iohanne milite d. Capitanei et Braccino Braccii eius preconone, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum^{cim} xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant decem et octo pensatores farine, sex nuntii d. Potestatis, sex nuntii d. Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris condempnationum et librarum, duo nuntii Exactorum librarum detemptarum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici, tres nuntii Castaldorum.

¹ Il testo "hea"; ed è anche a notarsi che l'"h" è aggiunta dopo.

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B."

Miglaccius pelliarius consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti officiales eligantur per Consiliarios et Capitudines, per sextus.
Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Migliacci.

[c. 93 r.] Eodem die et testibus.

¹In dicto Consilio, dominus Capitaneus et domini Priores ordinaverunt terminum ad solvendum libram impositam ad rationem soldorum centum pro centonario, de mense ianuarii vel februarii ||usque ad || dies proxime venturos, ad penam dupli: item, libram impositam ad rationem ||soldorum || pro centonario, usque ad quindecim dies proxime venturos, ad penam dupli.

Eodem die.

Per dominos Priores et Consilium speciale d. Defensoris, electi fuerunt, in ecclesia Sancti Petri Scradii, infrascripti ||officiales||.

Fedduccius filius Rinuccii Petri populi sancti Pancratii, mensurator terrarum, per² illos sextus Porte Domus.

Lapus de la Bioia populi Sancti * Pancratii *,³ mensurator terrarum, per illos, sextus Sancti Petri Scradii.

Ser Andreas ser Filippi Sapiti populi Sancti Iacobi Ultrarni, notarius Magistrorum, electus per illos sextus Ultrarni.

Ser Benvenutus de Sexto populi Sancte Trinitatis, notarius Magistrorum, electus per illos sextus Burgi.

Magister Cursus populi Sancti Fridiani, magister de lignamine, electus per illos sextus Sancti Pancratii.

Bindus filius Rinuccii magister, populi Sancti Pancratii, magister de lapide, electus per illos de sextu Porte Sancti Petri.

Die xvij^o mensis iulii. Alibi notatum in quaterno Camere.

In Consilio Centum virorum proposuit d. Capitaneus infrascripta.

Primo videlicet, super ordinando quod per Comune Florentie fiat promissio et satisfactio apud Comune Ianue, ad petitionem et preces domini comitis Locti olim filii domini comitis Hugolini, in quantitate mille quingentarum librarum ianuensium, cum pena dupli, super pactis et conventionibus factis vel fiendis inter ipsum Comitem ex una parte et Comune Ianue ex altera, super quibusdam possessionibus et mendis, usque ad decem annos; cum promissione indemnitatis, recipienda a dicto Comite vel suo procuratore: et quod syndicus ad predicta facienda constituatur pro Comuni Florentie.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e a' due altri Consigli di questa pagina: " per B. "

² Qui è il segno d'un " con " cancellato, forse principio di *Consiliarios*.

³ * Michaelis Bertel||dill. *

- ¹Item, super petitione ser Filippi notarii de Mantua, habendi ² et tractandi tanquam horiginalem civem civitatis Florentie; secundum quod in ipsa petitione plenius continetur.
- ³Item, ⁴ petitionem Iacobi Bonamichi et sociorum, qui morantur super Pontem Veterem, in apotecis Communis.
- ⁵Item, petitionem Florentini lignaiuoli.
- Item, petitionem Compangni Riccardini et Tani Gianni massariorum ⁶ Camere Communis, pro quibusdam rebus emptis pro festivitate Beati Iohannis.
- Item, petitionem Compangni Riccardini et Tani Gianni massariorum Camere Communis, pro duobus armariis in Camera faciendis.
- Item, petitionem domini Orlandini de Catenaiia de masnada domini Micchaelis de Aritio.
- ⁷Item, petitionem Locteringhi Anselmini et ser Rustici Letami officialium Communis ad alibrandum non alibratos.
- ⁸ Item, petitionem ser Raynerii Paganelli notarii.
- Item, petitionem ⁹ sex Iudicum curriarum.
- ¹⁰ Item, petitionem Banchi filii Cianghi albergatoris.
- Item, petitionem Benintendi et sociorum suorum, nuntiorum Iudicis appellationum et Sindici.
- ¹¹ Item, petitionem Exactorum librarum detemptarum.
- Item, petitionem ser Lapi Bonamichi.
- ¹²Item, petitionem dicti ser Lapi Bonamichi, de solutione ei facienda in quantitate librarum xj.
- ¹³Item, petitionem berroariorum domini Capitanei.
- [c. 93⁴]¹⁴ Item, petitionem Francisci Lombardi.
- ¹⁵Item, super quodam stantiamento Cantis domini [Teg]l[ar]ii de Cavalcantibus et suorum peditum.
- [Presentibus] testibus domino Iohanne milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.
- [Banch]us domini Ceriterii consuluit secundum propositiones predictas.
- [Ser Mac]honus notarius consuluit, quod predictae propositiones differantur in crastinam ¹⁶ diem: excepta "propositio"ne facta super facto comitis Locti.

¹ Precede nel margine interno, in mezzo di due punti, la sigla " f. ".

² Il testo: " abendi ".

³ Precedono in margine le solite sigle " a. n. "

⁴ Qui e dopo tutti i successivi " Item ", eccetto il quintultimo, si ripete la sigla " f. ", ch'è innanzi all' " Item " precedente.

⁵ Precede a questo e agli altri " Item " di questa pagina, eccetto a quello che immediatamente segue e al quintultimo, una lineetta verticale. Precedono inoltre, a questo e ai tre " Item " successivi, le sigle " a. n. d. ".

⁶ Il testo ha, qui ed appresso, " massarii "; e si corregge col riscontro delle *Provisioni*, Reg. III, c. 61 t.

⁷ Precedono, in margine, le sigle " a. n. ".

⁸ Precedono a questo e al successivo " Item " le sigle " a. n. d. ".

⁹ Qui è il nome " Belluccius ", cancellato.

¹⁰ A questo e al successivo " Item " precedono le sole sigle " a. n. ".

¹¹ Precedono le sigle " a. n. d. ".

¹² Precedono le sigle " a. n. ".

¹³ Precedono le sigle " a. n. d. ".

¹⁴ Qui non si vede se e quali sigle precedano, nè se tra " Item " e " petitionem ", sia la sigla " f ", per esser macchiata e logora la carta.

¹⁵ Precedono le sigle " a. n. d. ".

¹⁶ Il testo, per error di penna, ha " castrinam ".

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxj ||su||per facto comitis Locti, nolentes fuerunt iiij.
Item, super aliis omnibus, placuit lv secundum propositiones; nolentes fuerunt xx."

Eodem die.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Gherardus de Vicedominis de numero dominorum Priorum: Si videtur dicto Consilio quod statuta loquentia de deveto domini Capitanei sint absoluta et correcta.¹

Presentibus testibus Leone Poggi et Braccino Braccii preconibus *domini Capitanei,² * et aliis.

Ser Burnectus Bonaccursi notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito per predictum dominum Gherardum ad pissides et balloctas super predictis, placuit lvj secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xvij.³

De xvij mensis iulii.

⁴In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cm} maiorum Artium proposita fuerunt ea que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Presentibus testibus d. Iohanne Cigognino milite domini Capitanei et Leone Poggi eius preconone, et aliis.

Ser Rinuccius de la Paniera notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lx super facto comitis Locti secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super aliis omnibus, placuit lxj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cm} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, presentibus Prioribus.

Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Bindi, facto partito ad sedendum et levandum secundum formam statutorum.

Eodem die.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cm} maiorum Artium proposuit dominus Gherardus de Vicedominis de numero Priorum ea que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, super absoluteione statutorum loquentium de electione domini Capitanei.

¹ Seguono due righe bianche.

² * Comunis *.

³ Questo Consiglio fu cancellato dal notaro con due linee verticali.

⁴ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai due successivi Consigli: " per B. ".

Presentibus testibus Leone Poggi preconne domini Capitanei et Homodeo Mercati nuntio domini Capitanei, et aliis.

Leone de Foraboschis consuluit secundum propositionem predictam.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit idem.

Factis partitis particulariter super predictis per predictum dominum Gherardum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.¹

[c. 94^{r.}] Eodem die et testibus.

² In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij maiorum Artium^{cin} proposita fuerunt predicta.

Lapus Rinuccini consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad sedendum et levandum per dominum Gherardum, placuit quasi omnibus secundum proposiitionem.

Die xxij^o mensis iulii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, de libra seu extimo in civitate et comitatu Florentie faciendo de novo, secundum modum a Consiliis ordinandum.

Item, super emendatione facienda pro Comuni Florentie civibus et comitatinis Florentie de equis, mulis, ronczinis et asinis, in exercitu facto, de mense iunii proxime preterito, contra Pisanos intrinsecos, mortuis seu perditis vel quomodocunque amissis, secundum modum a Consiliis ordinandum, non obstante quod non fuerint extimati pro Comuni; dummodo emendatio alicuius equi vel muli non excedat quantitatem septuaginta florenorum auri, et dummodo de equis extimatis mortuis in dicto exercitu nichil debeat provideri: et etiam super emendatione victualium que deferebantur in dicto exercitu, et que accepta fuerunt deferentibus per inimicos; et super absolute statutorum contradicentium.

Item, super emendatione facienda Vanni quondam Spedalieri, de duobus mulis.

Item, super emendatione facienda Veltro *Benciresci *³ de masnada comitis Manentis, de quodam equo, in quantitate viginti florenorum auri.

Item, super emendatione facienda Ghobino filio Galiardi de masnada Guilliemi Catalani, de quodam equo, in quantitate quinquaginta florenorum auri.

Item, super emendatione facienda Perocto Ugonis de Sancto Giorgio de masnada Guilliemi Catalani, de quodam equo, in quantitate vigintiquinque florenorum auri.

Item, de emendatione facienda Cinuccio filio Bernardi de Oterano⁴ de masnada Fumaiuoli domini Alberti de Bostolis, de quodam equo, in quantitate vigintiquinque florenorum auri.

Item, super emendatione facienda Vanni filio Fuccii de Pistorio de masnada domini Rogerii de Lilla, de quodam equo, in quantitate triginta duorum florenorum auri.

¹ Anche questo Consiglio e il successivo furono cancellati, con due linee verticali.

² Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: " per B. "

³ * Bencivenni *.

⁴ Nel corrispondente paragrafo di questo Consiglio, nel registro III delle *Provisioni*, a c. 89, è invece " de Oreczano ".

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Bonaccursus Vilanuczi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis, ad pissides et balloctas, placuit lxj secundum propositiones; nolentes fuerunt xvj.

Eodem die.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Gherardus de Vicedominis de numero dominorum Priorum, de absolute statutorum facientium devetum de aliqua persona vel terra; et quod officiales forenses non possint refirmari in aliquo officio etc.¹

Presentibus testibus Michaele Riccialbani et Leone Poggi precone d. Capitanei, et aliis.

Ser Burnectus Bonaccursi notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Filippus Orlandini consuluit, quod utile non est teneri Consilium de predictis.

Ceninus Tocti Manieri consuluit secundum dictum ser Burnecti.²

Facto partito super predictis per dictum dominum Gherardum ad pissides et balloctas, placuit xxxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxvij.

[c. 94^o] Die xxiii^o mensis iulii.

³||In Consilio speciali|| d. Defensoris et Capitudinum xi^oj maiorum Artium proposuit d. Capitaneus ea que * die ||xxij presentis mensis|| *⁴ proposita et firmata fuerunt in Consilio C virorum.

||Presentibus testibus Le|one Poggi precone d. Capitanei et Tingho Iacobini populi Sancte Felicitatis nuntio Priorum.

||D. Bar||dus Angiolerii consuluit secundum propositiones predictas.

D. Oddo consuluit idem.

Placuit xlviii^oj secundum propositionem predictam factam de facto extimi, nolentes fuerunt xi^oj.

Item, super aliis omnibus propositionibus, placuit lviii^oj; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xi^oj maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo et qua forma fieri debeat dictum extimum.

Item, quomodo et qua forma procedatur ad emendationem dictorum equorum, mulorum ronczinorum et asinorum, et rerum victualium; et per quos et quomodo recipiantur probationes super hoc.

Lapus Rinucini consuluit, quod Consilium fiat die sabbati super facto extimi.

Ser Rimbaldinus Hugolini consuluit, quod extimum de novo fiat, ut dictum est. Super modo, consuluit, quod Consules xi^oj maiorum Artium habeant Consilia earum Artium;

¹ Di fronte, nel margine interno, è scritto " Non obtinuit "; e tutto il Consiglio è cancellato.

² Il testo, per error di penna, ha " Burnenecti ".

³ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: " per B. ".

⁴ * heri *.

et etiam Priores provideant cum Sapientibus super hoc. Et etiam recipiant a quolibet viam dare volente super hoc, et postea omnia predicta reducantur in simili Consilio; et tunc, secundum quod placuerit Consilio, procedatur. Item, quod mendum fiat civibus et comitatibus de equis, mulis, ronczinis et asinis, et victualis; et quod modus inveniatur per Priores et duos iuris peritos et duos laycos per sextum: et valeat quicquid fecerint. In aliis consuluit secundum propositiones.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod extimum fiat: tamen, super modo inveniando, differatur, quousque¹ electio Capitanei facta fuerit. Item, quod emendatio equorum, mulorum et ronczinorum, asinorum et victualium, fiat; et quod sit in Prioribus modus ordinandi et taxandi² salarium Iud. et not.,³ et ordinandi terminum infra quem predicta compleantur.

Tieri Burbassi consuluit, quod supersedeatur de extimo faciendo; vel quod per Consules^{cim} xij maiorum Artium, cum suis Consiliis, provideatur de extimo faciendo vel non faciendo, et de modo extimi.

Cecchus⁴ de Castello consuluit, quod extimum fiat; et quod super hoc provideatur ut dictum est; et quod providenda ad presens Consilium reducantur: dummodo non fiat secundum modum alias observatum super duobus preteritis extimis factis.

D. Teghia de Ciprianis consuluit, quod sit in Prioribus et illis Sapientibus quos habere voluerint ad providendum super modo emendationis equorum. Item, quod extimum fiat: super modo, consuluit, quod Priores,⁵ cum Sapientibus quos habere voluerint, provideant in predictis; et recipiant consilia a Capitudinibus et a quibuscumque aliis: et postea ipsi Priores, cum illis Sapientibus quos habere voluerint, cernant illos modos quos crediderint meliores; et reducantur postea ad hoc Consilium.

[c. 95^r.] Iacobus Giambolarius consuluit, quod super modo extimi tenendo supersedeatur usque ad diem lune [sum]mo manne.

Ser Gianni Syminecti consuluit, quod super extimo faciendo differatur, quousque apertum fuerit novum.

* Leone de Foraboschis consuluit *.

D. Oddo Altoviti consuluit, quod extimum fiat: tamen, non duret ultra annum. Super modo, consuluit, quod Priores habeant iij per sextum, inter quos sint milites, indices, mercatores et popullares et artifices, ad providendum in predictis; et quod dicatur^{cim} xij Capitudinibus ut provideant super hoc, et in scriptis reducantur. Et banniat^{cim} etiam in Consilio et alibi, quod volentes dare in scriptis hoc faciant. Et postea provideatur et firmetur per Priores et Sapientes predictos, absque eo quod reducantur ad Consilium. Item, quod sex Sapientes habeantur super emendatione equorum; et firmetur quod officiales non exigant aliquid ab aliquo, sed eis provideatur de pecunia Comunis.

D. Boninsegna de Becchanugis consuluit, quod extimum duret duobus annis.

Placuit, in ipsius Consilii reformatione, * quasi * omnibus, quod emendatio equorum soldatorum, et duorum mulorum, fiat secundum propositionem.

Item, quod emendatio equorum, mulorum et ronczinorum et asinorum et victualium, fiat pro Comuni; et quod modus provideatur per Priores et illos Sapientes quos habere voluerint, et super salario officialium et super omnibus opportunis.

¹ Il testo, per error di penna: " quosque ".

² Il testo: " ord. et taxando ".

³ Si lascia com'è nel testo, nella incertezza tra il singolare e il plurale.

⁴ Innanzi a " Cecchus è un " Fra " cancellato. Forse voleva scrivere *Franciscus*.

⁵ Il testo: " Prioribus ".

Item, quod extimum fiat et fieri debeat ad presens; et quod *hoc* modo procedatur: videlicet, quod domini Priores Artium, una cum illis sapientibus viris quos ad hoc, semel et pluries, eligere voluerint et habere super modo extimi faciendi, cum omni provisione et maturitate provideant secundum quod viderint convenire. Et quod pro parte d. Capitanei et Priorum Artium precipiatur Capitudinibus ^{cin} xij maiorum Artium ut ipsi Capitudines, cum hominibus suarum Artium quos ad hoc habere voluerint, provideant super dicto modo extimi faciendi; et eorum provisiones in scriptis reducant Prioribus per publicum instrumentum. Et etiam dicatur in Consiliis, et per civitatem banniatum, quod quilibet volens modum dare super dicto extimo faciendo in scriptis reducat ipsum modum Prioribus Artium. Et demum omnia predicta, solemniter, semel et pluries, examinentur per Priores et Sapientes quos habere voluerint; et super hiis et de hiis provisionem faciant super modo dicti extimi faciendi; et postea predicta reducantur ad Consilium speciale et generale d. Defensoris et Capitudinum predictarum. Et tunc, secundum quod dicto Consilio placuerit, procedatur et firmum sit.

Die xxvii^o mensis iulii.

¹In Consilio speciali domini Defensoris proposuit dominus Nicholaus miles domini Capitanei: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis Comuni- bus et terris, silicet Comuni Montis Varchi, usque ad kallendas ianuarii proxime venturas, ad petitionem Ricchi² Bencii syndici dicti Comunis; item Comuni et hominibus Montisluchi de la Bernardinga, usque ad kallendas ianuarii proxime venturas; item Comuni et hominibus de Fighino, pro sex mensibus proxime venturis.

Item, quomodo eligantur duo Castaldi et unus notarius.

Presentibus testibus Leone Poggi preconone domini Capitanei et Tuccio Ridolfi nuntio dominorum Priorum, et aliis.

Ser Rimbaldinus Hugolini notarius consuluit, quod dicte Potestarie concedantur dictis terris ad scrupinium; nominando Consiliarii cuiuslibet sextus unum bonum et sufficientem. Castaldi vero eligantur per Consiliarios illius sextus in quo sorte venerint.

Girolamus consuluit, quod Potestates concedantur, et eligantur ad brevia.

Ser Gianni Siminecti consuluit secundum dictum dicti ser Rimbaldini.

Facto partito ad sedendum et levandum per predictum dominum Niccolaum, placuit maiori parti quod eligantur ad brevia.

[c. 95^o.] Eodem die.

Dominus Te^oghia^o de Bondelmontibus electus potestas Montis Varchi, per Bindum de la Badessa.

Dominus de^o la Tosa electus potestas Fighini, per Ruffollum de Ruffollis.

||Dominus de^o Vicedominis electus potestas Montisluchi de la Bernardinga, per Guidum || ||nis.

¹ Di fronte, nel margine interno: " per B. ".

² Il testo ha " Ricchum ".

- || [eri populi Sancte Trinitatis electus castaldus, per Consiliarios sextus Porte Domus.
- || || Bonaiuti populi Sancti Stephani ad Pontem electus notarius Castaldorum, per Consiliarios sextus Sancti Petri Scradii.
- || Donus filius Doni Rocchi populi Sancti Petri Cellorum electus castaldus, per Consiliarios sextus Porte Sancti Petri.

Die xxviii^o mensis iulii. In domo Gani Foresii et consortum.

- ¹ In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{ei^m} xij maiorum Artium proposuit d. Gerardus de Vicedominis de numero Priorum, in presentia et voluntate sociorum suorum: Quomodo electio novi Capitanei fieri debeat; lectis statutis. Presentibus Iacobino Alfanni et Cambino de Falchoneriis.
- Ser Arrighus Gratie consuluit²
- Magister Merlinus consuluit, quod Priores cum Consiliariis et Capitudinibus eligant³ tres bonos viros per sextum; qui cum Prioribus electionem Capitanei faciant.
- Nerus Cambii consuluit, quod per quemlibet Priorem et Consiliarios et Capitudines cuiuslibet sextus eligantur ^{or} iij per sextum; et postea ex eis fiat scrupitium: et illi qui plures voces habuerint sint Capitanei, scilicet primus pro primo et sic de aliis.
- Ser Gianni Syminecti consuluit idem, salvo quod solum sint duo per sextum nominati.
- D. Guidoctus de Canigianis consuluit, quod unus per sextum detur solummodo per modum predictum.
- Iacobus Giambolarius consuluit secundum dictum ser Gianni.
- D. Bardus de Amiratis consuluit secundum dictum d. Guidocti.
- Dinus Peccora consuluit secundum dictum ser Gianni.
- Placuit quasi omnibus secundum dictum ser Gianni predicti.

Die penultimo mensis iulii.

- In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{ei^m} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quomodo et per quos eligantur Sex de blado et duo Aprobatores in curia d. Capitanei et duo Exactores librarum detentarum et duo eorum notarii et vj nuntii Sex de blado.
- Presentibus testibus d. Niccolao milite Capitanei et Braccino Braccii preconibus.
- Leone *de* Foraboschis consuluit, quod Exactores librarum detentarum et eorum notarii, qui fuerunt pro preteritis duobus mensibus, sint pro futuris mensibus: alii eligantur per presens Consilium per sextum.
- Ser Rimbaldinus Hugolini consuluit, quod Priores eligant duos per sextum; per quos eligantur omnes predicti officiales.
- [c. 97^r] D. Bardus Angiolerii consuluit, quod officiales eligantur per sextus, per Consiliarios huius Consilii.
- Placuit duabus partibus et ultra, quod electio fiat per presens Consilium, per sextus.

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: " per B. ".

² Seguono due righe bianche.

³ Si omette qui " per sextum ", ripetuto appresso, dov'è più al suo luogo.

Item, in eodem Consilio constituti fuerunt syndici ad vendendum bona Arloctorum, secundum quod notatum est ||.

Die ultimo iulii. Signati per “ d ” non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio C virorum proposuit Capitaneus: Si videtur Consilio quod obmissa de presenti mense possint fieri de futuro mense augusti,¹ per Capitaneum et Priores. Presentibus testibus d. Niccolao milite Capitanei et Leone Poggi precone, et aliis. Ser Arrighus Gratie consuluit secundum propositionem predictam. Placuit lxviiiij secundum propositionem, nolentes fuerunt duo.

Eodem die et testibus. Signati per “ e ” non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta. Iacobus Giambolarius consuluit secundum propositionem predictam. Placuit omnibus, numero liiij^{or}, secundum propositionem.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta. Guilielmus Gonne consuluit secundum propositionem predictam. Placuit omnibus secundum propositionem.

Eodem die.

Electus fuit ad scriptinium potestas Montisvarchi, per Priorem et Consiliarios Consilii Sancti Petri Scradii, secundum reformationem dicti Consilii, d. Marignanus de Bondelmontibus.

Die v̄ mensis augusti.

Dicta die, facta fuit electio Iudicis electi super viis et stratis. Item, facta fuerunt ordinamenta super emendatione equorum, ronzinorum, mulorum et asinorum, et rerum victualium, amissorum seu perditorum in exercitu facto contra Pisanos intrinsecos, de mense iunii proxime preteriti.

[c. 96]² Millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta, die quinto mensis augusti.

D. Catallanus de Malavoltis de Bononia defensor et capitaneus civitatis Florentie et d. Bolinxius de Fellicianis iudex dicti domini Capitanei concorditer, auctoritate et bailia eisdem concessa a Consilio speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij maio-

¹ Il testo, per error di penna, ha “ iulii ”.

² Scritta d'altra mano.

rum Artium, et a dominis Prioribus Artium tunc in Prioratus officio recedentibus,¹ elligerunt in iudicem et officialem Comunis Florentie, pro termino unius anni, indi-
ciendi die qua infrascriptus Iudex suum prestabit iuramentum, a salario² et cum
conditionibus in statutis contentis, dominum Giambonum de Spirano de Pergamo pro
primo, et dominum Lanzallottum de Marmentino de Brixia pro secundo, et dominum
Francischum de Vedano de Mediolano pro tertio, presentibus volentibus et conscen-
tientibus domino Gerardo de Vicedominis, ser Rainerio Vinzi, Betto del Bieccho et
Uliverio de Circlis, prioribus Artium civitatis Florentie, ad vias et stratas; secundum
formam statuti d. Defensoris de hoc loquentis.

Acta fuerunt hec in domo sive Pallatio in quo habitat ipse d. Capitaneus pro Comuni
Florentie. Presentibus domino Guilielmo de Altemannis de Parma iudice et assessore
dicti d. Capitanei, domino Andrea de Azonibus de Parma iudice ipsius d. Capitanei
et Floriano notario dicti d. Capitanei filio Guidonis spetiarii de Imola.

[c. 97^r.] Die vj^o mensis augusti. Signati per "f" non interfuerunt dicto Consilio.

Presentibus testibus d. Iohanne Cigoguino milite Capitanei et Leone Poggi preconie, et
aliis.

³In Consilio Centum virorum proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio utile fore pro
Comuni predicto teneri Consilia super solutione facienda d. Gentili de filiis Ursi ca-
pitaneo talie, recipienti pro d. Octaviano sub capitaneo militum dicte tallie, et pro
centum vigintiocto militibus et equitibus, de summa ducentorum equitum, inter quos
sunt xj milites de corredo, ad rationem viij florenorum auri pro quolibet die, et ad
rationem xx florenorum auri pro quolibet ditorum militum de corredo, et ad ratio-
nem xij florenorum auri pro quolibet aliorum * equitum *,⁴ per mensem; pro duo-
bus mensibus initiatis in kallendis mensis augusti proxime preteritis; detenta certa
quantitate de integra summa, pro quibusdam defectibus, et pro certa quantitate pæ-
cunie que penes eundem d. Gentilem capitaneum remansit de solutione sibi facta
Rome; in summa, inter omnes, iij^m cl. florenorum auri et soldorum viginti florenorum
parvorum: dummodo idem d. Gentilis pro predicta quantitate se integre solutum
vocet de toto dicto salario ditorum duorum mensium pro predictis militibus.

[c. 97^v.] Item, super solutione facienda Astoni Iohannis de Spoleto consistabili, pro se
et xxj militibus seu equitibus stipendiariis || Comunis Florentie, pro duobus ||⁵ men-
sibus initiatis in kallendis augusti; ad rationem xxv florenorum auri pro sua persona,
et decem florenorum auri,⁶ pro quolibet ditorum militum seu equitum, per mensem.

|| Item ||, de || novem ||⁷ libris, soldis xiiij^o et denariis iiiij^o, solvendis Bingho Benczi Pigelli,
de summa librarum xxv florenorum parvorum, || pro ipsis expend || endis in reparatio-
ne Burelle; et eos possit solvere absque alterius Consilii solempnitate.

Item, super solutione lxvij librarum florenorum parvorum, solvendarum⁸ Manecto Com-

¹ Così il testo, credo per *resedentibus*.

² Così il testo.

³ Precedono, nel margine, le sigle "a. n."

⁴ * militum *.

⁵ Si supplisce col Registro III delle *Provvizioni*, a c. 97^t.

⁶ Qui pare rimanga in tronco, e si completa col testo delle *Provvizioni*, loc. cit.

⁷ Si supplisce col testo c. s., a c. 96^t.

⁸ Il testo: "solvendis".

pagni et Bingho Benczi Pigelli, pro ipsis expendendis in reparatione Pallatii Communis Florentie.

¹ Item, de emendatione equi Spinelli de Manghone, in quantitate xl florenorum auri; non obstante quod equus non fuerit extimatus [pro Comuni]. ²

Item, de emendatione equi Landi de Capoleone, de masnada comitis de Sartiano, in quantitate xx florenorum auri.

Item, de emendatione equi Octinelli Gratiani stipendiarii, de masnada d. Gentilis, in quantitate xx florenorum auri.

Ser Arrighus Gratie consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Macchone notarius consuluit, quod predicta differantur.

Placuit lxij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xij.^{cin}

Die vj^o mensis augusti. Signati per “f” non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum xij^{cin} maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta omnia que heri firmata fuerunt in Consilio C virorum; excepto de expensis librarum viij et soldorum xiiij^{cin} et denariorum iij^{or}, factis pro Burella.

Presentibus testibus domino Iohanne milite Capitanei * et Ciali Aldobrandini nuntio Capitanei *.³

Dinus filius Gianni consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit l^a secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt vj^o.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris, speciali et Capitulum xij^{cin} maiorum Artium, proposuit d. Capitaneus predicta.

Item constitutus fuit syndicus Leone Poggi ad presentandum electionem d. Giambono iudici viarum etc.

Item constitutus fuit syndicus Bartholus filius Rustichi populi Sancti Fridiani ad vendendum bona Benuccii filii Cini de Gavignano mercatoris in arte merzarie, fugitivi et cessantis.

Ser Bindus Vernatii consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item, in eodem Consilio iuravit ser Gerardus d. Arienti Falecaze de Bononia, notarius d. Capitanei; computato sibi iuramento per me B. notarium.

* Item Christianus *

Falchus Rustichelli, sex de blado, sextus Burgi.

Presentibus testibus d. Iohanne Cigognino milite dicti d. Capitanei et Ciali Aldobrandini nuntio Capitanei, et aliis. Et ego B. etc.

Die vij^o mensis augusti.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum iuraverunt d. Giambonus

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e a' due successivi paragrafi, sono le sigle “a. n.”.

² Supplito c. s., a c. 97^a.

³ * et Leone Poggi precone Capitanei *.

iudex viarum et duo sui notarii; computato eis iuramento per me B. notarium: presente Capitaneo et presentibus duobus ex Prioribus; et presentibus testibus Iohanne Cigognino milite Capitanei et Beluccio barberio, et aliis.

[c. 98^r.] Die viij^o augusti. Signati per "g" non interfuerunt huic Consilio.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus, omnia infrascripta.

Primo videlicet, super solutione facienda Noczo filio Cassini Micchaelis, in quantitate librarum quinquaginta florenorum parvorum¹, pro quodam exbannito *presentato*² in fortiam Communis.

* Item, super petitione nuntiorum domini Potestatis et domini Capitanei, pro mensibus iulii et augusti. *

Item, super petitione Manecti Compangni, Binghi Benci Pigelli et ser Albiczi Bonafedis, super eorum salario mensium iunii et iulii.

Item, super petitione Sali Ventagoli, pro mensibus martii et aprilis proxime preteritis.

Item, super petitione Neri Rube beccharii, in quantitate librarum novem florenorum parvorum.

Item, super petitione Fini pictoris filii Tedaldi, in quantitate librarum duodecim florenorum parvorum.

* Item, super petitione magistri Fulchi, in quantitate librarum sexaginta et soldorum quindecim florenorum parvorum *.

* Item, super petitione domini Batis de Manellis *.

Item, super petitione Iudicum curriarum.

Item, super petitione Rodulfi Deoteguardi et Manecti Mercati superstitem Paleacze, pro se ipsis et eorum custodibus.

Presentibus testibus d. Iohanne milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Pierus filius Fey Bonrecati consuluit secundum propositiones; salvo de solutione facienda Iudicibus curriarum.

Niti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit xxxviij super petitione Iudicum curriarum, secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxj.

Item, super aliis omnibus, placuit lvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xij.

Die xj^o mensis augusti. Signati per "j" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio C virorum proposuit d. * Gerardus de Vicedomiuis de numero Priorum *,³ presentibus Prioribus, omnia infrascripta.

Primo videlicet, provisionem factam per Priores super facto condemnationis facte per d. Scellum tunc Potestatem, in exercitu et occasione exercitus.

¹ Supplito col Reg. cit. delle *Provvioni*, a c. 100.

² Aggiunto con l'aiuto del testo c. s.

³ * Capitaneus *.

Item, solutionem ^{or}iiiij militum d. Gentilis, pro duobus mensibus initiatis in kallendis augusti proxime preteritis.

Item, emendationem equi Donati d. Guelfi d. Donati de Aretio, de masnada Fumaiuoli d. Alberti de Bostolis, in quantitate xvij florenorum auri.

Item, solutionem nuntiorum d. Potestatis et Capitanei, pro mensibus iulii et augusti, ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum.

Presentibus testibus *d. Iohanne Cigognino milite Capitanei et *¹ Leone Poggi *precone d. Capitanei *² et Ciali Aldobrandini nuntio Capitanei.

Ser Arrighus Gratie consuluit, quod predicta diferantur toto tempore presentium Priorum, et usque ad vij dies introitus officii aliorum Priorum.

D. Lopus Salterelli consuluit secundum propositiones. Hoc addito, quod si videbitur Prioribus de minori termino ordinando ad predicta, fiat secundum quod videbitur Prioribus. Item, quod omnes habentes stantiam a Prioribus de non eundo ad exercitum non graventur, occasione condempnationis facte, eo quod non ivit in exercitum predictum.

D. Albicus Corbinelli consuluit secundum dictum primi Sapientis. Et si contingerit procedi ad partitum fiendum, fiat quod predicta cognoscantur per Capitaneum et Iudices suos.

Placuit. secundum propositionem condempnationis, nolentes aliud fuerunt[†]

Item, super aliis propositionibus, placuit lxxij, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt x.

[c. 98^t] Die xij mensis augusti. Signati per “ h ” non interfuerunt dicto Consilio.

||In Consilio speciali|| d. Defensoris et Capitudinum ^{oim}xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus ea que deliberata fue||runt in Consilio|| C virorum die vij mensis augusti; et etiam ea que deliberata fuerunt in Consilio C virorum die ||xj mensis|| augusti.

||Presentibus testibus d.|| Iohanne milite Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis. Dinus filius Gianni consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit xlviij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt ^{em}viiiij; factis partitis ad sedendum et levandum et *ad* pissides et balloctas.

Eodem die et testibus

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum proposuit d. Capitaneus predicta omnia.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die || ||.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{oim}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio notarii et nuntiorum futurorum Priorum fieri debeat.

¹ Includiamo nella espunzione anche l’“ et ” dimenticato di cancellare.

² * eius precone *.

Presentibus testibus domino Iohaune milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Dominus Oddo Altoviti iudex consuluit, quod Consilarii et Capitudines cuiuslibet sextus eligant unum nuntium, qui sit nuntius futurorum Priorum; et nominent unum notarium, et postmodum fiat scriptinium super electione dictorum notariorum: et ille ex notariis predictis qui plures voces habuerit, sit notarius dictorum futurorum Priorum.

Leone de Foraboschis consuluit idem super electione * nuntiorum *.¹ Super electione vero notarii consuluit, quod quilibet Consiliariorum et Capitudinum det vocem suam uni notario; et qui plures voces habuerit sit notarius futurorum Priorum.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit duabus partibus et ultra secundum dictum domini Oddi.

Die xxvij^o mensis augusti. Signati per " k " non interfuerunt Consilio.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, de bailia danda dominis Prioribus secundum modum solitum super facto guerre: salvo quod, de castris reponendis et de novo faciendis, nulla bailia petita fuit. Hoc adito in ipsa bailia, quod Priores possint solvi facere stipendiariis actenus conductis pro Comuni, secundum formam pactorum.

Item, de bailia danda d. Potestati et Capitaneo et Prioribus, cum sapientibus viris quos et quot habere voluerint, super conventionibus et pactis et ordinamentis faciendis et firmandis cum Comuni Prati et sindico dicti Comunis Prati, super exbannitis, fugitivis et malefactoribus non retinendis et capiendis; et super penis et obligationibus apponendis et faciendis; et super sindico ad hoc pro Comuni Florentie ordinando.

Item, super ordinamentis editis super exbannitis capiendis, et super remuneratione capientium eos; que ordinamenta durare debeant usque ad kallendas ianuarii proxime venturas, et a dictis kallendis² usque ad alias kallendas ianuarii proxime subsequentes.

Item, super expensis faciendis in reparatione et super reparatione Pontis Sancte Trinitatis, in quantitate librarum trecentarum florenorum parvorum.

Item, petitionem mercatorum Florentinorum.

Item, quod omnia et singula, que dominus Capitaneus et sua familia et domini Priores tenebantur facere de presenti mense augusti, suspendantur et prorogentur in futurum mensem septembris proxime venturum; et de dicto mense septembris possint fieri.

[c. 99^r.] Presentibus testibus domino Niccolao milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Macchone notarius consuluit secundum propositiones predictas. Salvo quod pes vel manus non ascindatur alicui exbannito, eo quod non solveret gabellam Comuni.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit idem: salvo quod ad presens petitio mercatorum suspendatur.

Mannus Actaviani consuluit secundum propositiones predictas.

¹ * notarii *.

² Qui è un " citra " cancellato.

Factis partitis particulariter per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit xxxij super petitione mercatorum, secundum propositionem; *illi vero qui voluerunt predictam propositionem et petitionem suspendi, et deliberari debere cum maiori provisione, fuerunt *¹ xlij.

Item, super aliis propositionibus, placuit lxxvj secundum propositiones; nolentes fuerunt viij.

Item, super ascisione pedis vel manus exbannitorum, placuit lx; nolentes fuerunt xv.

Eodem die et testibus. Signati per “ k ” non interfuerunt Consilio.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus omnia suprascripta, hodie deliberata in Consilio C virorum: excepta petitione mercatorum.

Dominus Bardus Angiollerii iudex consuluit secundum propositiones: salvo quod statuta loquentia de aliquibus terris reducendis sub iurisdictione Comunis Florentie mandentur executioni per dominum Capitaneum ||in|| quantum poterit.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, ||primo|| ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvij secundum propositiones; nolentes fuerunt vij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Item, quomodo eligi debeant infrascripti officiales. Primo videlicet, sex nuntii d. Potestatis, sex nuntii d. Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris condempnationum et librarum, duo nuntii Exactorum librarum detemptarum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici, tres nuntii Castaldorum, decem et octo pensatores farine, duo laici unus notarius et unus marischalcus, unus Superstes² operis Pontis Sancte Trinitatis et unus notarius.

Item, si videtur quod Exactores et notarii, civitatis, presentis libre, que exigitur ad rationem librarum quinque pro centonario, morentur in officio predicto usque ad medium mensem octobris proxime venturum; non obstante quod steterint in dicto officio per duos menses.

Ser Arrigus Gratie notarius consuluit, quod Priores eligant duos bonos viros per sextum, qui eligant dictos officiales. In aliis vero consuluit secundum propositiones.³

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium et aliorum Sapientum proposuit dominus Capitaneus de parlamento suspendendo.

¹ * nolentes fuerunt *.

² Il testo ha “ Superstites ”.

³ Segue uno spazio bianco di tre versi.

Ser Bindus Vernaccie consuluit secundum propositionem.
Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Bindi.

[c. 99¹] Die lune primo septembris.

Die secundo septembris. Signati per "1" non interfuerunt dicto Consilio.

¶ In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.
Primo videlicet, solutionem faciendam illis qui pro anno presenti habent cavallatas pro Comuni, ad rationem quinquaginta florenorum auri per annum, inceptum in kalendis ianuarii proxime preteritis; salvo quod cuilibet qui consignavit equum post dictas kalendas detrahatur, pro rata temporis. Et salvo quod cuilibet eorum cui equus cavallate mortuus est vel fuerit vel acceptus (a die vero quo dictus equus sibi mortuus fuit vel erit, seu acceptus), nulla sibi fiat solutio pro Comuni, nisi alium equum idoneum consignaverit Comuni: verum tamen facta consignatione alterius equi, a die consignationis fiat solutio eidem, ad rationem predictam.
Item, solutionem domini Giamboni de Spirano de Bergamo, iudicis viarum, ad rationem v^o librarum per annum, inceptum die vij^o mensis augusti proxime preteriti; sibi faciendam de duobus in duobus mensibus, pro rata ipsius; secundum formam statuti.
Item, quod Camerarii, de pecunia Communis possint expendere usque in quantitatem centum quinquaginta librarum florenorum parvorum in verone domini Potestatis, et in mangiatoribus ibidem faciendis pro equis domini Potestatis; et in aliis reparationibus opportunis in dicto Pallatio: quam pecunie quantitatem tradant Massariis Camere, presentibus et futuris.
Item, quod Camerarii expendant et solvant domino Angelocto de Marsiliis, tutori Iohannis pupilli filii olim et heredis Giaccoti de Malaspinis, libras sexaginta florenorum parvorum, occasione contenta in sua petitione.
Item, quod Camerarii solvant Iacobo quondam Bonaccursi de Bononia stipendiario, de masnada comitis Manentis, sedecim florenos auri, secundum formam sue petitionis.
Item solvant Tallie filio Giunte de Sartiano, stipendiario Communis Florentie, de masnada dicti Comitiss, vigintiquinque florenos auri, secundum formam sue petitionis.
Item, petitionem nuntiorum dominorum Priorum et nuntiorum Iudicis appellationum, de sollutione eis faciendam.
Presentibus testibus domino Niccolao milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius preconis, et aliis.
Niti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.
Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxij secundum propositiones; nolentes fuerunt ij.

Eodem die * et testibus *.

¹In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{elm}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia que hodie firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B."

Presentibus testibus domino Niccolao milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Bardus Angiollerii iudex consuluit idem.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvj secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

[c. 100*.] Indictio sexta. Die penultimo mensis septembris.

¹In Consilio generali domini Defensoris proposuit d. *Nicolaus miles d. Capitanei *: ²Quomodo et per quos Sex de blado ||et eorum|| nuntii eligi debeant; item, duo Exactores librarum detentorum et duo eorum notarii.

Item || || declarare et addere et providere super ordinamentis exbannitorum.

Item, si videtur Consilio quod Exactores comitatus, presentis libre, que exigitur ad rationem soldorum v̄ ||pro centonario|| et eorum notarii, potuerint fecisse a duobus mensibus *preteritis* in antea usque ad|| || et ab inde in antea usque ad medium mensem octobris.

Ser Rimbaldinus Hugolini consuluit secundum propositionem.³ Et quod per Priores possint eligi et poni,⁴ in loco mortuorum ex ipsis Exactoribus dicte libre vel notariis. Item, quod Capitudines ^{cim} xij maiorum Artium eligant duos per sextum, qui eligant Exactores librarum detentorum et eorum notarios. Item, Sex de blado et eorum nuntii eligantur per ||presens|| Consilium.

Benci Amati consuluit, quod predicti Officiales eligantur per presens Consilium. De exactione presentis libre, consuluit idem.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Benci.

Presentibus Leone †

Die xv̄ mensis octobris.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quomodo et per quos videtur et placet dicto Consilio quod electio *notarii et* ⁵nuntiorum futurorum Priorum fieri debeat.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e a' due Consigli che seguono: "per B."

² *capitaneus*.

³ Segue un "et" cancellato, e un'altra parola di cui resta qualche elemento inintelligibile, pur cancellata.

⁴ Qui è un "aliquis" cancellato.

⁵ Comprendiamo nella cassatura anche l'"et", dimenticato di cancellare.

Presentibus testibus domino Iohanne Cighognino milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius preconne, et aliis.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit, quod futurus notarius Priorum novorum, cum absensu ipsorum Priorum, eligat dictos nuntios.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Die xvij^o mensis octobris.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum^o xij^o maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quid videtur Consilio providere super electione unius Prioris sextus Ultrarni facienda, loco magistri Raynerii medici qui est infirmus; et quomodo ipsa electio fieri debeat: cum statutum sit correctum, et ordinamenta non habeant locum in hoc casu. Presentibus testibus d. Iohanne Cigognino milite Capitanei et Leone Poggi preconne, et aliis.

Magister Merlinus medicus consuluit, quod Priores eligant iii^{or} de sextu Ultrarni, qui aliquo tempore aliquis eorum non fuerit Prior; et sorte dirimatur quis eorum sit Prior.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod unusquisque sextus det unum Priorem in sextu Ultrarni: dummodo non detur aliquis qui aliquo tempore fuerit Prior; et postea fiat scriptinium, in quo scriptinio non habeant voces illi de sextu Ultrarni: et qui plures voces habuerit sit Prior.

D. Guidoctus de Canigianis consuluit, quod Priores, cum magistro Rainerio, si interesse poterit, eligant sex vel quatuor de sextu Ultrarni, quorum aliquis non sit de hoc Consilio, vel qui fuerit, a duobus annis citra, Prior, vel de domo sua vel eius socius: et postea sorte eligatur.

[c. 100^t] Dinus Peccora consuluit, quod quelibet Capitudo eligant unum Priorem in sextu Ultrarni, et postea fiat scriptinium || a||bsque illis de sextu Ultrarni; et nullus possit eligi qui unquam fuerit Prior: et aliud devetum non sit.

|| || consuluit, quod Priores eligant dictum Priorem.

||Ser Rimba||dinus Hugolini consuluit, quod unus per sextum eligatur per Consilium speciale. ||Item||, quod aliquis qui hactenus fuerit Prior non possit eligi Prior. Item, quod quilibet sextus eligant unum, et postea fiat scriptinium in absentia illorum de illo sextu; et qui plures voces habuerit sit Prior.

Die xxj^o mensis octobris. Alibi notatum est in ||quaterno|| banbacis signato per "E".

In Consilio Centum virorum proposuit d. Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus.

Primo, super bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus et Sapientibus super facto guerre, secundum modum quo data fuit aliis Prioribus.

||I||tem, quod Priores potuerint et possint providere et stantiare expensas necessarias in presenti et pro presenti exercitu seu servitio, quod fit illis de Sancto Miniato: quod servitium ||firm||atum fuit tempore aliorum Priorum.

Item, super eo quod Trincucius comes de Montecucoli, pro se et aliis suis consortibus, petit auxilium balistariorum sibi dari, ultra illos castellanos et pedites qui ibi sunt, pro custodia castri predicti et eius defensione.

Item, quod usque in quantitatem e florenorum auri possint expendi in logia Pallatii d.

Potestatis aptanda facienda et cooperienda: que pecunia possit et debeat [dari] illi superstiti vel superstitibus electis vel eligendis per officium dominorum Priorum ad dictum opus fieri faciendum; [et sic], sicut expediens fuerit, possit expendi.

¹Item, super quadam petitione porrecta per mercatores civitatis, super qua iam provisum est per preteritos Priores, et etiam per presentes.

Item, super electione Notarii Reformationum facienda pro uno anno futuro, initiando in kallendis ianuarii, per dominos Priores, de quacumque persona eisdem videbitur, non obstante aliquo deveto.

²Item, super eo quod, si infra decem dies postquam preceptum fuerit per Potestatem vel Capitaneum seu aliquem ex Iudicibus ipsorum vel alicuius eorum, vel ex parte ipsorum vel alicuius eorum, seu postquam requisiti fuerint per Camerarios, vel ex parte notariorum Camere,³ illi exbanniti vel condempnati qui iam capti sunt vel de cetero capientur, ut producant et ostendant instrumentum pacis vel aliud beneficium, siquod habent; quod si ipsi exbanniti vel condempnati seu alter pro eis, infra dictum terminum non fuerit productum⁴ instrumentum pacis vel aliud beneficium, pro eis fiat solutio Camerariis a dicto termino in antea, ac si non haberent⁵ pacem vel beneficium.

Item, super eo quod Camerarii Comunis Florentie possint dare et solvere d. Giambono de Pergamo iudici viarum, pro restitutione gabelle quam Camerarii sibi tenentur retinere per formam ordinamenti canoniczati, ultra salarium suum determinatum in statuto et in reformatione Consiliorum, libras viij et soldos viij et denarios vj florenorum parvorum.

⁶Item, super eo quod d. Potestas possit deputare ad offitium Iudicis malleficiorum illum ex Iudicibus suis quem voluerit, loco d. Niccole iudicis malleficiorum, pro sextibus Sancti Petri Scradii et Burgi, qui ivit in exercitum; et quicquid factum fuerit per Iudicem ad hoc deputandum per Potestatem valeat ac si factum esset per ipsum d. Niccolam.

⁷Item, super eo quod, tantum quantum durabit exercitus, presentes Priores possint subrogare, loco Consiliariorum absentium in Consilio C virorum, usque in xx Consiliarios quos voluerint; et valeat quicquid fecerint.

Item, super prorogando statuta et ordinamenta que locuntur de laboreriis et de expensis faciendis de pecunia Comunis, et que locuntur de Cerbaia facienda perveniri in Comuni; ad que tenebantur d. Capitaneus vel eius familia, vel Priores, de mensibus septembris et octobris: prorogentur in futurum mensem novembris, et de ipso possint fieri per futurum Capitaneum eiusque familiam.

Presentibus testibus d. Niccolao milite Capitanei et Braccino Braccii precone.

[c. 101^r] Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas.

D. Donatus Alberti consuluit idem. Hoc addito, quod interrogato exbannito vel condem-

¹ Precede, nel margine, un "j"; e così al seguente capoverso.

² Precede a questo e al capoverso che segue un "ij".

³ Si omette un "quod", che il notaro avrebbe dovuto cancellare dopo avere scritto l'"ut" che segue.

⁴ Così, invece di *produxerint*, come se innanzi avesse *si per ipsos exbannitos* invece di "si ipsi" ec.

⁵ Il testo: "haberet".

⁶ Precede un "j".

⁷ Precede un "ij".

pnato¹ de pace, si dixerit se pacem non habere, fiat instrumentum || || ex hoc;
 ||et|| postea tale beneficium non prosit sibi in aliquo, scilicet pax, si qua reperiretur
 ipsum habere || || interrogat.² et per eum re|| ||tur *vel* †
 Placuit lx secundum propositiones, cum additione d. Donati; nolentes fuerunt x.

Die xxj^o mensis octobris. Alibi notatum, ut infra patet.

Presentibus testibus d. Niccolao milite Capitanei et Braccino Braccii ||eius precone, et
 aliis||.

³In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposuit d. Ca-
 pitaneus omnia predicta, hodie in Consilio C virorum deliberata.
 Ser Gianni de Syminctis consuluit secundum propositiones predictas.
 Placuit lj secundum propositiones predictas, ||nolentes|| fuerunt vj.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quodam medio folio ||et|| in alio folio.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo balistarii dari debeant, et per quantum tempus, et cum quo soldo.

Item, si videtur Consilio quod tres Exactores *sint* in civitate cum tribus notariis, et
 duo Exactores cum duobus notariis in comitatu, ad exigendum libram ultimo impo-
 sitam ad rationem soldorum c pro centonario; et quomodo eligi debeant.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit secundum propositiones predictas. Et quod Prio-
 res eligant unum vel duos per sextum, qui eligant dictos Exactores et notarios. Item,
 quod servitium illorum de Montecuculi remaneat in Prioribus.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones et dictum predicti Sapientis.

⁴Item constitutus fuit syndicus ad vendendum bona Loli Bonafedis populi Sancti Symo-
 nis mercatoris in arte et mercancia spetiariorum, scilicet Riccius Pini populi Sancte
 Marie Maioris etc.; ad petitionem Societatis Paczorum.

Item, ser Feus filius olim Loetherii Boccapiate populi Sancte Felicitatis constitutus fuit
 syndicus, ad petitionem Pelle Gualduccii et cuiusdam alii, ad vendendum bona Nasi
 quondam Aliocti publici mercatoris.

Eodem die et testibus.

⁵In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum et aliorum Sapientum proposuit Ca-
 pitaneus de parlamento suspendendo.

Ser Gianni consuluit secundum propositionem.

Placuit omnibus secundum propositionem.

Die xxij^o octobris, iuraverunt, in ecclesia Sancte Reparate, d. Conradus de Sorecina novus

¹ Qui si omette "interrogato", ripetuto per errore e non cancellato.

² Si lascia com'è nel testo, non potendo interpretarsene la desinenza.

³ Di fronte, nel margine interno: "per B."

⁴ Nel margine interno, innanzi a questo e al successivo paragrafo, sono le solite sigle "a. n."

⁵ Di fronte, nel margine interno: "per B."

Capitaneus, et unus suus Iudex et unus Miles, et aliqui notarii: computato sibi iuramento per d. Bardum Angiolerii. Presentibus testibus d. Lapo Saltarelli et Braccino Bracii precone d. Capitanei.

Die xxviii^o mensis octobris. Alibi notatum est in quaterno signato per "E".

Presentibus testibus d. Iohanne milite Capitanei et Braccino Bracii.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, omnia infrascripta. Primo videlicet, provisionem factam per Priores super solutione unius bononini grossi per libram condemnationum cancellandarum.

Item, petitiones nuntiorum Potestatis, Capitanei et Iudicis appellationum, pro mensibus septembris et octobris.

Item, petitionem Lapi Orlandi Campane et Daviczi Trincie exactorum librarum detentorum et suorum notariorum.

Item, provisionem factam per Priores super solutione exactionis libre soldorum c pro centenario.

¹Item, petitionem Ioannis Oddonis de Tiburi.

Item, petitionem d. Rainaldi d. Lupi de Tuderto super emendatione duorum equorum. Duccius Risaliti consuluit secundum propositiones.

Carrus de Alleis consuluit secundum propositiones predictas.

[c. 101^o] Neri Attiliantis consuluit ||idem||.

Factis ||partiti||s per Capitaneum, placuit liij, secundum propositionem exbannitorum et condempnatorum; nolentes fuerunt xvij^o.

||Item, super aliis omnibus||, placuit lxvij^o secundum propositiones; nolentes fuerunt iii^o.

Die xxviii^o mensis octobris.

Presentibus testibus d. Iohanne Cigognino milite Capitanei et Braccino Bracii precone. In Consilio speciali et generali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit Capitaneus predicta, hodie deliberata in Consilio C virorum: hoc mutato, quod terminus exbannitorum reductus est in kallendis maii proxime preteritis, ubi dicebat in kallendis iulii.

||D.|| Guidoctus de Canigianis consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit xlvj secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt viij^o.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligantur xvij^o pensatores, vj^o nuntii Potestatis, sex nuntii Capitanei, iii^o nuntii Iudicis exactoris, duo || ||.

Ser Vanni Talenti consuluit secundum propositionem pre||dictam||, quod electio officium fiat per presens Consilium. Item, quod alia sint firma.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die penultimo octobris, concessa fuit exactio Comuni Burgi, ut notatum est in duabus cedulis.

¹ Di fronte, nel margine interno: "a. n. per E".

Die sabati primo novembris. ¹²⁹²

Die tercio mensis novembris.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit d. Conradus de Sorriccina defensor et capitaneus: Quid videtur Consilio predicto providere super ordinamentis vini ad minutum vendendi: lecta provisione super hoc facta per Sapientes.

Item, quomodo eligantur duo Approbatores in curia d. Capitanei.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, super ordinamentis vini, secundum provisionem Sapientum. Item, quod Priores eligant quos et quot Priores eligere voluerint; per quos eligantur dicti Approbatores.

Presentibus testibus d. Guilielmo de Varano de Cremona iudice Capitanei et Braccino Braccii precone d. Capitanei.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit, quod d. Capitaneus et Priores eligant ^{cim} xij sapientes artifices, duos per sextum, inter quos sint Iudices, layci et notarii; qui provideant ordinamentis vini: et teneantur hoc facere ad utilitatem Communis; et valeat quicquid fecerint. Item, de electione predictorum Aprobatorum, consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Iacobus Giambolarius consuluit secundum dictum primi Sapientis.

[c. 102^r] Guido Lotheringhi consuluit, quod, in Orto vel Curia,¹ vinaterii, vel prope ad l. brachia, non possint dare bibere, nec aliquis bibere, de ipso vino.

D. Albiczus Corbinelli consuluit[†]

Ser Rustichus Letaminis consuluit, quod certum pretium aponatur in venditione vini; et quod videatur per Capitaneum, Priores et Sapientes.

Factis partitis per Capitaneum, ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit c || ||vj quod pretium apponatur; et quod Sapientes habeantur super hoc ad providendum supradictis; et valeat quicquid fecerint. Illi vero quibus predicta displicuerunt, et voluerunt quod ordinamenta facta per Sapientes sint firma, fuerunt lvj.

Item placuit quasi omnibus, quod electio Aprobatorum fiat per illos quos Priores elegerint.

Item, in eodem Consilio, constitutus fuit syndicus Guadagninus quondam Gottifredi populi Sancti Pauli, ad vendendum bona Benis et Monacchini fratrum filiorum quondam ser Bruni Spinaccii et Guiduccii filii dicti Benis.

Die iiij^o novembris, per Capitaneum, per Priores et alios Sapientes ad hoc habitos edita fuerunt ordinamenta vini.

Die vij^o mensis novembris. Signati per || || non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.

¹ Qui pare sottinteso *Sancti Michaelis*.

¹Primo, super provisione facta super facto guerre et super militibus et peditibus et aliis; cum addicione, quod in hiis et circa ea per Priores presentes vel futuros, cum Sapientibus, possit provideri addi et diminui et declarari, secundum quod videbitur expedire.

Item, super petitione Batini tintoris filii quondam Albertini.

Item, super petitione sex Iudicum curiarum pro primis sex mensibus.

Item, super septem petitionibus soldatorum.

Item, super petitione Noffi Quintavallis et sociorum.

Item, super petitione Cerre albergatoris, pro remuneratione habitationis domini Capitanei.

Item, super petitione Bectucii de Hostina, et peditum suorum.

Presentibus testibus domino Aldrico de Sorecina milite Capitanei, et Braccino Braccii precone, et aliis.

Alfanus Iannis consuluit secundum propositiones predictas, in omnibus et per omnia.

D. Albicuz Corbinelli consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod per Priores presentes, super facto guerre faciende, possit provideri secundum propositionem; per alios futuros Priores in hiis non possit aliquid provideri vel innovari, sine conscientia et voluntate Consilii specialis et Capitulum ^{sim} xij maiorum Artium.

Dinus Compangni consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lxxv secundum propositiones predictas, cum addicione d. Albiczi Corbinelli; nolentes fuerunt ij.

[c. 102⁺] Die x^o mensis novembris. Signati per "A" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum ^{sim} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus² ea que deliberata fuerunt in Consilio C virorum, die vij^o mensis presentis. [Presentibus testibus d.] Aldrico * de Soreccina *³ milite Capitanei et Braccino Braccii precone, et aliis.

Ser Arrighus Gratie consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum et postea ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

In eodem Consilio iuraverunt d. Iacobinus Guardoli iudex Capitanei et v^o ex notariis d. Capitanei.⁴

Die eodem et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris et Capitulum proposuit d. Capitaneus predicta omnia.

Ser Cione Ballionis notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

¹ A questo e a tutti i successivi paragrafi di questo Consiglio precede, nel margine, un punto.

² " Quid videtur ", cancellato.

³ * de Cropello *.

⁴ Questo ricordo, per essere scritto proprio accanto al " Die eodem et testibus " che segue, potrebbe anche appartenere al successivo Consiglio.

Die xiiij^o mensis novembris. Signati per... non interfuerunt Consilio.

In Consilio generali d. Defensoris, speciali et Capitulum^o xij^o maiorum Artium, lectis provisionibus factis per Artes et alias speciales personas et Sapientes super libra et extimo faciendo in civitate et comitatu, proposuit Capitaneus: Quid videtur Consilio in hiis providere, scilicet super modo et forma allibrandi nobiles comitatus.¹

Ser Arrighus Gratie consuluit, quod Priores Artium, cum duobus per sextum per eos eligendis provideant predicta; et quicquid per eos provisum factum a lditum et declaratum || fuerit in hiis, habeat plenum robur.

D. Albicuz Corbinelli consuluit, quod in hiis procedatur secundum consilium datum a speciali persona, cum provisione super eo facta per Sapientes. Et si hoc non obtinetur, consuluit, quod per Capitaneum, Priores et illos Sapientes quos habere voluerint, provideatur secundum modum datum a camporibus et datum a mercatoribus: addendo et plenius providendo ubi defectus esset, et detrahendo; et super facto nobilium providendo; secundum quod viderint convenire. Quo facto, reddigatur et publicetur in hoc Consilio; et tunc proponatur negotium, absque eo quod alia legantur.

Manectus Tinioczi consuluit secundum dictum ser Arrighi predicti.

Tieri Burbassi consuluit, quod populares allibrentur per se et magnates per se; et in libra popullarium facienda procedatur sicut in veteri libra factum fuit; et illa summa quam² magnates habent in veteri extimo habeant in hoc novo extimo.

Ser Rogerius Hughonis Albiczi consuluit, quod Priores eligant quatuor per sextum, amatores boni status Comunis, per quos provideantur Consilia Artium: et facta provisione per eos, legantur de capitulo ad capitula; et tunc fiat propositio, et secundum quod placuerit tunc Consilio fiat.

D. Loctheringhus * de Montespertoli consuluit *,³ quod presens Consilium et C virorum, et alii Sapientes, per Priores eligendi, cras summo manne, habeantur super predictis.

Ser Cione Balgionis consuluit secundum dictum primi Sapientis. Hiis additis, quod Capitaneus intersit, et quod extimum duret iiii^o annis et non ultra.

Placuit duabus partibus et ultra quod procedatur ad partita facienda super predictis in presenti Consilio propositis et consultis.

Item placuit quasi omnibus secundum ultimum dictum d. Albiczi.⁴

Die xvij^o mensis novembris, edita fuerunt ordinamenta extimi novi per Sapientes ad hoc habitos.

[c. 103^r] Die xvij^o mensis novembris

Hac die iuraverunt infrascripti duo Milites d. Capitanei, computato eis iuramento per me B.

¹ Segue una riga bianca, verosimilmente lasciata per un'aggiunta alla proposta o per una proposta nuova; come par ricavarsi da un "Item" scritto anticipatamente sopra, a capoverso, innanzi a "videtur", e cancellato.

² "Priores", cancellato.

³ * Pegolotti consuluit*.

⁴ Segue questo ricordo: "Die xiiij^o novembris. Hic ponatur provisio facta super facto Catignani et Castri Florentini, notata in quadam cedula".

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quid videtur Consilio providere super modo libre et extimi faciendi: lectis provisionibus super ||hoc factis|| per Capitaneum et Priores Artium et duodecim Sapientes ad hoc habitos.

Item, de facto sex fornatum.

Presentibus testibus domino Spino Salerio et Leone Poggi preconne Communis et aliis, et domino Stangno Pilucho milite Capitanei.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit †

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod sex fornaces fiant pro Comuni usque per totum mensem februarii ||proxime venturum; et eligantur|| ^{cim} xij boni viri, duo per sextum, qui provideant modum et ubi et quomodo dicte fornaces fieri debeant pro Comuni. Item, quod per predictos bonos viros determinetur pretium calcine, matonum et planellarum: et ad quamlibet ||fornac||em eligatur unus emptor lignorum. Item, quod unusquisque qui quomodocumque stet ad faciendum artem in civitate Florentie, si stat in familia, per se allibretur in civitate Florentie. Item, quod unusquisque clericus quem Episcopus deffendere voluerit non allibretur. Item, quod dictum extimum non duret ultra duos annos. Et Capitaneus qui pro tempore fuerit, ad penam librarum v̄, teneatur et debeat aliam libram fieri facere. In aliis omnibus acquievit provisionibus predictis.

Ser Gianni Symincti consuluit, quod provis||iones|| super facto libre valeant: salvo quod in Prioribus, et Sapientibus qui ad predicta fuerint, remaneat de ipsis provisionibus¹ declarandis et melliorandis. Item, quod fornaces non fiant pro Comuni. Et quod Priores cum fornaciariis concordent de pretio: alioquin, habeantur Sapientes in predictis, qui determinent pretium. Et duret duobus annis.

Ser Cione Baglionis consuluit, quod *extimum*² duret per annum.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit, in omnibus et per omnia, *quod* provisiones et ordinamenta extimi sint firma presentis Consilii auctoritate. Item, quod Priores eligant duos bonos viros per sextum qui noticiam habeant de hiis; qui provideant super precio matonum, planellarum et calcine, secundum quod viderint convenire: et valeat quicquid fecerint de predictis. Et quod fornaces non fiant.

Mannus Iacobi consuluit, quod capitulum loquens de sindico et fideiussione sindici sit cassum. Item, quod libra non duret modo aliquo ultra duos annos.

Mongia del Rosso consuluit, quod sex fornaces fiant pro Comuni, omnino.

Ser Stephanus Rustichelli consuluit †

In reformatione Consilii placuit *quatuor partibus et ultra*³ secundum dictum ser Rogerii, super facto libre. Item placuit quasi omnibus, quod dicta libra duret duobus annis solummodo, a die qua ipsa libra fuerit publicata.

Item placuit quasi omnibus, quod sex fornaces *fiant* pro Comuni; et in omnibus super hoc procedatur secundum dictum ser Nini.

[c. 103⁺] Die xviii^o novembris. *Signati per B. non interfuerunt dicto Consilio*. Alibi notatum in quaternis veterum et novorum Camerariorum.

¹ Così pare abbia inteso volere scrivere, correggendo.

² *provisio libre*.

³ *quasi omnibus*.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium, omnia infrascripta.

Primo videlicet, * de bailia danda d. Potestati, Capitaneo et Prioribus Artium, per se et alios quos habere voluerint, secundum quod scriptum est in quodam folio banbacino *.¹

Item, de mero et mixto imperio dando domino Capitaneo et Iudici suo super exactione librarum et prestantiarum Comuni Florentie facienda, et quilibet² eorum.

³Item, quod dominus Origus de Soricina possit facere offitium duorum Iudicum domini Capitanei infirmorum; et valeat quicquid fecerit ac si factum esset per predictos Iudices.

Item, de solutione facienda Pagano de Annone, pro se et Albertino de Cambiatico, Petro de Rivalta, Pollaterio de Mediolano, Obiczino Saleo, Rimbaldino de Cremona, beroariis domini Capitanei; pro decem diebus, in quantitate librarum sex florenorum parvorum.

⁴Item, petitionem Carruccii Rinaldi Ceppie et notarii sui, officialium ad alibrandum non alibratos.

Item, petitionem ser Lapi Bonamichi notarii, pro exemplatura unius novi Statuti domini Capitanei, de solutione ei facienda in quantitate librarum xj florenorum parvorum.

Item, petitionem ser Naccii notarii, de solutione ei facienda pro exemplatura unius novi statuti domini Capitanei, in quantitate librarum xj^{cin} florenorum parvorum.

Item, de emendatione facienda Iohanni Rinuccii de Montepulciano de masnada comitis Manentis de Sartiano, pro emendatione unius sui equi, in quantitate xxij florenorum auri.

⁵Item, petitionem domini Rucchi de Fighino.

* Item, petitionem officialium ad sugilandum vinum quod venditur in civitate et comitatu ad minutum, et ad obligandum gabellam ipsius vini*.

⁶* Item petitionem officialium ad extimandum vinum, et ad avisandum vinum quod est in vegetibus*.

Presentibus testibus domino Stangno Pilluccho milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

* Borgus Renaldi consuluit secundum propositiones predictas.

Noffus Quintavalle consuluit †

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones: salvo quod dicta provisio facta super exigendis libris non habeat locum in exigendis et faciendis compleri et supleri defectus populorum civitatis.

Dinus Compangni consuluit, quod provisio facta †

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad pissides et balloctas, placuit i. secundum propositiones; nolentes fuerunt † *⁷

¹ A questo paragrafo pare sostituito, con un richiamo, un altro che ora vedremo.

² Così, invece di *cuilibet*.

³ Sopra a questo "Item", tra rigo e rigo, è la sigla "f", la quale forse precede nel margine anche all'"Item" precedente; ma essendo la carta macchiata e lacera, non può vedersi.

⁴ Anche a questo e ai tre successivi "Item" precede in margine la sigla "f".

⁵ Precedono nel margine le sigle "f. a. n."

⁶ Di fronte, nel margine, è scritto "non ponatur"; e il paragrafo non è cancellato al modo solito, cioè con un rigo andante su tutto lo scritto, ma trasversalmente con delle linee poste in croce.

⁷ Anche questa lunga cassatura, da "Borgus Renaldi" a qui, è fatta per via di linee trasversali in croce, che formano come un reticolato.

¹ Item, de bailia danda dominis Potestati, Capitaneo et Prioribus Artium, per se et alios quos eligere et habere voluerint, super defectibus et fraudibus librarum comitatus.

Item, petitionem veterorum ² Camerariorum, de ^{ccm} x libris.

* Item, petitionem Scolay domini Aczi de la Tosa, pro se et quatuor peditibus, castelani castri Montisluchi, de solutione ei facienda pro se et dictis quatuor peditibus, pro decem et novem diebus ³.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxj super bailia danda et arbitrio ⁴ domino Capitaneo et Iudici suo super exactione librarum; nolentes fuerunt xj.

Item placuit lxj super bailia danda dominis Potestati, Capitaneo et Prioribus super reinveniendis fraudibus et defectibus comitatus; nolentes fuerunt xj.

Item placuit liij super aliis omnibus, secundum propositiones; nolentes fuerunt xviiiij.

[c. 104^r.] Die xxiiiij mensis novembris.

In Consilio Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Quid videtur Consilio providere super modo et forma electionis dominorum Priorum Artium, de cetero pro Comuni Florentie eligendorum: lecto capitulo novo d. Capitanei de hoc loquente.

Presentibus testibus d. Stangno Pilucho milite Capitanei et ser Bonsegnore Hostigiani notario Priorum.

Guido Orlandi consuluit, quod Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium eligant tres bonos viros || in sex bossolis; et durent per sex menses. Et Priores sint sex. Et aliquis qui fuerit || non || possit eligi vel poni in ipsis pissidibus.

Iacobus Giambolarius consuluit, quod primus modus, qui observabatur per formam statuti, observetur de cetero ||in|| electionibus fiendis.

Ser Arrighus Gratie consuluit, quod * Capitulum ⁵ cuiuslibet sextus eligant duos per sextum, et isti ponantur in pissidibus; et de eis fiat electio, sorte extrahendo ipsos de pissidibus, per quemdam iuvenem; et primo f|| ||.

Albiczus Orlandini consuluit, quod Priores eligant sex per sextum, et postea fiat scrupinium inter ||illos|| de presenti Consilio; et illi sex qui plures voces habuerint sint Priores.

Iohannes de Cercchiis consuluit secundum dictum predicti Albiczi; dummodo nemo qui sit in hoc Consilio non possit esse ex ipsis sex, nec qui extractus fuerit de pissidibus.

Clarus Salvi consuluit, quod Priores fiant pro uno anno; et ponantur in pissidibus ^{am} viiiij per sextum per Capitulum eligendi; et postea vadant ad scrupinium: et in omnibus observetur modus observatus in ipsis pissidibus.

Dinus Compagni consuluit, quod in electione procedatur hoc modo: quod Priores sint

¹ Questo è il paragrafo che pare sostituito, con un richiamo, al primo cancellato. Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo, è la sigla "f."

² Così il testo.

⁴ Paragrafo cancellato con due linee in croce; e di fronte, nel margine, è scritto "non ponatur".

⁴ Il testo, certamente per error di penna, ha "arbitro".

⁵ * quelibet Capitulo *.

sex, unus per sextum et unus pro Arte tantum; et quelibet Capitudo eligat unum per sextum et de Arte sua solum; et postea fiat scrupinium in hoc Consilio, absente illo sextu de quo fiet scrupinium: et qui plures voces habuerit sit Prior. Et hic modus observetur per sex menses. Et sorte dirimatur in quo sextu primo fiat scrupinium: dummodo non possit esse aliquis, qui sit in hoc Consilio, in hac electione, nec etiam aliquis qui fuerit Prior ex pissidibus extractus. Et durent per * duos *¹ menses tantum. Manectus² Tinioczi consuluit, quod Priores cum quatuor ex Capitudinibus eligant ^{cin} xij, duos per sextum; et postea alie quatuor eligant alios ^{cin} xij, duos per sextum; et postea alie ^{or} iij eligant alios ^{cin} xij, duos per sextum: dummodo non eligant aliquem qui fuerit Prior extractus de pissidibus, nec aliquem³ qui sit de hoc Consilio. Et postea fiat scrupinium, in absentia sextus de cuius electione tractabitur. Et qui plures voces habuerit sit Prior.

Dinus Peccora consuluit, quod Priores sint ^{cin} xij de ^{cin} xij maioribus Artibus; et dividantur ita, quod Priores sint duo per sextum. Et ^{cin} xj Artes faciant Priores alterius Artis. Et nemo esse possit qui fuerit Prior ab uno anno citra, vel qui sit in hoc Consilio. Et hoc fiat pro duobus mensibus tantum.

[c. 104¹] D. Loetheringhus de Montespertoli consuluit, quod Priores sint sex, unus per sextum; et durent duobus mensibus; et quilibet artiffes et ⁵ popullaris possit esse, et mictatur pro Consilio speciali; et Consiliarii cuiuslibet sextus eligant unum [pro sextu] et postea fiat scrupinium inter eos, absente illo sextu de * cuius electione *⁶ tractabitur. [Et hic modus] servetur solum pro presenti et in presenti electione, pro duobus mensibus.

[D. Nic]cola de Acciaiuolis consuluit, quod d. Capitaneus cum Prioribus eligant ex ^{cin} xij maioribus Artibus tot homines [quot] sunt Capitudines et tot Sapientes per sextum: qui, quando videbitur Capitaneo et Prioribus, congregentur secrete, et faciant electionem sex Priorum, dummodo non eligant aliquem qui sit in hoc Consilio; et procedatur hoc modo, videlicet, quod qui electus fuerit reducatur in hoc Consilio vel coram Capitudinibus.

D. Albicuz Corbinelli consuluit, quod Priores sint ^{cin} xij, et pro presenti electione. Et fiat hoc modo: quod quilibet Capitudo nominet duos per sextum; et postea inter Capitudines et Consilium speciale fiat scrupinium; et qui plures voces habuerint sint Priores, scilicet duo per sextum.

D. Aldobrandus de Cerreto consuluit, quod Priores presentes provideant de Prioribus usque ad revocationem capituli. Et ponantur in pissidibus, et extrahantur de pissidibus solito more.

D. Lopus Saltarelli consuluit, quod aliquis non possit esse Prior qui sit in hoc Consilio vel qui fuerit ab uno anno citra, scilicet ab eo tempore citra quo Priores extracti fuerint de pissidibus. Et fiat electio hoc modo, videlicet: quod Priores, cum duobus

¹ * sex *.

² Il testo ha qui un "Comp", cancellato.

³ Il testo: "aliquis".

⁴ Questo "et" è una correzione fatta sopra un' "m", con cui il notaro pare avesse cominciato a scrivere il "mictatur" che viene appresso.

⁵ Il testo ha "popullares".

⁶ * quo *.

pro Capituline et duobus Sapientibus per sextum, eligant Priores, vel pro una electione vel pluribus; et si pro una electione, eligant duos vel tres per sextum; et postea fiat scriptinium, absente sextu cuius electio¹ fiet.

Fatius de Micciole consuluit, quod Capituline et Sapientes huius Consilii eligant duos² per sextum; et postea fiat scriptinium in hoc Consilio, absente illo sextu de cuius electione tractabitur. Et illi sex qui³ plures voces habuerint, sint Priores.⁴ Et fiat solum pro duobus mensibus futuris.⁵

Mongia del Rosso consuluit, quod per Capituline et Consilium speciale fiat electio de sex Prioribus more solito; et postea fiant sex Priores per Capituline, scilicet quod ^{cim}xj Capituline faciant ^{cim}xij; et postea Consilium speciale faciant aliam electionem, scilicet quod quinque sextus faciant alium sextum, et postea Priores eligant sex per sextum; qui eodem modo faciant. Et postea Capituline eligant sex per sextum, qui hoc faciant simili modo. Et Consilium speciale eligat sex per sextum: qui etiam alios faciant. Et illi sex per sextum qui hic sunt aliam electionem faciant; et ponantur in pissidibus, et extrahantur. Et non possit esse aliquis qui sit in hoc Consilio, vel qui fuerit Prior ab uno anno citra. Et omnes predicti iurent. Et fiat pro uno anno.

Latinus Bonaccursi consuluit, quod Capituline et Consilarii Porte Domus eligant ^{if}iiij Priores in Porta Sancti Petri, et e converso; et sic in aliis sextibus: et postea fiat scriptinium; et illi tres qui plures voces habuerint sint Priores pro sex mensibus; et ponantur in pissidibus et extrahantur ad sortem. Et possint esse artifices et subpositi Artibus. Et si aliquis ipsorum non reperiretur, alii Priores eligant⁶ Priores deffetantes. Et aliquis qui hic sit non possit esse.

Neri Paterenus consuluit, quod Priores sint ^{cim}xij de ^{cim}xij maioribus Artibus, et sint per sextus.⁷

[c. 118^r.]⁸ Tieri Burbassi consuluit, quod Priores sint ^{cim}xij, et presentialiter fiant pro sex mensibus; et eligantur per Capituline ^{cim}xij maiorum Artium. Et nullus possit esse Prior in cuius domo sit miles vel fuerit a ^{ta}xxx annis citra.

D. Iacobus de Certaldo consuluit, quod aliquis qui hic est non possit esse, nec aliquis qui hactenus fuerit Prior. Et Priores sint ^{cim}xij; et quatuor sint de maioribus Artibus, scilicet de ^{im}vij, et quatuor de v minoribus Artibus, et quatuor de popullaribus. Et eligantur per Priores cum uno artifice per sextum, electo per Priores.

D. Ubertinus de lo Strocza consuluit, quod Priores sint sex, et durent per duos menses. Et quod in hoc Consilio fiat electio hoc modo, videlicet: quod Priores cum quatuor per sextum eligant duos per sextum, et de hiis fiat scriptinium in hoc Consilio, absente illo sextu cuius electio fiet. Non possit *eligi vel* esse Prior ultra unum pro Arte, nec aliquis qui fuerit Prior a tribus annis citra. Et fiat solum pro duobus mensibus.

¹ Invece di *cuius electio* il testo ha "de cuius electione", come se invece di "fiat" avesse, come altre volte, "tractatur" o "tractabitur".

² Il testo ha "duo".

³ Qui è (e non si vede bene se cancellato) l'"habuerint", che ritorna dopo al suo luogo.

⁴ Il testo ha "sit Prior".

⁵ Qui si omette "mensibus", ripetuto e non cancellato.

⁶ Qui è un "al" (che pare principio di *alios*), cancellato.

⁷ Qui è il richiamo che manda a c. 118: "Infra, in subsequenti quaterno, in quo scripta sunt Consilia Potestatis".

⁸ In testa è il richiamo: "Supra, in quaterno in quo scripta sunt Consilia Capitanei".

Ser Bencivenni medicus consuluit, quod Priores sint ^{cim}xij.

D. Boninsegna de Becchenugiis consuluit, quod Priores sint sex, et non possit esse ultra unum pro Arte. Et nullus possit esse Prior qui hic sit, vel fuerit Prior a tribus annis citra. Et fiat solummodo nunc pro duobus mensibus. Et quod quilibet sextus eligant duos pro suo sextu, et postea fiat scrupitium in presenti Consilio; et ille qui habuerit plures voces sit Prior.

Manninus Bonaiuti consuluit, quod fiat partitum.

Placuit lxvii, factis partitis ad pissides et balloctas, quod ultra unum pro Arte non possit esse Prior; volentes quod possint esse duo pro Arte fuerunt xvii^o solum.

Item placuit lvii,¹ quod aliquis qui fuerit Prior a tribus annis citra non possit esse Prior; illi qui voluerunt devetum esse solum pro duobus annis fuerunt xvii^o.

Item placuit xxviii, quod modus debeat adinveniri et firmari pro sex venturis mensibus; volentes quod duret pro duobus mensibus, scilicet pro presenti electione, fuerunt lvii^o.

Item, super modo electionis, placuit lxxx quod quelibet Capitudo eligat unum per sextum; et postea fiat scrupitium de unoquoque sextu per se, in absentia illorum de sextu de cuius electione tractabitur; et qui plures voces habuerit sit Prior. Nolentes hoc fuerunt vii^o.

[c. 118^o] Die xxvj^o mensis novembris. Signati per "P" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xviii^o dicti mensis novembris.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvii secundum propositiones; nolentes fuerunt ii.

Presentibus testibus d. Leone Poggi preconone domini Capitanei et Puccio Dietisalvi nuntio Priorum, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant Sex de blado et sex eorum nuntii.

Tornaquinci Bonsostengni consuluit secundum propositiones. Item, quod Priores eligant duos per sextum, qui eligant dictos Sex de blado et nuntios eorum.

Dominus Locteringhus de Montespertoli iudex consuluit †

Niti Cacciafuori consuluit, quod Sex de blado, qui nunc sunt in dicto officio, eligant futuros Sex de blado et eorum nuntios, in presentia Priorum.

Ser Cione Balglonis consuluit secundum dictum dicti Tornaquinci.

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti Tornaquinci.

¹ O qui doveva scrivere "lxvii", o "xxvii" qui appresso.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod acta tollantur d. Potestatis, suorum Iudicum et notariorum et Iudicis appellationum et sex Iudicum curiarum; et de feriis indicendis in dictis curiis, ad voluntatem dominorum Priorum.

Niti Cacciafuori consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Niti.

Die ultimo mensis novembris. Signati per "C" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum.

Item, de coquina Pallatii Potestatis removenda, et ¹

Neri Attiliantis consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lvij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xij.

Presentibus testibus ambobus Militibus Capitanei et Leone Poggi.

[c. 119^r.] Die martis secundo mensis decembris. Signati per "d" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, super facto xxv librarum expendendarum ad provisionem Priorum, de summa centum librarum que possunt expendi de mense decembris.

Item, de venditione bonorum Geri de Sizis facienda.

Presentibus testibus Braccino Braccii precone d. Capitanei et Bectino Pieri nuntio dicti domini Capitanei, et aliis.

Dominus Albicus Corbinelli iudex consuluit, de xxv libris expendendis, secundum propositionem. De alia propositione consuluit, quod non est utile teneri Consilium.

Dominus Donatus Alberti iudex consuluit, quod procedatur in dicta propositione venditionis bonorum dicti Geri, pro illa parte bonorum que vendita fuerunt cum pacto revenditionis faciende.

Noffus Quintavalle consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xj.

Eodem die. Signati per "d" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt ea que deliberata fuerunt in Consilio Centum virorum die ultimo mensis novembris.

Item, ea que firmata fuerunt in dicto Consilio die secundo mensis decembris.

¹ Segue uno spazio bianco di tre righe.

Presentibus testibus Braccino Braccii precone domini Capitanei et Berto Michaelis nuntio dicti d. Capitanei, et aliis.

Dominus Gherardus de Vicedominis iudex consuluit, quod utile non est teneri Consilium super facto strate Vallis Arni. In aliis, consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Albicus Corbinelli iudex consuluit, quod non est utile teneri Consilium de coquina Pallatii removenda. In aliis, consuluit secundum propositiones.

Iacobus Giambolarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvi, super strata Vallis Arni, secundum propositionem; nolentes fuerunt xj.

Item placuit xlviij, super facto coquine Pallatii removende, secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item placuit lij, super aliis omnibus, secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Bracinus del Maccha consuluit secundum propositiones.

Dominus Locteringhus de Montespertoli iudex consuluit, quod non procedatur super facto strate Vallis Arni. In aliis, consuluit secundum propositiones.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones.

Migliaccius Salvi consuluit †

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi †

[c. 119[†]] Die vj mensis decembris.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum, de summa librarum centum que possunt expendi de presenti mense decembris.

Item, de sexaginta libris expendendis in lovio faciendo ad curiam domini Capitanei.

Presentibus testibus domino Stangno Piluccho milite d. Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Alfanus de Alfanis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad pissides et balloctas, placuit lvij secundum propositiones; nolentes fuerunt xv.

Die xij mensis decembris.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{tem} vij maiorum Artium et aliorum Sapientum congregato coram Prioribus, in domo mansionis Priorum, nuntiorum requisitione, lectis per me B. notarium quodam publico instrumento in quo continetur, qualiter Artes Becchariorum, Calzolariorum, Fabrorum et Magistrorum lapidum et lignaminum fecerunt societatem et obligationem et iuramentum, et lectis duabus provisionibus super hoc et circa hoc factis per Priores, et scriptis per ser Bonsegnorem notarium dictorum d. Priorum; dominus Mapheus Tedaldi de numero Priorum pro-

posuit: *Si*¹ viletur dicto Consilio providere et firmare in omnibus et per omnia secundum provisiones predictas, et ipsas provisiones ratificare et aprobare una cum ipsis Prioribus.

Ugho Aldobrandini consuluit secundum propositionem, et quod predicta valeant; et per ipsos Priores ultra predicta possit provideri, si expedit, pro predictorum omnium observatione et executione.

Placuit omnibus predictis Prioribus et Consilio secundum dictum predicti Sapientis. Presentibus testibus d. Rogerio de Cuona iudice et d. Boninsegna de Becchenugiis.

Die xxiiij mensis decembris.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus infrascripta; presentibus testibus domino Alberto *Taverna*² iudice Capitanei et Braccino Braccii precone, et aliis.

Primo videlicet, super bailia danda Potestati presenti et futuro, Capitaneo et Prioribus et etiam Sapientibus, secundum quod pro preteritis duobus mensibus concessa fuit: salvo quod non preiudicet nec ledat³ ordinamenta facta et fienda de v militibus et iiij peditibus et ij balistariis; et quod salarium non possit augeri.

Item, de obmissis per Capitaneum eiusque familiam et per officium Priorum, de presenti mense decembris, *prorogandis* in futurum mensem ianuarii.

⁴Item, de expensis faciendis ultra quantitatem alias ordinatam, usque in quantitatem librarum ccxj⁵ florenorum parvorum in porticu, coquina d. Capitanei, et in quodam foccholari pro domino Capitaneo.

[c. 120^r] Nutus Marignole consuluit secundum propositiones predictas.

Duccius Risaliti consuluit idem.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit lxij secundum propositiones predictas; nolentes *fuert* viij.

In eodem Consilio iuravit d. Albertus Taverna iudex dicti d. Capitanei, computato sibi iuramento per me B. notarium.⁶

Eodem die *et* testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{clm}xij maiorum Artium proposuit Capitaneus omnia predicta hodie deliberata in Consilio C virorum, ac etiam que deliberata fuerunt in Consilio C virorum die vj mensis decembris.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lvij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt ij solum.

¹ * Quid *.

² * Taberna *.

³ Il testo ha "ledant".

⁴ Precedono, nel margine, le sigle "a. n."

⁵ Qui si omette "librarum", ripetuto e non cancellato.

⁶ Questo ricordo è scritto sopra, accanto alla data di questo Consiglio.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Item, si videtur Consilio dare bailiam Capitaneo et Prioribus presentibus, et *Sapientibus*¹ quos habere voluerint, quod semel et pluries, super fraudibus et deceptionibus que committuntur in civitate et comitatu super facto extimi novi fiendi, possint providere et ordinare; et valeant et teneant² que per eos provisa fuerint.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Iacobus Giambolarius consuluit idem.

Ser Cione Ballionis consuluit idem.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali et Capitulum et aliorum Sapientum proposuit d. Capitaneus de parlamento suspendendo toto tempore eorum Prioratus: salvo si videbitur Capitaneo et Prioribus, possint ipsum facere quando et quotiens eisdem videbitur.

Iacobus Giambolarius consuluit secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Die xxvij^o decembris.

Capitaneus et Priores Artium, habito Sapientum Consilio, fecerunt et firmaverunt ordinationa cavallatarum: presentibus ambobus Militibus d. Capitanei. Reservato d. Capitaneo et Prioribus presentibus balia in predictis providendi.

Die ultimo decembris. Alibi notatum est in quodam folio banbacino.

³In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio represalias suspendere, a kallendis ianuarii proxime venturi ad unum annum; secundum quod pro preterito seu presenti anno suspense fuerunt.

Item, quomodo eligantur infrascripti officiales, videlicet xvij^o pensatores, duo Approbatores in curia domini Capitanei, duo Exactores librarum detentarum et duo notarii cum eis, vj nuntii Potestatis, vj nuntii Capitanei, iij^o nuntii Iudicis exactoris condemnationum et librarum, duo nuntii Exactorum librarum, duo nuntii Iudicis appellationum et tres nuntii Castaldorum.

Presentibus testibus d. Alberto Taverna iudice Capitanei et Braccino Braccii precone. [c. 120^o] Miglaccius pelliparius consuluit, super suspensione represaliarum, secundum propositionem; et electio officialium fiat per sextus, more solito, per presens Offitium.

Placuit quasi omnibus secundum dictum primi Sapientis.⁴

¹ * officialibus *.

² Il testo ha "teneat".

³ Precedono le sigle "a. n.".

⁴ Così il testo; talchè il notaro o tralasciò il parere d'un altro Savio, o dovea dire "dicti" e non "primi"

In nomine Domini nostri Iesu Christi, amen. Anno sue salutifere Incarnationis Millesimo ccc lxxxij, indictione sexta, die undecimo intrante mense decembris.

Universis evidenter pateat, quod coram nobili et magnifico domino domino Gentile de filiis Ursi de Urbe, Comunis Florentie honorabili potestate, Iacobinus quondam Vermilii Alfani honorabilis civis Florentie * suam * querelam exposuit et suam porrexit petitionem, inter cetera continentem: Quod magnificus vir dominus Rodulfus imperialis aule cancellarius et in Tuscia vicarius generalis, nuntius et procurator Imperii et serenissimi domini Rodulfi Romanorum regis semper Augusti, confessus et manifestus fuit se accepisse et habuisse mutuo ab ipso Iacobino quondam Vermilii Alfani triamilia quadringentos florenos auri, pro iustis necessariis et utilibus expensis Imperii et ipsius domini Regis, ac etiam eiusdem domini Cancellarii, et pro agendis negociis Imperii et predicti domini Regis, dicto Iacobino supradictam pecunie quantitatem *mutuante*, non tantum contemplatione Imperii et predicti domini Regis, verum etiam contemplatione predicti domini Cancellarii. Pro quibus tribus milibus quadringentis florenis auri et dampnis et expensis, predictus dominus Cancellarius, vicarius procurator et nuntius Imperii et dicti domini Regis, obligavit dicto Iacobino, pro se et heredibus suis, terras et possessiones Imperii, silicet plagiarum Imperii vel culmatarum fluminis Arni curie Sancti Miniatis et Ficcecchi, que sunt ex parte meridiei dicti fluminis sive circa ipsum flumen, et omnes et singulos redditus et proventus et obventiones ad Imperium et predictum Regem pertinentes in ipsis terris plagiarum seu culmatarum, seu de ipsis vel pro ipsis terris et possessionibus; ita quod ipse Iacobinus et eius heredes dictos redditus proventus et obventiones possint habere et exigere et eis uti et exercere, eosque in suam utilitatem convertere, nullo de predictis in sortem computato: prout hec et alia continentur in scriptura publica, facta manu Simonis Crivelli de Bugiano iudicis et notarii, et sigillata pendentis sigillo eiusdem domini Cancellarii. Et quod postea dictus Iacobinus concessit et locavit ad affectum Bardo quondam Benis de Sancto Miniatis omnes terras plagiarum et plagias ubicumque sint, positas in curia et districtu Sancti Miniatis, que dicuntur plagie imperiales et ad Romanum Imperium pertinentes, in termino duorum annorum, pro decem et octo modis grani in anno,¹ vel, pro quolibet modio dictorum decem et octo modiorum grani, in quolibet anno dictorum duorum annorum, libras decem florenorum parvorum: prout de hiis patet publico instrumento, scripto per ser Datum quondam Iacobi de Carraria notarium. Et quod contra iustitiam et voluntatem ipsius Iacobini, et absque aliqua iusta causa, homines dicti Comunis Sancti Miniatis habuerunt et perceperunt ipsos fructus et redditus et obventiones terrarum et possessionum plagiarum predictarum, positarum in curia et districtu Sancti Miniatis, per octo annos proxime preteritos; qui fructus redditus et obventiones ipsarum plagiarum fuerunt et sunt in summa centum quadraginta quatuor modia grani, quod granum extimat idem Iacobinus libras mille quadringentas quadraginta florenorum parvorum; et quod de ipsis redditibus et fructibus, grano seu pecunia, eidem Iacobino in aliquo non responderunt vel satisfecerunt [c. 121^r]. Et quod ad ipsius Iacobini sic iniuriati et dampnificati instantiam et petitionem, Rectores,

¹ Qui il notaro scrisse e subito cancellò, per ripeterlo appresso al suo luogo: " ut scriptum est (cancellato e mutato sopra in " patet ") in publico instrumento scripto per ser Datum quondam Iacobi de Carraria notarium".

Consilium et Comune dicte terre Sancti Miniatis, pro parte Potestatis, Capitanei, Priorum Artium, Consilii et Comunis Florentie, per litteras dicti Comunis Florentie, pluries missas, secundum formam statuti dicti Comunis Florentie, rogati et requisiti fuerunt quod predicto Iacobino civi Florentie, de predictis redditibus et proventibus, et de *expensis propterea factis*,¹ satisfacerent et satisfieri facerent, et sibi de predictis summam et breviter redderent et facerent iustitie complementum; prout in predictis litteris dicti Comunis Florentie propterea missis plenius est expressum. Quod quidem Rectores, Consilium et Comune dicte terre Sancti Miniatis facere penitus recusarunt; *sicque, predictorum occasione*,² dictus Iacobinus, ex vigore et secundum formam statuti Comunis Florentie, a prefato domino Potestate Comunis Florentie postulavit humiliter requirens et supplicans, quod prefatus dominus Potestas, pro ipso Comuni Florentie, eidem Iacobino det et concedat et dare et concedere velit ||

|| represaliam et plenam licenciam baliam et liberam potestatem reprehendendi capiendi detinendi sequestrandi et inframictendi, et capi et detineri faciendi, pro quantitate suprascripta librarum mille quadringentarum quadraginta florenorum parvorum, et pro expensis propterea factis [et fiendis, usque] ad integram solutionem et satisfactionem quantitatis iamdicte et expensarum propterea factarum, homines et personas dicti Comunis et terre, curie et districtus Sancti Miniatis, et quemlibet eorum et eorum et cuiusque eorum res et bona, personaliter et in rebus. Petens insuper formam *infrascripti* statuti dicti Comunis Florentie in predictis sibi observari debere; prout et secundum quod hec et alia in ipsa querela et petitione sic facta plenius *continentur*.³

Unde, ipsa iamdicta querela et petitione recepta visa et examinata, ac etiam instrumentis probationibus et iuribus super hoc productis, et exemplo predictarum litterarum Regiminis et Comunis Florentie, ut prescriptum est, dicta de causa missarum, nec non forma capituli Constituti Comunis Florentie de hac materia loquentis, quod positum est sub rubrica "De represaliis", et incipit "Regimen et Potestas Florentie" etc., examinatis diligenter et inspectis; et etiam plena deliberatione et examinatione habita in premissis: Predictus dominus Gentilis de filiis Ursi eiusdem Comunis Florentie potestas, auctoritate et vigore et secundum formam predicti capituli Constituti Comunis Florentie de represaliis loquentis, *et ipsius*⁴ capituli formam sequendo; in presentia et voluntate Consul^{cin}um xij maiorum Artium civitatis Florentie, in ipsius Comunis Pallatio, coram predicto domino Potestate propterea congregatorum, in hiis scriptis sententiavit et pronuntiavit fore dandam et concedendam atque dedit et concessit, pro Comuni predicto, occasionibus et iuribus antedictis, suprascripto *Iacobino*⁵ civi florentino, ibidem presenti et petenti, contra dictum Comune et homines et personas terre Sancti Miniatis eiusque curie et districtus, et eorum bona et res, represaliam et plenam licenciam et baliam et liberam potestatem reprehendendi capiendi et detinendi, sequestrandi et inframictendi, personaliter et realiter, homines et personas dicti castri et terre Sancti Miniatis eiusque curie et districtus, et quem-

¹ * ipsius dampnis et interesse propterea habitis et receptis *.

² * quare *.

³ * sunt ex *. Voleva scrivere *sunt expressa*.

⁴ * et etiam predicti *.

⁵ * Guiduccio *.

libet eorum, et eorum et cuiusque eorum res et bona, pro quantitate et usque in quantitatem et satisfactionem et solutionem quantitatis librarum mille quadringentarum quadraginta florenorum parvorum in una parte, et octuaginta florenorum auri in alia parte, pro satisfactione expensarum per ipsum Iacobinum propterea factarum. Predicta igitur sic concessa et facta fuerunt prius per ipsum Iacobinum coram predicto domino Potestate, corporali iuramento ac etiam solempni promissione, cum fideiussoria cautione, occasione predicta prestitis et factis, iuxta formam predicti capituli Constituti [c. 121⁴] de represaliis loquentis, de observando et faciendo omnia et singula que in dicto capitulo continentur; prout et secundum quod in actis Consiliorum dicti Communis, scriptis per me B. notarium subscriptum, plenius et latius est expressum. Acta fuerunt predicta in Pallatio Communis Florentie, presentibus testibus vocatis et rogatis ser Arrigho Gratie notario, Bectino olim || Bonfantis, Bartholo olim domini Albiczi de Catignano et Chele Amoniti, et aliis. Et ego Bonsegnore olim Gueczi imperiali auctoritate notarius mutinensis, et nunc Consiliorum Communis Florentie et domini Capitanei pro ipso Comuni Florentie scriba, * predictis *¹ interfui, eaque mandato domini Potestatis publice scripsi.

Quaderno V, cm. 31 × 24; mancante di uno o più fogli nel mezzo. Carte 105-123, delle quali sono bianche la 117^a e le 122 e 123. Le carte o pezzi di carta 108, 109, 111 hanno rispettivamente le dimensioni 10 × 26, 5 × 23, 15 × 22.

1291, 9 gennaio — 1292, 1 gennaio.

[c. 105^r.] Sancti Spiritus nobis adsit gracia amen.

In Dei nomine, amen. Millesimo cc^o lxxxxj, indictione v̄. Liber continens proposita provisiva ||firmata|| et edita in Consilio C^{orum} CC et LXX^{im} XX^{im} Communis Florentie, breviter et summarie notata. Tempore regiminis domini ||Scelli domini Bar||tholecti de Spoleto potestatis civitatis et Communis Florentie.

²Die viiiij mensis ianuarii.

In Consilio LXXX^{im} et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium aprobata fuerunt ordinamenta Potestatis, valitura usque ad kallendas iulii proxime venturas (salvo quod si aliqua essent contra statuta, in ea parte non valeant), ad scrupitinium, secundum formam statutorum; et placuerunt lxxxvij^{im}, uno solummodo contradicente. Presentibus testibus Cisti Mafferelli et Cambiuccio Venture nuntio Pallatii, et aliis.

Die x^o mensis ianuarii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Iacobinus de Spoleto iudex et collateralis assessor dicti d. Potestatis: Quid videtur Consilio providere super ambaxiata Communis Pistorii, in presenti Consilio exposita et facta per ambaxiatores eiusdem Communis

¹ * hiis omnibus *.

² Precede uno spazio bianco di almeno sei righe.

Pistorii. Que continet: Quod Comuni Florentie placeat habere excusatum Comune Pistorii, si ad plenum non respondit ambaxiatoribus Comunis Florentie, super facto tallie firmande: item, si non respondit dictum Comune Pistorii aliis ambaxiatoribus Comunis Florentie transmissis occasione sindicatus d. Monaldi militis dicti d. Potestatis, olim potestatis Comunis Pistorii, ad ea que petita fuerunt super hoc.

Item, suspensionem represaliarum firmatam per Consilium Capitanei.

Presentibus testibus Cisti Mafferelli et Duccio Francisci preconibus Comunis, et aliis.

D. Tegrimus de Maczighis consuluit secundum propositionem, super suspensione represaliarum. Item, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum Sapientibus quos et quot habere voluerint, provideant super ambaxiatis predictis.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis, factis partitis particulariter.

Die xv^o mensis ianuarii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, ea que deliberata sunt in aliis Consiliis super bailia danda Prioribus super militibus conducendis pro tallia et quocumque alio modo, et super Capitaneo eligendo, uno vel pluribus.

Item, super ordinamentis faciendis contra facientes guerram etc.

Presentibus testibus Tura del Grillo preconis Comunis et Cambiuccio Venture nuntio, et aliis.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quodam folio bambaxie.

In Consilio generali Comunis proposuit Spina de Spinis prepositus Priorum ea que deliberata fuerunt in Consilio Capitanei super oblatione carceratorum.

Ser Noddus Arrighi consuluit secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

[c. 105^o] Die xxiii^o mensis ianuarii. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis per d. Potestatem, Priores et Consilium constituti fuerunt syndici, quos et quot Priores voluerint, ad eligendum et conducendum Capitaneum unum et plures, militum tallie et aliorum militum, et ad ipsos milites conducendos in numero et quantitate que videbitur Prioribus, et ad pacta et conventiones de quibus iidem syndici vel alter eorum cum ipso Capitaneo seu Capitaneis seu militibus concordabit.

Presentibus testibus d. Iacobino assessore Potestatis et Tura del Grillo preconis Comunis, et aliis.

Die veneris primo februarii.

In Consilio generali Comunis proposuit Daviczinus Rinerii camerarius Comunis Florentie: Si videtur Consilio quod Camerarii possint facere infrascriptas expensas.

Primo, de solutione iij cavallatarum ultimo impositarum, ad rationem l florenorum auri per annum et ad rationem anni.

Item, de ij^o libris expendendis in reparatione Pallatii.
 Item, de x^{oem} libris expendendis in quadam curia mensuratorum et magistrorum Comunis, facienda pro Comuni.
 Item, solutionem Gerardini d. Verdini, pro se et suis militibus, pro uno mense preterito.
 Item, de xx^o libris solvendis ser Iacobo Iohannis, pro exemplatura unius Statuti.
 Item, petitiones emendationum equorum cavallatarum pro tempore preterito et futuro; absolutis et lectis capitulis contradicentibus.
 Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum propositiones.
 Placuit lxxxij secundum propositiones, nolentes fuerunt xx^o.
 Presentibus testibus Duccio Francisci precone Comunis et Lapo Compagni nuntio Priorum.

Eodem die et testibus, et presente d. Iacobino nuntio Potestatis. Alibi notatum in quodam folio.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, petitionem Sex de blado.
 Item, petitionem creditorum Francisci super licentia Francisci Boninsegne, pro termino unius mensis et dimidii.
 Item, super petitione solutionis xij^{oem} denariorum pro libra pro exbannitis et condempnatis.
 Item, super notario coadiutore dando michi notario, scilicet Antonium filium meum.
 D. Bindus de Cavalcantibus consuluit secundum propositiones predictas, absolutis capitulis.
 Tornaquinci filius Bonsostegni consuluit, acquievit dicto predicti Sapientis.
 Placuit quasi omnibus secundum dictum domini Bindi predicti.
 Item, in hoc Consilio, constitutus fuit syndicus pro denunciatione facienda Capitaneo.¹

Die viij^o februarii. ¶ Alibi notatum ¶ est in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus dominis Prioribus.
 Primo videlicet, de sindico seu sindicis transmitendis ad Curiam.
 Item, de salario ambaxiatorum transmitendorum ad summum Pontificem.
 Item, de non remitendis in carceribus illis quibus pes amputatur.
 Item, super facto Iud.² domini Potestatis.
 Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum propositiones predictas.
 Facto partito ad sedendum et levandum per predictum d. Potestatem, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Sapientis.
 Presentibus testibus³ Duccio Francisci precone Comunis et Donato Rinaldi⁴ nuntio Pallatii, et aliis.
⁵Item constituti fuerunt syndici ad predicta.⁶

¹ Questo ricordo è scritto sopra, di seguito alla data.

² Si lascia la parola abbreviata, nell'incertezza della desinenza: "Iudicis" o "Iudicum".

³ Qui è un "domino" cancellato.

⁴ Precedono nel margine le sigle "a. n."

⁵ Qui è un "p", principio di *precone*, cancellato.

⁶ Questo ricordo è aggiunto sopra, avanti a "Ser Ninus" ec.

[c. 106^r] Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas infrascripta.

Primo videlicet, negotium ser Guidonis de Calestano.

Item, negotium tubatorum.

Item, petitionem Gianuczi de la Sveglia et socii sui.

Item, petitionem Cipollini mariscalchi.

Item, petitionem canevariorum salis.

Presentibus testibus Duccio Francisci precone Communis et Donato Rinaldi nuntio Pallatii, et aliis. Et ego B.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Die xii^o februarii.

In Consilio generali Communis proposuit Daviczinus Raynerii camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, omnia infrascripta.

Primo videlicet, petitionem emendationis equi Vanni Bernardi soldati.

Item, solutionem Scolarii de Tosinghis, olim castellani castris Montis Luci et suorum peditum.

Item, solutionem Cinghi Altoviti, olim castellani Leccii.

Item, solutionem Neri quondam Pepi, olim castellani Pietre Sancte et suorum peditum.

Item, petitionem Bonaccursi Vilanuczi et notarii sui.

Item, petitionem Iudicum curriarum.

Item, petitionem officialium vini.

Item, petitionem officialium Superstitum operis Pallatii.

Item, tres petitiones nuntiorum.

Item, *tres*¹ petitiones Aprobatorum in curia domini Capitanei.

Item, petitionem domini Fornarii de Rubeis, olim consilarii domini Amalrici.

Item, petitionem domini Bindi d. Bonaccursi, olim consilarii d. Amalrici.

Item, emendationem equi domini Capitanei, in quantitate ^l florenorum auri.

Presentibus testibus Tura del Grillo precone Communis et Donato Rinaldi nuntio Pallatii, et aliis.

Dominus Guido de Canigianis iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, primo super emendatione equi domini Capitanei, placuit. secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt[†]

Die xxj^o februarii. Signati per "d. cl."² non interfuerunt Consilio.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas de bailia danda d. Potestati, Capitaneo et Prioribus,³ usque ad medium mensis aprilis proxime venturi.

¹ * quatuor *.

² * cl. *.

³ Il testo ha "d. Pot. Capit. et Priorum".

Presentibus testibus d. Iacobino iudice et collateralis assessore dicti domini Potestatis et Lapo Florecti precone Communis, et aliis.

Dominus Synibaldus de Tornaquincis surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito per dominum Potestatem ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Item, constituti fuerunt syndici Massarii Camere ad faciendum ea que sunt sibi commissa secundum modum solitum, et ad conducendum stipendiarios equites et pedites secundum provisionem Priorum. Quorum Massariorum nomina sunt hec: Traccha Spemendei populi Sanctorum Appostolorum et Bracius Burnelli populi Sancti Petri Maioris.

Item, constitutus fuit syndicus ad apprehendendum bona et iura Communis, et alia facienda circa hoc, ille quem Priores eligerint.

[c. 106⁴] Die xxij february.

In Consilio generali Communis proposuit Michus del Capone camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de solutione facienda Guilielmo Catalano, pro se et uno alio constabili et centum militibus, computatis personis eorum in dicto numero.

Dominus Banchus de Cavalcantibus consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas super predicta propositione, placuit cccj secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xxij.

Presentibus testibus Lapo Florecti precone Communis et Donato Rinaldi nuntio Pallatii, et aliis.

Die x^o martii.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Lapus Saltarelli de numero Priorum:

Quomodo eligi debeant quatuordecim boni¹ viri qui debeant eligere Potestatem futurum pro sex mensibus proxime venturis, initiandis in kallendis iullii proxime venturis.

Presentibus testibus ser Lapo de Mugnone notario Priorum et Cisti Mafferelli precone Communis, et aliis.

Dominus Guidoctus de Canigianis iudex consuluit, quod Priores eligant dictos quatuordecim bonos viros qui eligant Potestatem, et electio quam fecerint valeat et teneat.

Facto partito per predictum dominum Lapum super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Guidocti.

Die xj^o martii. Alibi notatum est in || ||.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas infrascripta.

Primo videlicet, *quod* provisiones et ordinamenta per quosdam Sapientes edita super officium Sex de blado potuerint fieri, et valeant et teneant ac² si facta fuissent infra terminum statutum, videlicet infra quindecim dies mensis ianuarii.

¹ Il testo: "bu oni".

² Il testo: "hac".

Item, de aprobando et firmando ordinamenta edita contra exbannitos et condempnatos Comunis Florentie.

Presentibus testibus *d. Iacobino assessore Potestatis *¹ et Cisti Maffarelli preconne Comunis, et aliis.

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum per dominum Potestatem super predictis, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Dini.

²Item constitutus fuit syndicus ad denuntiandum electionem Potestati futuro.

Die xij martii.

In Consilio generali Comunis proposuit Michus del Chapone camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, omnia infrascripta.

Primo videlicet, approbationem ordinamentorum exbannitorum, quo ad expensas.

Item, negotium Iudicis Gallurie, videlicet peditum transmitendorum ad custodiam castri de Peciole.

Item, solutionem comitis Manentis.

Item, solutionem Stephani de Bibiena.

Item, petitiones nuntiorum d. Potestatis et Capitanei et Iudicis appellationum et Sindici.

Item, emendationem equi Nixii de masnada comitis de Sartiano, in quantitate xxx florenorum auri.

Item, petitionem canevariorum salis et eorum notarii.

Item, petitionem Ruffoli de Ruffolis et socii sui et eorum notarii exactorum librarum detemptarum.

Item, petitionem Ticcii Bongiovanni et Bonaccursi Sachi eius notarii exactorum librarum detemptarum.

Item, petitionem officialium deputatorum ad consignandum equos cavallatarum, et eorum notarii.

Item, petitionem Mandati Pilastri et ser Manentis Cambii notarii, exactorum librarum detemptarum.

Item, petitionem Superstis Pontis Sancte Trinitatis et notarii sui.

Presentibus testibus Cisti Maffarelli preconne Comunis et Sanella Orlandi nuntio Pallatii, et aliis.

[c. 107^r.] Lippus domini Adimari consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis ad pissides et balloctas, et primo super facto ordinamentorum exbannitorum, in quantum ipsa ordinamenta locuntur de expensis faciendis, placuit clxxxvij; nolentes fuerunt cxxij: super quibus partitum non obtinuit.

Item placuit cxxvij, super custodia castri de Pecciole, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt lxxxvij.

Item, super solutione comitis Manentis et Stephani de Bibiena, et super emendatione equi Nixii predicti, placuit cclxxxij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxxj.

¹ * ser Lapo de Mugnone notario Priorum *.

² Precedono nel margine le sigle "a. n."

Item, super aliis omnibus, placuit ccxviiiij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt lxxxxv.

Die xiiiij martii.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, die xij martii; excepto negotio domini Micchaelis de Aretio. Presentibus testibus d. Iohanne milite dicti domini Potestatis et Cisti Maffarelli precone Comunis, et aliis.

Alexius Rinaldi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Alexii.

Die xxiiiij martii.

In Consilio generali Comunis proposuit Potestas: Si videtur dicto Consilio quod Duccio Burnecti de Pistorio fiat, et eius fideiussoribus, finis et refutatio, pro Comuni Florentie, de obligatione et promissione certe quantitatis salis, quam dare tenebatur, certo termino iam elapso; de quo sale iam recepit pretium a dicto Comuni seu ab officialibus dicti Comunis: dummodo restituat pretium illius quantitatis salis quam non assignavit, et dummodo faciat finem¹ dicto Comuni, sicut plenius fieri poterit.

In Millesimo cc lxxxxiij, die xxv martii.

Die xxvij martii.

In Consilio generali Comunis proposuit Michus del Capone camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, omnia infrascripta.

Primo videlicet, pagam domini Micchaelis de Arectio et militum suorum.

Item, pagam² domini Gianni de Borghongnia et suorum militum, ad solitam rationem.

Item, de cc libris expendendis in reparatione Pallatii domini Potestatis.

Item, de xx libris dandis ser Filippo Bonfantini de Sexto notario, pro exemplatura Statuti novi domini Potestatis.

Item, petitionem Superstitum carceris Palleacze et eorum custodum.

Item, petitionem officialium ad scribendum pedites comitatus Florentie, et eorum notarii.

Item, petitionem Officialium vini.³

Item, petitionem Bonaccursi Vilanuczi et notarii sui.

Item, petitionem Iudicum curiarum.

Item, emendationem equi domini Capitanei.

Item, emendationem equi Vanni de masnada Stephani de Bibiena.

Item, petitionem nuntiorum Capitanei guerre.

Item, petitionem nuntiorum Iudicis appellationum et Sindici.

¹ Il testo ha "finis".

² Il testo: "paga".

³ "Item petitionem Officialium vini" è ripetuto, crediamo per errore; e però si omette.

Item, petitionem domini Bindi d. Bonaccursi de Adimaris.
 Item, petitionem domini Fornarii de Rubeis.
 Item, petitionem officialium Superstitum operis Pallatii et eorum notarii.
 Item, petitionem Scolarii de la Tosa, olim castellani Montis Luci, et suorum peditum.
 Item, petitionem Cinghi domini Altoviti olim castellani castris de Leccio.
 Item, petitionem Neri quondam Pepi, olim castellani Pietre Sancte, et peditum suorum.
 [c. 107¹] Item, * tres *¹ petitiones Aprobatorum Communis in curia domini Capitanei.²
 Presentibus testibus Cisti Maffarelli et Duccio Francisci preconibus Communis, et aliis.
 Alexandrus domini * Fortebraccii *³ de Busticis consuluit secundum propositiones predictas.
 Ser Rustichellus Bernardi notarius consuluit secundum propositiones predictas, salvo de petitionibus Aprobatorum.
 Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit cxxxiiij, super emendatione equi domini Capitanei, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt clxxij.⁴
 Item, placuit celxxvj super solutione domini Michaelis de Aretio et domini Gianni de Borghongnia, et de ducentis libris expendendis in opere Pallatii, et de xx libris dandis ser Filippo pro exemplatura Statuti domini Potestatis, et de emendatione equi Vanni soldati, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxx.
 Item placuit ciiij, de solutione facienda Aprobatorum, secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt cc.
 Item, super aliis omnibus, placuit * cc *⁵ secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt ciiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas infrascripta.
 Primo videlicet, si videtur dicto Consilio quod finis fiat pro Comuni Florentie Duccio Burnecti de Pistorio et eius fideiussoribus de obligatione et promissione certe quantitatis salis, quam dare tenebantur Comuni Florentie certo termino iam elapso, de quo sale iam recepit precium a dicto Comuni seu ab officialibus dicti Communis; dummodo restituat precium illius quantitatis salis quam non assignavit, et dummodo faciat finem⁶ dicto Comuni, sicut plenius fieri poterit: et quod syndicus constituatur pro Comuni Florentie ad predicta facienda pro dicto Comuni.
 Item, si placet Consilio quod spie que capte fuerint, si venerint a partibus Pisanis, si masculus fuerit, condempnetur in libris centum florenorum parvorum; et si non solverit condempnationem infra decem dies a die condempnationis in antea, amputetur sibi pes: et si mulier fuerit, condempnetur in libris quinquaginta florenorum parvorum, et moretur in carceribus donec solverit condempnationem.⁷

¹ * due *.

² Segue un altro "Item" cancellato.

³ * Ormanni *.

⁴ Qui si omette "Item, super aliis omnibus, placuit. . . . secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt" perchè è cancellato e ripetuto appresso coi numeri de' votanti, in fine del Consiglio.

⁵ * cciiij *.

⁶ Il testo ha "finis".

⁷ Qui si omette "Item constitutus fuit syndicus ad predicta", cancellato e ripetuto appresso in fine del Consiglio.

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit secundum propositiones predictas.
Facto partito ad sedendum et levandum super predictis per dominum Potestatem, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Palmerii.
¹Item constitutus fuit syndicus ad predicta facienda.

Die ultimo martii.

In Consilio generali Comunis proposuit Potestas, presentibus Prioribus, ea que deliberata sunt per Consilia antedicta super facto illorum ^{olim} xij qui habent cavallatas, liberandis et absolvendis.

Item, quod d. Iacobus de Rubeis electus capitaneus Montispulciani pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis maii venturi, possit acceptare dictum regimen.

Pierus Fey Bonrehati consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Presentibus testibus Duccio Francisci et Tura del Grillo preconibus, et aliis.

Eodem die et testibus. In eodem Consilio commisse fuerunt imbreviature olim ser Bonaventure filii d. *Tholomei*² iudicis in ser Massarium notarium.

[c. 108]³ Dominus Tolomeus iudex filius domini Aldobrandini iudicis, pater et etiam heres ser Bonaventure iudicis et notarii quondam filii sui, petit a vobis domino Potestate civitatis Florentie quatenus, secundum formam statuti, committatis in ser Massarium Ranerii de Montaguto, iudicem et notarium, omnes et singulas inbreviaturas, protecolla et acta olim per dictum ser Bonaventuram rogata,⁴ et scripta per eum in quaternis vel cedolis; quod dictus ser Massarius ipsas scripturas et acta possit complere et in publicam formam⁵ reducere et restituere, et alii vel aliis committere, in totum et in partem, et sicut ipse, si viveret, aliis committere posset.

⁶ Per Potestatem Florentie commisse fuerunt.

[c. 110^r.] Die v̄ mensis aprilis.

In Consilio generali Comunis proposuit Potestas de oblatione carceratorum, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

⁷Item de bailia danda Iudicibus et Militibus Potestatis pro facto Ampenane.

Item, de condemnando in duplum illos ad quorum⁸ manus pervenit de avere Comunis, usque ad octo dies.

Ser Benincasa Struffaldi consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Presentibus Cisti Maffarelli et Lapo Florecti preconibus.

¹ Di fronte, nel margine esterno, sono le sigle "a. n."

² * Aldobrandini *.

³ Polizza scritta d'altra mano.

⁴ Nel testo manca a questa parola, per uno scorcio di penna, l'ultima sillaba *ta*.

⁵ Qui è ripetuto per errore, e non cancellato, "publicam".

⁶ Della mano di ser Bonsignore.

⁷ A questa proposta pare si riferisca un ricordo scritto nel margine interno, che dice: "Positum fuit in quaterno Capitanei".

⁸ Il testo ha "quos", che il notaro avrebbe dovuto correggere avendo poi aggiunto "manus".

Die viiiij^o aprelis. Alibi notatum est in quodam folio banbacino.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas omnia infrascripta.

¹Primo videlicet, si videtur et placet dicto Consilio quod quilibet confinatus seu rebellis vel exbannitus civitatum, castrorum seu comitatum Societatis Tuscie debeat, infra quinque dies, recedere et se separare a civitate et comitatu Florentie, sub pena d'librarum vel amissionis pedis: salvo quod predicta locum non habeant in hiis vel contra illos qui in civitate vel comitatu Florentie alibrati fuissent ante quinque annos proxime preteritos.

Presentibus testibus d. Iohanne milite dicti domini Potestatis et Tura del Grillo preconone Comunis, et aliis.

Dinus Pecora consuluit secundum propositionem. Hoc addito, quod terminus sit a tempore Cardinalis retro.

Facto partito per dominum Potestatem ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Item, constituti fuerunt syndici Massarii Camere.

[c. 109]² Donus quondam³ de Barberino et Cante quondam Filippi de Sisis, massarii nunc electi de novo, petunt esse syndici ita quod possint exercere ea que expediunt per officium eorum.

[c. 110^o.] Die x^o aprelis. Alibi notatum est in quaterno Camere et in quodam *alio*⁴ folio.

In Consilio generali Comunis proposuit Gherardus del Bello camerarius Comunis, pro se et sociis suis, omnia infrascripta.

Primo videlicet, negotium Marchionum de Valliano.

Item, emendationem equi domini Dantis de la Schala.

⁵Item, petitionem Masini de Rubeis.

Item, petitionem Exactorum libre.

Item, petitionem Sex de blado.⁶

Presentibus testibus ser Lapo de Mugnone notario Priorum et Tura del Grillo preconone Comunis, et aliis.

Ser Noddus Arrighi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclxv^o secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xliij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit Gherardinus Deodati de numero Priorum, pro se et sociis suis, infrascripta.

¹ Precedono in margine le sigle " a. n. ".

² Polizzino scritto d'altra mano.

³ Manca il nome del padre.

⁴ * medio *.

⁵ Precedono, aggiunte sopra tra rigo e rigo, le sigle " a. n. ".

⁶ Segue, aggiunta dopo, la data " Die xxviiij martii ", che è forse quella della petizione.

Primo videlicet, negotium illorum de Squarcialupis.
 Tornaquinci Bonsostegni consuluit secundum propositionem predictam.
 Facto partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum propositionem predictam.¹

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quodam medio folio, et in quodam alio folio.

In Consilio generali Comunis proposuit Potestas negotium Marchionum, et de sindico constituendo.

Ser Rugerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.
 Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Rogerii.

²Item constituti fuerunt syndici ad predictam pacem faciendam.

[c. 110⁴] Die xij^o aprilis. Alibi notatum est in quodam medio folio et in quaterno bacino signato per “d”.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta.

Primo videlicet, negotium pacis tractate et faciende in Curia, secundum quod firmatum est per alia Consilia; et quod syndicus constituatur ad hoc.

Item, de exercitu firmando in parlamento contra hostes et de sindico constituendo ad hoc, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Item, quod condempnati in xxv libris vel ab inde infra, solvendo id quod solvere tenentur Comuni per formam statuti vel ordinamenti, eximantur de bannis et condempnationibus, sine aliqua commissione facienda, secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei.

Item, de salario ambaxiatorum qui sunt in Curia Romana, eis solvendo ad rationem librarum trium florenorum parvorum per diem, pro quolibet eorum; dummodo non excedat quantitatem sexaginta librarum.

Presentibus testibus d. Iacobino de Spoleto assessore d. Potestatis et Tura del Grillo precone Comunis, et aliis.

Dominus Lapus de Manellis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per d. Potestatem ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item constituti fuerunt syndici ad predicta facienda.

Die xiiij^o aprilis.

In Consilio generali Comunis proposuit Gherardus del Bello camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de solutione facienda Guilielmo Catalano et suis militibus, pro duobus mensibus, ad solitum modum, inceptis die x^o presentis mensis aprilis.

¹ Si omette “Item constitutus fuit syndicus ad predictam pacem faciendam”, cancellato e ripetuto, con un cangiamento, in fine del seguente Consiglio.

² Precedono, nel margine, le solite sigle “a. n.”.

Item, de solutione et expensis duodecim librarum faciendis pro via mitenda post Burgum Omnium Sanctorum.

Item, de solutione facienda Sex de blado qui fuerunt de mensibus octobris et novembris, secundum eorum petitionem.

Item, de solutione facienda Benghi domini Albiczi de Rubeis, olim castellano castris Montecchi, et decem suis peditibus, ad rationem sex dierum, silicet ad rationem librarum decem florenorum parvorum pro dicto Castellano, et duorum florenorum auri pro quolibet ditorum peditum, per mensem et ad rationem mensis.

Item, petitionem Rectorum vinateriorum.

Item, de solutione facienda quadraginta *sex*¹ peditibus, qui steterunt ad custodiam castris de Pecciolle, pro decem et novem diebus, ad rationem soldorum trium et denariorum sex florenorum parvorum pro quolibet eorum, per diem.

Presentibus testibus Tura del Grillo *et* Lapo Florecti preconibus Comunis, et Durante Aldobrandi nuntio Pallatii.

Ser Noddus Arrighi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

*Facto partito*² super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclv secundum propositiones; nolentes fuerunt xxxv.

[c. 112^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas omnia infrascripta, presentibus Prioribus.

Si videtur et placet dicto Consilio quod reformatio alias facta contra exbannitos, rebelles vel confinatos Comunium Societatis Tuscie, non inteligatur neque locum habeat nisi solummodo contra exbannitos, rebelles seu confinatos pro parte Ghibelina.

*Item quod ipsa reformatio non habeat locum contra aliquos confederatos alicuius ditorum Comunium qui sit*³

Mari de Alleis consuluit, quod predicta provideantur per dominos Priores, secundum quod eisdem videbitur convenire.

Bectus del Biecho consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito per dominum Potestatem ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

[c. 111]⁴ Guccius filius quondam ser Venture Ugonis de Canto notarius exponit vobis domino Scello honorabili potestati civitatis Florentie, quod dictus ser Ventura olim pater eius decessit, relictis inbreviaturis et protocollis suis non commissis alicui notario. Quare petit a vobis quatenus, ex officio vestro et sicut tenemini ex forma capituli Constituti Comunis Florentie, velitis ipsas inbreviaturas et protocolla committere ser Bene notario filio Iacobi de Varazzano, ad complendum et ea cancellandum et restituendum illis ad quos pertinent, secundum illum modum et illam formam quem et quam dictus ser Ventura fecisset et complevisset, seu secundum comunem modum civitatis Florentie. Et predicta petit omni modo et iure quibus melius petere potest.

¹ *novem*.

² *Factis partitis particulariter*.

³ Segue uno spazio bianco di sei versi.

⁴ Polizza d'altra mano.

¹ Die xviii^o aprilis, commisse fuerunt imbreuiature predicte per d. Scellum potestatem; presentibus testibus Duccio Francisci et Lapino Guidonis preconibus, et aliis.

[c. 112^o.] Die xviii^o mensis aprilis. Alibi notatum est in quaterno Camere, et in quadam pecudina carta.

Hac die commisse fuerunt imbreuiature ser Bene de Varaczano.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, ea que heri deliberata fuerunt in Consilio C et domini Capitanei super bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus super facto guerre.

Item, super eo quod pecunia dogane salis possit et debeat dari Camerariis per Offitiales dicte dogane, secundum quod per alia predicta Consilia firmatum est.

Item, si videtur dicto Consilio quod electio Potestarie Comunis Castillionis Aretini, concessa d. Prioribus et Comuni Florentie, pro uno anno initiando in kallendis mensis maii proxime venturis,² celebranda de duobus viris nobilibus de Parte Guelfa, civibus florentinis, uno videlicet pro primis sex mensibus et alio pro aliis sex mensibus, *acceptetur*; et quomodo et per quos, nomine dicti Comunis, dicta electio debeat celebrari: lectis licteris ipsius electionis in presenti Consilio.

Item, quid videtur dicto Consilio provideri debere super facto Ampanane, pro dicta terra obtinenda: narratis hiis que facta sunt.

Presentibus testibus Duccio Francisci et Lapino olim Guidonis preconibus, et aliis.

Item in eodem Consilio constituti fuerunt sindici, quos Priores voluerint nominare, ad conducendum milites et pedites ad stipendia Comunis, secundum provisionem Priorum, videlicet Massarii Camere.

³ Item constituti fuerunt sindici ad presentandum electionem Capitaneo tallie electo vel eligendo, et ad faciendum promissionem et preceptum⁴ ipso Capitaneo et militibus, secundum provisionem et deliberationem Priorum et illorum Sapientum quos habere voluerint.

Item proposuit Potestas, si videtur Consilio quod Teri olim Trinccie Orlandi absolvatur et absolutus sit ab hiis que gessit et fecit de pecunia ad eum⁵ perventa ab exbanitis et condempnatis, et de solutionibus factis apostatoribus et Camerariis: lecta ipsa ratione, visa et facta per Pellam Gualduccii, Deum Bonfiglioli, Batem Tornabelli, Pierum Fey Bonrehati et Nerium Lapi Arrighi et Lapum d. Bonfantini, ad hoc positos per Priores; et lecta per ser Donosdeum Dati notarium in presenti Consilio.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, super predicta ultima propositione facta super facto Tieri, secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Nutus Marignole consuluit, quod electio Potestarie Castillionis acceptetur et fiat per Potestatem, Capitaneum et Priores, et valeat quicquid fecerint ac si factum esset per omnia Consilia. Item, de bailia danda, et de pecunia salis, secundum propositiones.

¹ Scritto da ser Bonsignore, in calce della polizza.

² Qui si omette " dummodo unus eligatur per Priores ", cancellato.

³ Precedono nel margine le solite sigle " a. n. ".

⁴ Così penso volesse definitivamente scrivere il notaro. Il testo ha " recip " alla fine d'un verso (con l'abbreviatura sul *p* che vuol dire " pre ") e " tum " al principio dell'altro verso. Sembra che prima volesse scrivere *recipiendum* e poi mutare in *preceptum*, e che per la fretta non correggesse.

⁵ Il testo ha " eos " poi corretto, ma non chiaramente.

* Item, quod Potestas, Capitaneus et Priores provideant super facto Ampenane secundum quod viderint convenire *.¹

Placuit quasi omnibus secundum propositiones et dictum predicti Sapientis.

[c. 112⁺] || Die || aprilis, in hora vespertina. Alibi notatum est in quodam quaterno bambacis et in quodam folio.

|| In Consilio generali Comunis proposuit d. || Potestas, presentibus Prioribus,² ea que firmata sunt super feriis indicendis.

³ Item, de arnensibus || ||.

Item, quod d. Gianni d. Bernardi de Adimaris possit acceptare regimen Castellionis Aretini || || mensis maii.

|| Presentibus testibus || preconone Comunis et Lapino olim Guidonis preconone dicti Comunis.

|| || consuluit secundum propositiones predictas.

|| || consuluit idem. Hoc addito, quod questio armorum et equorum possit cognosci, non obstantibus antedictis.

|| Placuit d. || Guidocti predicti.

Die penultimo aprilis. || Alibi notatum est || in quaterno Camere.

In Consilio generali Comunis proposuit Cieffus de Becchenugiis camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis: Si videtur Consilio quod ij^m vij^o floreni auri per Camerarios solvantur illi persone que videbitur officio Priorum, secundum quod firmatum fuit per alia Consilia.

Item, de solutione facienda d. Rogerio de Lilla, pro se et suis militibus, secundum quod firmatum fuit per alia Consilia.

Ser Chiarus de Varaczano consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ij^o xliiij^o secundum propositiones, nolentes fuerunt xlvj^o.

Presentibus testibus Duccio Francisci et Donato Renaldi nuntio Priorum.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas ea que per alia Consilia firmata sunt super facto Ampenane, scilicet de bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus cum Sapientibus, siquos habere voluerint.

Item, de libra imponenda et exigenda, ad rationem librarum sex et soldorum v^o pro centonario.

Ser Clarus de Varaczano consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas; factis partitis particulariter.

Item constituti fuerunt syndici ad predicta.

¹ * Super facto Ampenane consuluit *.

² Qui, sovrapposte al rigo, sono le sigle "a. n.".

³ Anche qui sono sovrapposte al rigo le sigle "a. n.".

Die iovis primo mensis maii. Alibi notatum est in quodam folio banbacino.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus: Quomodo eligantur sex syndici pro sindicando Capitaneum veterem eiusque familiam, et unus syndicus pro Comuni ad petendum pro Comuni; et advocati Comunis, et¹ si esse debent tres vel quatuor.

Presentibus testibus d. Bartholino iudice Potestatis et Duccio Francisci precone, et aliis. Andreas de Cavalcantibus consuluit, quod in presenti Consilio et per presens Consilium eligantur, sorciendo per sextus predictos officiales; et advocati sint quatuor.

Ser Andreas ser Filippi consuluit, *quod auctoritate presentis Consilii, electio predictorum fiat per Priores*.²

D. Guidoctus de Canigianis consuluit, quod eligantur predicti omnes per presens Consilium, per sextus, terminato ad sortes in quibus sextibus fieri debeant.

Ser Rustichellus Bernardi consuluit, quod predicti eligantur per Potestatem et Priores; et valeat electio.

D. Farina de Adimaris consuluit, quod sex syndici eligantur in presenti Consilio, per sextus; et alii eligantur per Priores.

Dinus Pecora consuluit, quod eligantur omnes per Priores.

Facto partito, placuit q.³ secundum *dictum Dini predicti*⁴

⁵Item constitutus fuit syndicus ad predicta.

[c. 113^r.] Die v̄ mensis maii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. *Henricus*⁶ iudex d. Potestatis, presentibus Prioribus: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Vulterre, in presenti Consilio exposita per Nerium ambaxiatorem dicti Comunis, presente d. Guilliemo eius consotio.

Presentibus testibus d. Bartholino⁷ iudice Potestatis et †

D. Arrighus del Boccaccio consuluit, quod predicta remaneant in Potestate et Prioribus et Capitaneis guerre, et aliis Sapientibus quos et quot habere voluerint.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod iij milites et ij pedites de civitate Florentie, qui eligantur ad sortes, mittantur ad custodiam civitatis Vulterre, absque solutione aliqua habenda.

D. Benghi de Bondelmontibus consuluit, quod servitium et auxilium petitum per illos de Vulterra fiat eisdem: tamen, || || et in qua quantitate fieri debeat, remaneat et sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus et illis Sapientibus quos et quot habere voluerint.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Benghi et d. Arighi.

¹ Qui è un "quot" cancellato. Voleva scrivere *quot esse debeant*.

² *Secundum propositionem*. Questo è il precedente consiglio del Cavalcanti paiono cancellati. Ed è pur cancellato "Ser Rustichellus Bernardi consuluit", che immediatamente segue, e che il notaro riscrisse dopo col suo consiglio.

³ In bianco. Pare volesse scrivere *quasi omnibus*.

⁴ *propositionem predictam*.

⁵ Sopra, tra rigo e rigo, le sigle "a. n."

⁶ *Bartholinus*.

⁷ Qui avea cominciato a scrivere *assessore* ("ass"), e cancellò.

Die vij^o mensis maii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Arrighus iudex d. Potestatis: Quid videtur Consilio providere super quantitate xl^v florenorum auri et soldorum xxviii^o florenorum parvorum pro restitutione gabelle ij^o vij^o florenorum auri solutorum pro facto Ampe-
nane.

Item, de xiiij^o libris et soldis x^o florenorum parvorum solvendis Cerre albergatori, pro pensione more quam fecit d. Capitaneus presens in hospitio suo per viiiij^o dies.

Item, petitionem Sex preteritorum de blado, super facto trium modiorum grani fetidi. Presentibus testibus d. Bartholino iudice Potestatis et Albiczone Redde precone Comuni, et aliis.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, facto partito.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit predictus d. Arrighus iudex Potestatis: Quid videtur Consilio providere super petitione nuntiorum Potestatis et Capitanei et duorum nuntiorum Iudicis appellationum, pro preteritis duobus mensibus.

Item, de solutione xv^o librarum facienda d. Accerito pro facto exercitus.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, facto partito ad sedendum et levandum.

Die xxiiiij^o maii.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus, infrascripta.

Primo videlicet, super securitate danda Comitibus de Mangone vel alicui eorum venientibus ad exercitum, et eorum fidelibus ad exercitum venientibus. Item, aliis exban-
nitis civitatis et comitatus Florentie, pro tempore et termino et modo et forma firmatis in Consilio Centum virorum, ac etiam in Consilio generali et speciali domini Capitanei.

Item, de licentia danda d. Locteringho de Gherardinis, electo potestati civitatis Vulterre pro sex mensibus venturis, iniciandis in kallendis mensis iulii proxime venturi.

Dominus Bindus Iera de Cavalcantibus consuluit secundum propositiones.

Facto partito ad sedendum et levandum super predictis per dominum Potestatem, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Bindi.

Presentibus testibus Duccio Francisci precone Comunis et Tuccio Rodulfi nuntio Priorum, et aliis.

[c. 113^o] Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quaterno Camere, et in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta.

¹Primo videlicet, petitionem Ghani Forensis.

Item, petitionem Cipollini marischalchi.

Item, petitionem nuntiorum dominorum Priorum.

²Item, petitionem trium nuntiorum domini Capitanei futuri.

Item, petitionem ser Guidonis Iacobi et ser Orlandi Iohannis medicorum.

Item, petitionem Naccii calzolarii.

Dominus Bindus Iera de Cavalcantibus consuluit secundum propositiones.

Facto partito ad sedendum et levandum per dominum Potestatem super predictis, placuit quasi omnibus secundum dictum et consilium dicti d. Bindu.

Item, constitutus fuit syndicus in Curia Romana;³ item, super facto salis.

Die xxvj^o mensis maii.

In Consilio generali Communis Florentie proposuit dominus Scellus de Spoleto potestas infrascripta.

Primo videlicet, de xxx^{aa} libris expendendis in fortificatione veronis domini Capitanei.

Item, petitionem Bindi Piczini et Rossi de Certaldo super emendatione unius equi in quantitate triginta florenorum auri.

Presentibus testibus domino Andrea de Rone milite d. Potestatis et Tura del Grillo precone Communis, et aliis.

Gianni de la Barba consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum per dominum Potestatem super predictis, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Gianni.

Die dominico primo mensis iunii.

Die secundo mensis iunii.

⁴In Consilio generali Communis proposuit d. Iacobinus iudex et collateralis assessor, et nunc vicarius, d. Potestatis:⁵ Si videtur Consilio, quod Bertus d. Peppi de Adimaris, electus potestas Podii Boniczi pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis iulii proximis, dictum regimen acceptare possit, satisdando ut tenetur.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit secundum propositionem.

Placuit omnibus secundum propositionem predictam.

Item, per dictum Vicarium, Priores et Consilium, constituti fuerunt syndici Compagnus Riccardini populi Sancte Felicitatis et Tanus Ianni populi Sancte Trinitatis massarii Camere, et quilibet eorum in solidum, ad conducendum milites et equites, et ad alia facienda spectantia ad Cameram; ac etiam pedites, iuxta provisionem dominorum Priorum super hoc fiendam.

Item commisse fuerunt imbreviature ser Guerianti notario.

Presentibus testibus domino Sgualcza d. Lapi del Bocaccio et magistro Merlino medico.

¹ Qui e al successivo "Item" precedono, sovrapposte al rigo, le sigle "a. n."

² Anche a questo e ai successivi "Item" precedono c. s. le sigle "a. n."

³ Precedono c. s. le sigle "a. n."

⁴ Di fronte, nel margine esterno è una ✕

⁵ Si omette "proposuit", ripetuto e non cancellato.

Die viiiij^o mensis iunii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Iacobinus iudex et vicarius Potestatis: Quid videtur Consilio providere super petitione preteritorum Massariorum Camere, facta super facto scripturarum factarum per notarium suum condempnatum; scilicet quod possint scribi et exemplari per notarium substitutum.

Bracinus Braccii surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Presentibus testibus Albiczone Redde precone Communis et Tuccio Rodulfi nuntio Priorum, et aliis.

[c. 114^r.] Die xij^o mensis iunii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Iacobinus iudex et vicarius d. Potestatis, presentibus Prioribus, ea que proposita fuerunt in Consilio Capitanei die xij^o mensis iunii presentis: excepto de emendatione equi Gerardini.

Presentibus testibus Albiczone filio Redde precone, Berto filio Ture populi Sancte Trinitatis nuntio Pallatii, et aliis.

Pierus Fey Bonrecchati consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, facto partito.

Die xij^o mensis iunii. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio generali Communis proposuit Rogerius de Pulcis camerarius Communis Florentie: Si videtur dicto Consilio quod infrascripte expense fiant pro Comuni, videlicet. ¹Francisco de Reate, pro se et suis militibus, sicut firmatum fuit in Consilio C virorum facto die xxij^o maii.

Item, ser Niccolao Guidonis cartolarii et ser Iohannino Bernardi de Bononia l. florenos auri in una parte, et xxv^o libras bononinorum in alia parte: salvo quod Comune Montistignosi restituant Comuni Florentie, secundum formam per alia Consilia super hoc traditam.

Item, petitionem Inquisitoris, super solutione * custodum *² carceris ipsius Inquisitoris. Item, Gerardino stipendiario, de masnada Guilliemi Catalani, xxx^o florenos auri, pro mendo unius equi.

Item, solutionem Approbatoribus in curia d. Capitanei, electis a die xxij^o mensis maii citra et de cetero eligendis, toto tempore presentis Capitanei: solvatur salarium soldorum xl^o florenorum parvorum, pro quolibet eorum per mensem.

Presentibus testibus Albiczone filio Redde precone et Guidone Albarolli nuntio, et aliis.

Ser Clarus de Varaczano consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ijx, super petitione Inquisitoris, secundum propositionem; nolentes fuerunt lxxxvj.

Item, super aliis omnibus, placuit cclxv secundum propositiones; nolentes fuerunt xl^o.

¹ Qui e a tutti gl' "Item" che seguono, eccetto forse al secondo, precedono sovrapposte tra rigo e rigo, le sigle "a. n."

² * pensionis *.

Die xvij^o mensis iunii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Iacobinus iudex et vicarius d. Potestatis, presentibus Prioribus, ea que in Consiliis d. Capitanei, die xvj^o mensis presentis, firmata fuerunt super bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus.

Item, quod Bertus Comitis de Certaldo, electus potestas de Casole pro uno anno vel sex mensibus, initiandis in kallendis iulii proxime venturis, possit acceptare Potestariam predictam.

Item, quod Neri d. Ardimanni de Cietena vecchia, electus per Episcopum Vulterranum potestas Pulicciani, usque ad kallendas maii vel a dicto tempore citra, possit acceptare Potestariam predictam.

Presentibus testibus ser Tadeo Raynaldi de Spoleto et Albiczone filio Redde precone Comunis.

Ser Rustichellus Bernardi consuluit secundum propositiones.

Factis partitis particulariter per dictum Vicarium, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item, in eodem Consilio constitutus fuit syndicus ad predicta.

[c. 114^o] Die penultimo mensis iunii.

In Consilio novo generali Comunis proposuit d. Franciscus de Ansaldis, iudex domini Gentilis de filiis Ursi novi potestatis Comunis Florentie, in presentia et voluntate d. Octaviani militis et vicarii dicti d. Potestatis: Quomodo et per quos eligi debeant sex syndici eligendi ad sindicandum veterem Potestatem; et quot iuris periti esse debeant inter syndicos predictos. Item, quot esse debeant advocati, utrum tres vel quatuor. Item, si notarii debeant eligi pro ipso syndicatu, et quot, utrum unus vel duo.

Presentibus testibus domino Gentile de Reate et domino Gregorio de Velletro iudicibus dicti d. Potestatis.

Item, in eodem Consilio iuraverunt predictus d. Franciscus de Ansaldis iudex et ser Octavianus de Urbe notarius et duo beroarii.

D. Lapus del Boccacio consuluit, quod tres advocati eligantur solum. Item, quod duo Iudices et quatuor *iuris periti*¹ eligantur ad sindicandum Potestatem veterem eiusque familiam, et duo notarii; et quod electio predictorum fiat per Priores, secundum quod eisdem videbitur.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis, salvo de electione advocatorum et sindicorum.

Item constitutus fuit syndicus ad predicta.

Die martis primo iulii.

Die iiiij^o mensis iulii. In cedula signata per "C".

In Consilio generali Comunis proposuit d. Gentilis de filiis Ursi potestas Comunis Flo-

¹ *advocati*.

rentie ea que deliberata fuerunt in Consilio C et domini Capitanei super oblatione carceratorum facienda.

Item, de salario nuntiorum Potestatis et Capitanei pro duobus mensibus preteritis.

¹Item, quomodo debeant eligi et cerni illi qui debebunt obferri.

Presentibus testibus d. Francisco de Ansaldis assessore collaterali Potestatis et † Ser Gianni Symincti consuluit secundum propositiones predictas; et quod per *Potestatem et *Priores provideatur de electione et cerna dictorum carceratorum, per se vel alios secundum quod eis videbitur.

Factis partitis per Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositiones. Item, quod dicta cerna dictorum carceratorum fiat ut dictum est.

Item, quod petitio nuntiorum sit admissa.

Die xxj^o mensis iulii.

In Consilio generali Comunis proposuit Pela Gualduccii camerarius Comunis Florentie omnes expensas deliberatas in Consilio C virorum die xvij^o mensis iulii, exceptis expensis factis pro festo Beati Iohannis.

Ser Ubertus de Carraria consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ij^o xlvij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt lvij.

Presentibus testibus Tura del Grillo preconone Comunis et Donato Renaldi nuntio Pallatii, et aliis.

[c. 115^o] Die xxj^o mensis iulii. Alibi notatum est in cedula.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Franciscus de Ansaldis iudex et assessor Potestatis, presentia et iussu Potestatis,² negocium comitis Locti et ser Filippi de Mantua, secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Item, quod d. Teghia de Frescobaldis, electus capitaneus Sancti Miniatis, pro sex mensibus initiandis in kallendis augusti, possit acceptare dictum regimen.

Presentibus testibus Tura del Grillo preconone Comunis et Donato Renaldi³ et Tendi filio Bruni populi Sancte Marie Novelle nuntiis Potestatis.

D. Lapus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter †

⁴Item constitutus fuit syndicus quem Priores elegerint ad negocium comitis Locti, secundum propositionem.

Item commisse fuerunt imbreviature olim ser Riccobenis notarii olim Salimbenis de populo Sanctorum Apostolorum ser Michaeli notario quondam Ciuffardi notarii.

Item, in eodem Consilio, iuraverunt d. Niccola de Mevania iudex Potestatis, ser Teodinus d. Iacobi de Reate notarius Potestatis; computato eis iuramento, in presentia Potestatis, per me B. notarium.

¹ Precede nel margine la sigla "C".

² Qui si omette "proposuit", ripetuto e non cancellato.

³ Si omette "nuntio", che il notaro dovea cancellare, avendo poi scritto "nuntiis" dopo il secondo nome.

⁴ Di fronte, nel margine interno, le sigle "a. n."

Die penultimo iulii.

In Consilio generali Communis proposuit Guido de Vicedominis camerarius Communis Florentie: Si videtur Consilio quod expense fiant super emendatione duorum mulorum et quinque equorum soldatorum, secundum quod firmatum fuit per Consilium Centum virorum, die xxij mensis iulii.

Presentibus testibus Tura del Grillo precone Communis et Tuccio Rodulfi nuntio Priorum, et aliis.

Geri Lanfredi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ij xxxvj secundum propositiones, nolentes fuerunt lxxv.

Eodem die et testibus. Alibi notatum in quadam cedula.

In Consilio generali Communis proposuit d. *Franciscus iudex et collateralis assessor Potestatis*,¹ presente et iubente Potestate et presentibus Prioribus: Quid videtur Consilio providere super facto extimi faciendi, secundum quod firmatum fuit die xxij mensis iulii.

D. Bardus Angiolerii consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

²Item constitutus fuit syndicus ad electionem Capitaneo presentandam.

[c. 115⁺] Die vij mensis augusti. Consiliarii signati per "f" ex parte posteriori et Capitales signati per "g" ex parte anteriori non interfuerunt Consilio.

In Consilio generali Communis proposuit Maninus de Acciaiuolis camerarius Communis Florentie: Si videtur Consilio firmare expensas que die vij mensis augusti deliberate³ fuerunt in Consilio C virorum et domini Capitanei.

Presentibus testibus⁴ Tura del Grillo precone et Donato Renaldi nuntio Pallatii.

D. Neri Bondelmontis consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ij xviiiij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt lxxiiiij^{or}, super facto solutionis militum domini Gentilis.

Super aliis omnibus placuit *ij lviiij*⁵ secundum propositiones, nolentes fuerunt xxxv.

Die x huius mensis augusti.

Per egregiam et illustrem comitissam dominam Elenam uxorem quondam magnifici viri domini comitis Frederici in Tuscia palatini, d. Bindus d. Bonaccursii Billincionis de Adimaribus electus fuit in potestatem et rectorem comitatus Ampenane, hinc ad unum annum.⁶

¹ *d. Potestas*. Includiamo nella cassatura anche il "d.", dimenticato di cancellare.

² Di fronte, nel margine interno, sono le sigle "a. n."

³ Il testo ha "deliberata".

⁴ Qui è il nome "Bancho" cancellato.

⁵ *ij lviiij*.

⁶ Questo ricordo del 10 agosto è aggiunto in fine della facciata precedente.

Die xiiij mensis augusti.

In Consilio generali Communis proposuit Cante Iacobi Belliocti camerarius Communis Florentie, pro se et sotiis suis, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum facto die viij mensis augusti, et in alio Consilio Centum virorum facto die xj dicti mensis augusti, et in aliis Consiliis domini Capitanei factis die xij dicti mensis augusti. Ser Ubertus de Carraria notarius consuluit secundum propositiones predictas. Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit cxxij secundum propositiones; nolentes fuerunt lxxxvj. Presentibus testibus Tura del Grillo precone Communis et Donato Rinaldi nuntio Pallatii, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis dominus Potestas,¹ de voluntate Priorum et Consilii, et ipsi Priores et Consiliarii cum dicto domino Potestate, fecerunt et constituerunt Corsum Bentaccorde et Cennem Cambii Arlocti massarios Camere syndicos dicti Communis ad faciendum omnia que expectant ad officium Camere.

Item, in eodem Consilio, proposuit dominus Franciscus iudex dicti domini Potestatis, presente Potestate: Quid videtur dicto Consilio providere super facto illorum qui condemnati fuerunt de mense iunii, per dominum Scellum olim potestatem Florentie, vel eius Vicarium seu Iudices vel Curiam, qui debent esse exbanniti et non reperiuntur scripti in libro exbannitorum; ac etiam condemnati per presentem Potestatem, ex processibus factis coram dicto domino Cello vel eius curia, qui debent esse exbanniti et non reperiuntur scripti in dicto libro exbannitorum: possint et debeant scribi in dicto libro exbannitorum per magistrum Petrum de Reate notarium d. Potestatis presentis, licite et impune.

Ser Carradore Giraldi notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito per predictum Iudicem ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Die xvij mensis augusti.

In Consilio generali Communis proposuit d. Franciscus de Ansaldis assessor collateralis Potestatis, presentibus Potestate et Prioribus: Si videtur Consilio quod nobilis vir d. Iacobus de Rubeis, electus potestas Civitatis Castelli pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis novembris proxime venturis, acceptare possit Potestariam predictam, satisfando, ipse vel alter pro eo, ut tenetur per formam statuti.

Presentibus testibus Tura del Grillo precone Communis et Tuccio Rodulfi nuntio Priorum.

D. Andreas de Canigianis consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit omnibus secundum propositionem predictam.

¹ Crediamo dovere stampare "Potestas" scritto primitivamente, sebben cassato con la sostituzione di "Franciscus", avendo poi il notaro cassato anche "Franciscus".

Die xviiiij mensis augusti.

Acta fuerunt hec in Pallatio Comunis Florentie, presentibus testibus domino Francisco de Ansaldis de Parma iudice et collateralis assessore predicti domini Potestatis et Tura del Grillo eiusdem domini Potestatis et Comunis Florentie preconis, et aliis.

In Consilio generali Comunis d. Potestas commisit ser Bonifatio Iuliani de Fesulis notario imbreiaturas olim ser Doni Ianni notarii et ser Iacobi filii dicti ser Doni; item, ser Chiaro notario quondam Benvenuti de Vigiano, imbreiaturas ser Franchi notarii quondam filii Bruni de Ciscchio; item, ser Lippo notario olim Forzoli populi Sancti Iacobi inter foveas, imbreiaturas ser Venite notarii de Ancisa et d. Dati de Cascia et d. Tarlli de Talliafuni et d. Ughecti de Ancisa; item, ser Raynerio quondam Maffei de Querceto, imbreiaturas olim ser Bencivenni de Somaria et ser Lapi filii dicti ser Bencivenni.¹

[c. 116^r.] D. Bardus Angiolerii consuluit idem, salvo quod artifices qui habuerunt cavallatam duobus annis non cogantur ad ipsam cavallatam recipiendam vel faciendam.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum dictum Manecti predicti; et nemo possit * se excusare *.²

Ser Arrighus Gratie consuluit secundum dictum Manecti predicti.

D. Albicus Corbinelli consuluit secundum propositionem predictam.

Tieri Burbassi consuluit idem.

Placuit omnibus secundum dictum primi Sapientis.

[c. 116^v.] Millesimo cc lxxxij, indictione vj, die xxvij mensis decembris.

In Consilio novo LXXXX^a congregato per vocem preconis et nuntiorum requisitione, in hospicio de Capello, in quo hospitatus est novus Potestas, dominus Tebaldus de Bruzatis de Brixia novus potestas proposuit: Quomodo eligi debeat Notarius dictator litterarum; cum per formam statutorum non sit determinatus modus electionis.

Item, quomodo eligi debeant sex Approbatores in curia domini Potestatis: lectis statutis loquentibus de ipsa electione facienda.

Presentibus testibus domino Benvenuto de Frontis et domino Armanino de * Britiis *.³

Dominus Foresius domini Bonaccursii consuluit, quod electio dicti Notarii fiat per Priores Artium, vel per illos quos Priores ad hoc habere voluerint. Item, quod Approbatores eligantur per presens Consilium, scilicet quod Consilarii cuiuslibet sextus eligant suum Approbatorem.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Foresii predicti.

* Die xxviiiij mensis decembris *.⁴

In Consilio novo generali et LXXXX^a proposuit d. Tebaldus de Bruzatis novus potestas

¹ Qui cade la mancanza di carte notata sopra nella descrizione del Quaderno.

² * cogi *.

³ * Bircilliis *.

⁴ * Eodem die *.

civitatis et Comunis Florentie: Quomodo eligantur sex syndici ad sindicandum veterem Potestatem eiusque familiam et berroarios; et quot iuris periti esse debeant inter ipsos syndicos; et * si unus vel plures notarii eligantur *¹ pro Comuni cum ipsis syndicis, pro scribendis que scribenda occurrant in dicto syndicatu: et quomodo eligi debeant ipsi notarii.

Item, quomodo eligatur unus syndicus pro Comuni ad agendum contra predictos.

Item, quomodo eligantur advocati eligendi pro ipso syndicatu, secundum formam statutorum; et si ipsi advocati esse debeant tres vel quatuor.

Presentibus testibus d. Benvenuto de Frontis assessore collateralis Potestatis et Duccio Francisci precone Comunis.

Dominus Guido de Canigianis consuluit, quod electio predictorum syndicorum * fiat per Priores et * inter eos sint duo iuris periti, alii sint layci; et habeant duos notarios. Et eligantur per presens Consilium, scilicet illi de quolibet sextu eligant illos ex predictis qui sorte brevium in sextu venerint. Et idem fiat de syndico Comunis. Et sint ^{of}iiiij advocati.

D. Teghia Tedaldi consuluit, quod predicta omnia remaneant in * Potestate novo et * Prioribus; et valeat quicquid fecerint de predictis.

Facto partito per Potestatem,² placuit quasi omnibus secundum dictum predicti d. Teghie.

Item constitutus fuit syndicus quem Priores elegerint.

[c. 117^r.] Die penultimo mensis decembris. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Gentilis assessor collateralis Potestatis, presente d. Offreduccio de Montorio milite et vicario domini Gentilis potestatis, ea que proposita fuerunt in Consiliis C virorum et domini Capitanei super bailia guerre.

Item, super ordinando quod ser Campana Boniczi Campanelle possit acceptare potestariam hominum de Tredoccio, a kallendis ianuarii ad unum annum, in qua electus est per comitem Aghinolfum de Romena; satisdando ut tenetur.

Item, in eodem Consilio iuraverunt d. Vanni de Sancto Miniato iudex appellationum et syndicus et eius quatuor notarii, computato eis iuramento per me B. notarium.

Dinus filius Giannis consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones, factis partitis particulariter.

Item, in eodem Consilio constituti fuerunt syndici quos³ Priores eligere voluerint ad conducendum stipendiarios equites et pedites, secundum formam bailie predictae.

⁴Item constituti fuerunt syndici ad firmandum cum syndicis Comunium Societatis Tuscie super hiis que ordinabuntur in parlamento. Item, ad conducendum ^v equites et ^{ij} pedites et ^{ij} balistarios, secundum quod firmatum fuit per alia Consilia.

Presentibus testibus ser Petro Stephani de Urbe notario Potestatis et Lapo olim Guidonis precone Comunis, et aliis.

¹ * quot notarios eligi *.

² Due volte scritto " per Potestatem ".

³ Il testo ha " constitut. fuerunt sind. quem ".

⁴ Di fronte, nel margine interno, sono le sigle " a. n. ".

[c. 116^r.] Die iovis primo ianuarii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Tebaldus potestas: Quomodo et per quos eligi debeant syndici eligendi ad sindicandum d. Guilielmum olim iudicem appellationum, eiusque *notarios et familiam*,¹ et quot esse debeant numero dicti syndici.

Item, si videtur Consilio quod illi quatuor advocati, et etiam syndicus qui fuit electus pro Comuni in syndicum veteris Potestatis, sint advocati et syndicus in syndicatu dicti d. Guilielmi olim iudicis appellationum et syndici, et sue familie.

Presentibus testibus d. Benvenuto de Frontis iudice assessore Potestatis et Duccio Francisci precone Communis.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod syndici sint quatuor, scilicet unus iudex duo layci et unus notarius; et eligantur per Priores vel per illos quos Priores elegerint. In alio facto consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam et dictum predicti Sapientis. Item constitutus *fuit* syndicus Pangnus Bordoni in syndicatu et pro syndicatu dicti Iudicis appellationum.

Quaderno VI, cm. 31 × 24. Carte 124-149, delle quali sono bianche la 136^a e le successive 137-149.

1291, 1 gennaio — 1292, 27 dicembre.

[c. 124^r.] Sancti Spiritus nobis adsit gratia amen.

In Dei nomine amen. Millesimo c^o lxxxxj, indictione v. Liber continens proposita provisiva firmata et edita in Consiliis Sapientum virorum et in Consiliis Credentie. ||Tempore regiminis|| nobilium virorum domini Scelli domini Bartholecti de Spoleto potestatis ||et domini Aldobran||dini de Meczabbatibus de Padua defensoris et capitanei civitatis predicte.

Die martis primo mensis ianuarii.

Die tertio mensis ianuarii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit Potestas, presentibus et volentibus Capitaneo et Prioribus: Quomodo pecunia in Comuni habeatur et qua via, et in quanta quantitate: narratis debitis Communis, et narratis Consiliis super hoc factis, per que bailia data est super hoc. Manellus de Manellis consuluit, quod iiij equi imponantur, et pro quolibet eorum solvantur xxv floreni auri. Super aliis provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores; et fiat dicta impositio divitibus.

D. Clericus de Paczis consuluit, quod una libra imponatur ad extimum novum, ad rationem soldorum c pro centonario.

D. Giovenchus de Arrigutiis consuluit, quod prestantia imponatur, per duos vel plures

¹ *familiam et berroarios*.

per sextum, secundum quod videbitur Prioribus, personis que sint sufficientes ad hoc, in quantitate que expedit, ultra quantitatem impositam, pro vj⁵ cavallatis novis: dummodo ipsa prestantia non imponatur per modum libre.

Ser Arrighus Gratie consuluit, quod xiiij⁵ boni viri eligantur per Priores ad providendum in predictis; et eorum provisio reducat⁵ur postea ad maius Consilium Sapientum; et secundum quod videbitur tunc dicto Consilio in hiis procedatur.

D. Guaytanus de Pilliis consuluit, quod pecunia habeatur in quantitate neccessaria, per modum consultum per ser Arrighum Gratie: salvo quod providenda per predictos xiiij⁵ viros sint firma.

D. Oddo Altoviti consuluit, quod una libra imponatur ad extimum novum in civitate et comitatu Florentie, ad rationem *librarum* *⁵1 vj⁵ pro centonario, computata quantitate iam firmata. Et insuper remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus de pecunia habenda ultra quantitatem predictam, secundum quod eisdem videbitur convenire.

D. Lotheringhus de Montespertoli consuluit secundum dictum ser Arrighi.² Et sint de magnatibus ipsi xiiij⁵ viri, et sint cum Capitaneo guerre; et valeat quicquid fecerint.

Placuit secundum dictum †

Non fuit reformatum.

[c. 124⁴] Die xiiij⁵ mensis ianuarii.

In Consilio quamplurium Sapientum popullarium congregato coram d. Iacobino iudice et collateralis assessore Potestatis, et domino Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super litteris d. Pape, missis super pace Tuscie.

D. Bellioctus Bocticini consuluit, quod omnia fiant que continentur in litteris d. Pape, secundum ipsarum litterarum tenorem.

D. Oddo Altoviti consuluit, quod duo Sapientes eligantur et mictantur ad Comunia Tuscie que obligata sunt ad societatem et unionem cum Comuni Florentie, ad rogandum ipsa Comunia, ut mictant suos ambaxiatores ad civitatem Florentie, ad certum diem, cum sufficienti mandato super ipso facto; et defferantur predicte littere ad ipsa Comunia; et si contingerit eos concordare, fiant que in ipsis litteris d. Pape continentur; et donec hec sciantur, et super hiis provisiones fiant, obediatur litteris d. Pape super guerra non facienda.

Pela Gualduccii consuluit, quod duo vel tres Sapientes per sextum habeantur ad providendum in predictis.

Dinus Compagni consuluit, quod fiant que continentur in litteris d. Pape, et stantietur de guerra non facienda, et quod ambaxiatores et sindici cum pleno mandato, secundum formam litterarum d. Pape, mictantur pro Comuni, et sint tales qui per experientiam sint desideratores pacis.

Ser Arrighus Gratie consuluit, quod ambaxiatores et sindici mictantur ad curiam d. Pape, cum mandato pleno secundum formam litterarum d. Pape et cum alio mandato ad audiendum et intelligendum; et interim ambaxiatores Tuscie convocentur ad parlamentum, secundum dictum d. Oddonis.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Oddonis.

¹ *soldorum*.

² Si omette "inter quos" cancellato.

Die xxviii^o mensis ianuarii.

In Consilio Capitulum vijtm maiorum Artium proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio quod Notarii Camere eligendi in futurum habeant *salarium*¹ et quantum, et a Comuni vel ab aliis.

Dinus Compagni consuluit, quod Notarii Camere habeant a Comuni salarium solitum.

D. Donatus Alberti consuluit, quod quilibet Notarius habeat soldos c a Comuni, et nichil accipiat ultra vel aliter ab aliqua spetiali persona, aliqua de causa: et contra illos qui contrafacerent, d. Capitaneus inquirat, eos condempnando secundum quod sibi videbitur convenire.

Ser Albiczus Allonis consuluit, quod quilibet Notarius habeat libras vj^{xx} per mensem a Comuni; et Notarii qui canzellent condempnationes, soldos duos de condempnatione et non ultra.

Mongia del Rosso dixit, de duobus florenis auri per mensem pro quolibet.

D. Gerardus de Vicedominis consuluit, quod Notarii exitus et introitus habeant quilibet libras sex pro quolibet per mensem, Notarius actorum nichil habeat; et *quolibet aliorum,*² libras iij^{ff} pro mense.

Placuit xxj quod quilibet Notarius Camere habeat libras tres per mensem a Comuni, et nichil pro cancellatione vel aliquo alio recipiant vel habeant, modo aliquo seu causa.

[c. 125^r.] Die xxv^o mensis februarii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super³ ambaxiata d. Iudicis Gallure*, continente⁴ quod per Comune Florentie provideatur super custodia et fornimento victualium terre de Pecciole, proposuit d. Potestas: Quid sit providendum super predictis: auditis hiis que ser Franciscus suus ambaxiator dixit et exposuit et petiit in predictis. Item, super facto ordinamentorum editorum contra exbannitos, que durant solummodo usque ad kallendas mensis martii.

D. Neri de Pillis consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum illis Sapientibus quos habere voluerint, provideant super predicta ambaxiata et petitione d. Iudicis Gallure. Idem consuluit de approbatione ordinamentorum; et postea dixit quod approbatio dictorum ordinamentorum proponatur ad omnia Consilia opportuna.

D. Rogerius de Tornaquincis consuluit, quod ordinamenta exbannitorum provideantur et examinentur per Sapientes ante quam proponantur ad Consilia opportuna.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti d. Neri, dummodo servitium fiat.

Die eodem.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio providere super

¹ * devetum *.

² * al *, principio di *alii*.

³ Due volte scritto "super".

⁴ * petentis *.

hiis que retulerunt d. Benghi de Bondelmontibus et Iacobus de Certaldo, ambaxiatores Comunis Florentie redeuntes a Comite de Batifolle.

- D. Bertus de Frescobaldis consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre cum uno vel duobus per sextum.
- D. Donatus Alberti consuluit, quod Vicarius remictatur ad dictam terram Batifolis, et procuret victoriam Ampenane.
- D. Gianni Bonaguide consuluit, quod hostiliter procedatur contra Comitem de Batifolle et suas terras.
- D. Neri de Pilliis consuluit, quod omnino procedatur et fiat quod terra de Ampenana veniat in fortiam Comunis Florentie; et quod in presenti Consilio stantietur de exercitu faciendo contra inimicos Comunis Florentie. Et quod cras, summo¹ manne, baniatur quod omnes sint parati ad exercitum. Et quod Vicarii comitatus sint parati. Et quod unus nuntius cum licteris Comunis Florentie mictatur *ad Comitem*² de Batifolle.
- D. Neri de la Gataia consuluit secundum dictum d. Berti.
- Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Berti.

Die xxvj^o mensis februarii.

In Consilio Capitulum^{sim} xij maiorum Artium et aliorum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit dominus Potestas: Quid videtur eisdem providere et deliberare super facto Ampenane, audita ambaxiata facta per d. Benghi et d. Iacobum predictum ad Comitem de Batifolle, sicut relata fuit per ipsum d. Benghi.

[c. 125⁴] Girardinus del Velluto consuluit, quod si castrum Ampenane non pervenerit in fortiam Comunis, termino aposito in requisitione facta Comiti de Batifolle, equitetur ad illas partes, modo et forma et prout et secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus et Capitaneo guerre; et ita fiat omnino quod dictum castrum perveniat in fortiam Comunis Florentie.

Dinus Peccora consuluit, quod fiat ita quod castrum Ampenane perveniat in fortiam Comunis; et quod aliud castrum fiat prope Ampenanam, pro ipso castro habendo in fortiam Comunis Florentie.

D. Donatus Alberti consuluit, quod Vicarius remictatur ad castrum de Batifolle, pro obtinendo castrum Ampenane. Et si filius Comitis de Batifolle fecerit que facienda erunt pro predicto castro Ampenane obtinendo, bene quidem; alioquin tunc hec proponantur in Parlamento, in ecclesia Sancte Reparate.

Ugho Aldobrandini consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum duobus viris per sextum provideant in predictis, et in hiis que circa predicta providenda sint et facienda pro honore Comunis.

Cenni Bentacorde consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, quando eisdem videbitur, equitare debeant ad partes Poppii contra Comitem de Batifolle, ita quod sibi detur premium de productione per eum facta contra Comune Florentie.

Mongia del Rosso consuluit †

Placuit quasi omnibus secundum dictum Gherardini predicti.

¹ Il testo ha "sommo".

² * ad terram *.

Die xxvj^o mensis februarii.

In Consilio quamplurium Sapientum et Capitaneorum guerre, congregato in domo Priorum, proposuit Potestas, in presentia et voluntate d. Capitanei et Priorum: Quid et quomodo videtur dicto Consilio providere super facto Ampenane.

D. Symon Vinciguerra consuluit, quod contra Comitem de Batifolle et suas terras equitetur per Comune Florentie ad dampnificandum ipsum Comitem et gentem suam, et alios Comites qui aliqua fecissent super facto Ampenane contra Comune Florentie; et postea equitetur ad terram de Ampenana. Et fiat ita quod omnino veniat in fortiam Comunis Florentie.

D. Gerardus de Tornaquincis consuluit, quod procuretur quod dictus Comes de Batifolle reducatur ad rectam viam et velle Comunis Florentie, et quod omnis apparatus fiat pro terra de Ampenana obtinenda; et specialiter de una vel duabus fortificiis faciendis iuxta Ampenanam.

D. Benghi Bondelmontis consuluit, quod duo sapientes viri mictantur ad terram de Ampenana; et interim omnis apparatus neccessarius fiat.

D. Neri de la Gataia surexit et arengando consuluit, quod per Comune Florentie procuretur et fiat id quod necesse est ad victoriam habendam de dicto castro, secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus, absque alia novitate ad presens facienda.

Placuit secundum dictum d. Benghi.

Die ultimo mensis februarii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit d. Potestas: Quid videtur dicto Consilio providere¹ super ambaxiata Iudicis Gallure, super custodia de Pecciole.

D. Tegrinus de Maczinghis consuluit, quod duomilia librarum expendantur in custodia de Pecciole, secundum petitionem d. Iudicis predicti.

Placuit omnibus secundum dictum d. Tegrini.

[c. 126^r.] Die xxiii^o mensis ianuarii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo mansionis Priorum, proposuit Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatoris Comunis Luce, inter cetera continente quod certa scribantur ambaxiatoribus existentibus in Curia, secundum formam ambaxiate dicti Comunis Luce in scriptis reducte et in presenti Consilio lecte.²

D. Rogerius de Tornaquincis consuluit, quod predicta diligenter examinentur per Potestatem, Capitaneum et Priores, et per duos vel tres Sapientes per sextum; et per eos provideatur in predictis.

¹ Qui si omette "in pre", forse principio di *in presenti*, cancellato.

² Segue una riga bianca.

Ugho Aldobrandini consuluit idem: hoc addito, quod dicatur quod Sapientes Comunis Florentie debent videre petitiones que fiunt Comuni Pisano.

D. Symon Donati consuluit secundum dictum d. Rogerii, cum Capitaneis guerre.

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Symonis.

Millesimo cc lxxxij, indictione v. Die xxvij martii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram officio Priorum proposuit Officium predictum: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Castillionis Aretini.

Nutus Marignoli consuluit, quod Potestas, Capitaneus, Priores, cum Capitaneis guerre, provideant in predictis.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die ultimo mensis martii.

In Consilio Capitaneorum guerre et aliorum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super facto Castillionis Aretini, relata ambaxiata in presenti Consilio, que alias dicta fuit per ambaxiatores Comunis Castillionis; et etiam super litteris Partis Guelfe, de obsidione castri Largnani, quam dicunt Cortonenses et etiam Aretini facere, et ideo petunt auxilium.

Item, super litteris d. Locti de Alleis potestatis Burgi Sancti Sepulcri.

D. Neri de la Gataia consuluit, quod Comune Castillionis adiuvetur per Comune Florentie; et suo loco et tempore fiant que fuerint facienda pro auxilio et defensione terre Castillionis. Item, quod unus ambaxiator vel duo mictantur ad terram Cortone et ad illos qui sunt in exercitu, quod desistant et se separent ab exercitu.

D. Corsus de Donatis consuluit idem: hoc addito, quod dicti ambaxiatores vadant Aretium; et dicatur quod si ipsi non audierint preces Comunis Florentie, quod Comune Florentie hoc pati non posset.

D. Giovenchus de Arrigutiis consuluit secundum dictum primi Sapientis.

D. Gerardus de Tornaquincis consuluit, quod Stephanus mictatur ad terram Castillionis Aretini, et sibi precipiatur quod guerra vel dampnum non faciat.

[c. 126¹] Angiolinus Bernardi consuluit, quod respondeatur illis de Castillione, bona verba dicantur ambaxiatoribus Castillionis Aretini, et ortentur ad custodiam et defensionem dicte terre.

Bartholus d. Iacobi consuluit, quod illi de Castillione defendantur per Comune Florentie; et quod ambaxiatores mictantur Cortonam et ad exercitum, si sunt in exercitu, et si non sunt in exercitu, nichilominus mictantur ambaxiatores ad terram Cortone et ad civitatem Aretii, occasione predicta: et dicantur verba facientia, indicantia qualiter displicet Comuni Florentie offensiones quas faciunt contra amicos Comunis Florentie. Et etiam mictantur ad Burgum Sancti Sepulcri.

Placuit super facto Castillionis¹ omnibus secundum dictum d. Neri. Item, quod duo ambaxiatores mictantur Cortonam et Aretium et ad Burgum Sancti Sepulcri.

¹ Qui è ripetuto, e non cancellato, "placuit".

Die secundo mensis aprilis.

In Consilio Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium, Capitaneorum guerre et aliorum quamplurimum Sapientum et bonorum virorum, magnatum et popullarium, civitatis Florentie, congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super facto castri Ampenane, quod dicitur esse in tali statu quod ad presens non speratur quod dictum castrum possit obtineri.

Item, quid videtur Consilio providere super facto stantiamenti Priorum preteritorum, editi super facto Marchionum et Bardorum.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum Capitaneis guerre, et cum aliis Sapientibus siquos habere voluerint, provideant super facto Ampenane quicquid eisdem videbitur, ita quod castrum *non* perveniat ad manus inimicorum. Item, quod negocium dicte pacis predictorum Marchionum fiat et exequatur, secundum predictam provisionem preteritorum Priorum.

D. Albicus Corbinelli iudex consuluit, quod aliquo modo non intendatur ad aliquem tractatum concordie faciende cum illis de Ampenana; et quod siquis hoc tractaret, puniatur per Potestatem. Et quod omnia fiant ita quod ipsum castrum perveniat ad manus Comunis Florentie. Et quod unus ex Militibus Potestatis mictatur ad dictum locum, non parcendo laboribus et expensis.

Item, super facto Marchionum consuluit idem.

D. Palmerius Altoviti consuluit, quod omnia fiant ut dictum est, pro castro de Ampenana obtinendo.

D. Teghia Tedaldi consuluit, quod ordinetur et fiat, quod post Pasqua incontinenti fiat exercitus contra castrum Ampenane; et quod unus ex sextibus vadat ad dictum locum eorum expensis, et ibidem moretur ^{sim} xv dies; et subsequenter alii sextus vadant ad dictum locum: et nemo possit *se* excusare a dicto exercitu: et vadant sorte.

D. Fantonus de Rubeis consuluit, quod per omnem viam provideatur quod castrum Ampenane perveniat ad Comune Florentie, ita quod destruat. Item, super alio facto, consuluit idem.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod predicta proposita super facto Ampenane deliberentur per Potestatem, Capitaneum, Priores et Capitaneos guerre, et unum vel duos per sextum, ita quod perveniat ad Comune Florentie.

[c. 127^r.] Mari de Alleis consuluit¹

Dinus filius Iannis consuluit, quod scribatur Vicario existenti in exercitu Ampenane, quod domus, vites et arbores, et omnia bona comitatus Ampenane destruantur. Item, quod stecchatum et fovee fiant circumcirca castrum predictum; et quod duo capitanei cum ij scheranis mictantur, et ordinentur qui continue dictum castrum custodiant circumquaque. *Tamen*,¹ omnia predicta et alia facienda remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre; ita quod terra perveniat ad Comune.

Placuit sex partibus secundum dictum predicti Dini, super facto Ampenane.

Item, de facto Marchionum, placuit omnibus secundum predictum consilium.

¹ *Et quod*.

Die iiij^o aprilis.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram officio Priorum, occasione providendi super litteris missis per ambaxiatores Comunis Florentie existentes in Curia, super facto pacis que tractatur in Curia.

Ubertus de Pulcis consuluit, quod scribatur ambaxiatoribus Comunis Florentie in Curia existentibus, quod procedant ad pacem secundum petitionem et responsionem et additiones factas per Cardinalem, vel cum melioribus, si fieri poterit.

D. Talanus de la Tosa consuluit, quod quatuor Sapientes iuris, quatuor milites et iiij^o popullares, habeantur super predictis.

Manectus Tiniozzi consuluit secundum dictum Uberti predicti.

Rubeus Fornarii consuluit, quod hic non fiat partitum de predictis. Et quod Priores habeant Sapientes, quos et quot voluerint, qui provideant in predictis.

Bartholus d. Iacobi consuluit secundum dictum Uberti: dummodo habeantur Sapientes per quos provideantur predicta, secundum modum predictum vel alium meliorem.

Placuit quasi omnibus secundum dictum Bartholi.

Die v^o presentis mensis aprilis.

In Consilio Capitulum et Consilii specialis d. Capitanei et aliorum Sapientum congregato coram officio Priorum, in domo Priorum, occasione providendi super predictis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod super predictis procedatur et fiat ut dictum est.

D. Bardus Amirati consuluit idem: hoc salvo, quod fiat ita quod Comune Florentie non veniat in indignationem Comunis Ianue, Comunis Luce, vel Episcopi Vulterani.

Angiolinus Bernardi consuluit secundum dictum Bandini predicti, super facto pacis.

Bonaccursus Villanuzzi consuluit idem.

D. Lotheringhus de Montespertoli consuluit idem; hoc tamen salvo, quod sciatur voluntas Comunium Tuscie et Iudicis Gallure et exiticiorum de Pisis. Item, quod videantur pacta Ianuensium; ita quod, si expedit, fiat protestatio.

Neri Attiliantis consuluit, quod predicta reducantur ad quoddam magnum Consilium Sapientum, in quo sint Priores et Capitaneus.

Ser Bene de Vaglia consuluit secundum dictum Bandini.

Placuit omnibus secundum dictum Bandini.

[c. 127^o] Die viij^o mensis aprilis.

In Consilio quamplurium Sapientum, in domo Priorum congregato, coram d. Iacobino assessore Potestatis et d. Capitaneo, occasione providendi super hiis que ambaxiatores Comunis Florentie, ituri ad parlamentum, pro facto exercitus ordinandi et pro aliis que ad dampnum inimicorum pertineant, ad terram de Empoli¹

D. Guaytanus de Pilliis consuluit, quod predicta provideantur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Capitaneos guerre; et valeant et teneant ac si facta essent per presens Consilium.

Placuit² omnibus secundum dictum predicti Sapientis, uno excepto.

¹ Manca facere o tractare debent.

² Qui è un "quasi", cancellato dal notaro dopo che aggiunse in fine "uno excepto".

Eodem die.

In Consilio Capitaneorum exercitus et aliorum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super predictis hodie propositis.

Item, super litteris missis per Vicarium de Greti.

D. Benghi Bondelmontis consuluit, quod exercitus firmetur in parlamento predicto; et ibidem provideatur de gente necessaria ad ipsum exercitum feliciter faciendum. Et provideatur quod initium exercitus sit viij diebus in introitu mensis maii; et infra xv dies eiusdem mensis maii exercitus sit super terra inimicorum.

D. Thomasius Spiliati consuluit, quod exercitus stantietur contra inimicos cum quantitate ij v militum, et cum xv milibus peditibus pavesariis lanceriis balistariis et archatoribus, et cum ij guastatoribus; et provideatur de mercato. Et primo sciatur ab ambaxiatoribus Comunis Luce quid ipsi intendunt facere de facto tallie. Item, quod dies motus exercitus remictatur in Comune Florentie et Luce, vel saltem in Comune Florentie.

D. Tegrimus de Maczinghis consuluit, de die motus exercitus, secundum dictum d. Benghi. Item, quod in dicto exercitu sint iij guastatores et mille palaiuoli et maraiuoli.

D. Leone de Acciaiuolis consuluit, quod pedites cuiuscumque conditionis sint xx; et quod motus exercitus sit in medio mensis maii. Et procuretur quod locus¹ in quo esse debeat dictus exercitus commictatur in Comune Florentie, vel in Comune Florentie et Luce.

D. Gerardus de Tornaquincis consuluit, quod in dicto exercitu sint xx.

Placuit quasi omnibus, quod exercitus in parlamento firmetur, et fiat, contra inimicos Societatis per Comunia Societatis, cum quantitate xxv militum, et cum xx peditibus pavesariis lanceriis balistariis et archatoribus, guastatoribus marraiulis et palaiuolis; dividendis inter Comunia Societatis, secundum quod ambaxiatores et sindici Comunis Florentie poterunt melius facere pro Comuni. Et quod dies motus exercitus ordinetur et sit in medio mense maii proxime venturo. Et quod locus ad quem exercitus ire debeat remictatur in Comune Florentie, vel in Comune Florentie et Luce. Item, quod alia que circa predicta providenda sint et ordinanda remaneant in Prioribus. Item, quod ante quam tractetur de exercitu, ambaxiatores Comunis Florentie tractent et sciant cum ambaxiatoribus Luce de facto tallie per eos firmande; secundum quod firmatum fuit per alia Comunia.

Die eodem.

Coram Potestate, Capitaneo et Prioribus congregatis quampluribus Sapientibus civitatis, in domo Priorum congregatis, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super facto novitatum nuper emergentium de hostibus Pisanis, qui venerunt ad *castrum Montistopori*.²

¹ Il testo ha "loco".

² * Sanctum Miniatem *.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum Capitaneis guerre provideant et faciant quod equitetur contra inimicos Comunis Florentie. [c. 128^r.] D. Symon Donati consuluit †

Die xij^o mensis aprilis.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus in domo Priorum, proposuit d. Potestas, presentibus et volentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur Consilio providere super litteris missis per ambaxiatores Comunis Florentie existentes apud Empoli ad parlamentum, super facto exercitus ordinandi et firmandi contra hostes: auditis hiis que scripta sunt per dictos ambaxiatores Comunis Florentie.

D. Banchus de Cavalcantibus consuluit, quod predicta provideantur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Capitaneos guerre, per se vel alios, siquos habere voluerint; et valeat quicquid fecerint de predictis.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod ordinetur exercitus contra Pisanos; et firmetur de xl diebus, et pro aliis xl diebus stantietur. Et quod illa quantitas militum et peditum que haberi poterit a Lucensibus et aliis, tollatur. Et quod motus exercitus sit x die mensis maii proxime venturi; ita quod saltem xv die dicti mensis exercitus sit super terris inimicorum.

Mari de Alleis consuluit, quod dies motus exercitus sit die xv mensis maii. Demum acquievit dicto predicti d. Banchi, et secundum ipsum dictum consuluit.

Leone de Foraboschis consuluit, quod usque in c milites ex exiticiis de Pisis ponantur in tallia ad stipendia Comunium Societatis, si placuerit aliis Comunibus.

D. Neri Bordellus consuluit, quod in parlamento non firmetur certus dies motus exercitus, sed remictatur in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis exercitus.

Item, in eodem Consilio, proposuit Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur Consilio providere super tractatu concordie Ampinane, facto per Priores et Capitaneos guerre.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod dictus tractatus fiat et compleatur secundum quod dictum est, dando iiij florenos auri et destruendo terram secundum tractatum.

Nutus Marignole consuluit, quod hic non reformetur, sed predicta proponantur in Consilio C, generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium, simul congregatis.

Mari de Alleis consuluit secundum dictum d. Nerli predicti.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod de hoc nullum pactum fiat.

Placuit quasi omnibus, super facto parlamenti, secundum dictum d. Banchi predicti.

Item placuit, facto partito ad pissides et balloctas,¹ xxxj, super facto Ampenane, secundum propositionem et dictum d. Nerli; nolentes fuerunt xij^o.

[c. 128^r.] Die xvj^o mensis aprilis.

In Consilio Capitudinum xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum, congregato in domo Priorum coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, occasione providendi super respon-

¹ Qui è ripetuto "placuit".

sione facienda ambaxiatoribus et sindicis Comunis, existentibus in partibus Apulie, pro Capitaneo tallie et ij militibus conducendis: auditis litteris per eos missis et pactis que petit dictus Capitaneus, datus per principem K., scilicet d. Hugo dictus Rossus,¹ de Soliaco.

Dinus Peccora consuluit, quod predicta provideantur per Potestatem, Capitaneum et Priores, et Capitaneos guerre, qui nunc sunt vel fuerint, et cum illis Sapientibus quos et quot habere voluerint; et valeat quicquid ex hoc fecerint.

D. Bertus Frescobaldi consuluit, quod scribatur et respondeatur ambaxiatoribus et sindicis predictis, quod in nomine Domini firment cum dicto Capitaneo, si ipse voluerit acceptare et promictere de veniendo, taliter quod ipse sit in civitate Florentie ante kallendas iunii proxime venturas, vel usque ad dictas kallendas: salvo pacto, quod nullam iurisdictionem habeat modo aliquo contra aliquem vel aliquos qui non sint de gente sua.

Ser Burnectus Latinus consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum illis Sapientibus quos habere voluerint, examinent et diligenter provideant super quolibet articulo; et cras summo manne hoc Consilium habeatur super predictis.

Nutus Marignole consuluit, quod si dictus Capitaneus vult acceptare, secundum pacta que dicti ambaxiatores habent pro Comuni Florentie, et promictere de veniendo Florentiam per octo dies ante kallendas iunii, procedant ad firmandum cum eo; et interim procuretur de alio Capitaneo habendo.

D. Symon Donati consuluit, quod scribatur ambaxiatoribus quod se separent a predicto Capitaneo quam melius poterunt, et interim procuretur de alio Capitaneo.

Placuit secundum dictum Dini Peccore quasi omnibus.

Eodem die.

In predicto Consilio proposuit Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur dicto Consilio providere super responsione facienda ambaxiatoribus existentibus ad parlamentum: lectis litteris missis.

D. Tegrimus de Maczinghis consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre, presentibus vel futuris, et aliis quos habere voluerint; et valeat quicquid fecerint.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Eodem die.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, super predictis duobus negotiis hodie in alio Consilio propositis.

D. Gerardus de Tornaquincis consuluit, quod Priores cum Capitaneis guerre provideant de predictis, absque aliquo alio Consilio, secundum quod ipsi viderint convenire. Item consuluit, quod nostri ambaxiatores obferrant in dicto exercitu xij milites et viij pedites, salvo quod si cum minori quantitate facere poterunt, pro Comuni. Item, quod pro parte Comunis conducantur ad stipendia lx vel c milites ex exiticiis Pisanis. Et etiam predicta provideantur per predictos.

¹ Il testo ha "d. Hugonem dictum Rossum".

D. Talanus de la Tosa consuluit, quod provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Capitaneos guerre¹ de novo Capitaneo tallie eligendo; et scribatur ambaxiatoribus et sindicis Comunis ut curialiter se dividant a dicto d. Hugone capitaneo tallie. [c. 129^o.] Item consuluit, quod scribatur ambaxiatoribus existentibus ad parlamentum ut offerant partem contingentem Comuni Florentie de militibus, et ultra cc, et partem contingentem de peditibus, et ultra mille; et sollicitent ambaxiatores lucanos de facto tallie, et eorum responsiones rescribant. De soldandis exiticiis pisanis, acquievit dicto predicti Sapientis.

D. Paniccia de Frescobaldis consuluit, quod *Priores*² cum veteribus Capitaneis guerre, et cum aliis Sapientibus, siquos habere voluerint, cras summo manne, provideant in predictis.

D. Ponczardus³ de Pulcis consuluit, quod scribatur ambaxiatoribus ad parlamentum existentibus super motu exercitus, ut procurent quod dies motus exercitus prorogetur viij vel xv^{im} diebus; et quod procurent habere a Comunibus Societatis maiorem quantitatem peditum et militum quam habere poterunt, et aliam obferrant.

Placuit maiori parti secundum dictum d. Paniccie.

Die xvij^o mensis aprilis.

In Consilio Capitaneorum guerre et aliorum Sapientum proposuit Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus, predicta heri proposita super facto predicti Capitanei tallie, et etiam super facto exercitus.

D. Gerardus de Tornaquincis consuluit, quod scribatur ambaxiatoribus et sindicis, super facto Capitanei, quod ab eo discedant cum bonis verbis; et si expediret et dictus d. Rossus vellet venire usque ad medium mensem maii, omnibus pactis que detulerunt ambaxiatores et sindici Comunis Florentie.⁴ Et quod per revocationem non debeat discedi. Item, quod offerantur xij milites in exercitu. Item, quod scribatur illis de Sancto Miniato ut, si eis placet, mictant suos ambaxiatores.

Placuit omnibus secundum dictum d. Gherardi, super facto Capitanei. Item, quod ambaxiatores offerant ij milites et ij^m pedites, ultra partem contingentem. Item, quod motus exercitus sit in medio mense maii; et locus et loca ad que exercitus fieri debet, et per quantum tempus durare debeat super terris inimicorum, sit in *Comuni Florentie*⁵ et domino Iudice Gallure. Item, quod omnes Potestates Comunium Societatis Tuscie sint in exercitu, et quod quantitas militum sit absque militibus tallie.

Die xxij^o mensis aprilis.

In Consilio Capitudinum xij^{im} maiorum Artium et aliorum quamplurium Sapientum, congregato in domo Abbatie, in qua Priores morantur pro Comuni, coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, proposuit Potestas: Quid videtur dicto Consilio providere super

¹ Qui è ripetuto "provideatur".

² * Capitanei guerre *.

³ Il testo ha "Ponczardus", mancando la cola al secondo "c".

⁴ Così il testo, nè sapremmo come sanare l'imperfezione.

⁵ * Potestate, Capitaneo *.

pecunia in Comuni habenda, occasione exercitus, et pro facto Ampenane, et pro Capitaneo tallie et militibus stipendiariis.

Item, si videtur Consilio quod ferie indicantur.¹

D. Tribaldus de Giandonatis consuluit, quod una libra, ad rationem librarum \bar{x} pro centonario, in civitate et comitatu Florentie exigatur, predictis de causis. Item, quod * ferie *² indicantur.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod per Potestatem, Capitaneum et Priores et Capitaneos guerre provideatur unde dicta pecunia habeatur. Item, quod ferie indicantur.

D. Donatus Alberti consuluit, quod una libra imponatur ad rationem librarum sex pro centonario.

D. Oddo Altoviti consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum Capitaneis guerre et duobus per sextum, provideant quantitatem necessariam et ordinent quantitatem imponendam et exigendam.

[c. 129⁴] Nutus Marignoli consuluit, quod primo videatur quantitas necessaria et postea proponatur. Item, quod ferie indicantur quo ad capturas hominum.

Dinus Peccora consuluit secundum dictum d. Oddonis, de facto pecunie. Item, quod ferie indicantur.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti d. Oddonis, super facto pecunie habende.

Item, quod ferie indicantur.

Die xxij^o aprilis.

Congregatis Capitaneis guerre et aliis Sapientibus coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super pecunia in Comuni habenda.

Nerus Cambii consuluit, quod libra imponatur ad rationem librarum sex et soldorum \bar{v} pro centonario, et exigatur a populis et sindicis populorum.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod libra exigatur ad rationem librarum viij^o pro centonario.

Placuit predictis Sapientibus, quod libra imponatur ad rationem librarum sex et soldorum \bar{v} pro centonario.

Die iovis kallendarum mensis maii.

Die iij^o maii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram d. Andrea iudice Potestatis et dominis Prioribus Artium, in domo Abbatie, proposuit d. Andreas iudex predicti d. Potestatis: Quid videtur dicto Consilio providere super litteris missis per Comune de Vulterris, de castro Gabbreti capto per vim per Pisanos intrinsecos.

Manellus de Manellis consuluit, quod super predictis provideatur per dominos Priores cum Capitaneis guerre.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

¹ Il testo, qui ed appresso, ha "indicentur". Correggiamo, perchè altre volte, più avanti, si trova "indicantur".

² * curie *.

Die v̄ mensis maii. Actum in domo Abbatie.

In Consilio quamplurium Sapientum et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit **A.** Arrighus iudex d. Potestatis, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatoris Comuni Vulterre: exposito et narrato eo quod super hoc provisum et deliberatum fuit in Consilio Comuni.

Item, super litteris missis a Comuni Sancti Miniatis, de congregatione quam faciunt inimici Pisani.

Dinus Peccora consuluit, quod iij^o milites stipendiarii mictantur ad terram de Vulterris cum illis qui ibi sunt, et sint et obediant Regimini terre predicte. Item, quod remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus ad providendum super facto Sancti Miniatis.

Mari de Alleis consuluit, quod super predictis omnibus provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Capitaneos guerre; et valeat quicquid fecerint de predictis.

D. Corsus Donati consuluit, quod omnes stipendiarii morentur in terris Vulterre et Sancti Miniatis et de Peccioli. Item, quod littere et, si expedierit, ambaxiatores mictantur ad terram Masse, occasione petita.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Mari.

[c. 130^r.] Die v̄ mensis maii.

Placuit Capitudinibus xij^{cim} maiorum Artium congregatis coram Prioribus, in domo Abbatie, quod sal emptus pro Comuni habeatur pro Comuni, et fiat taliter quod veniat ad Comune. Et †

Die x̄ mensis maii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram d. Altonato iudice Potestatis et domino Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, proposuit d. Altonatus iudex d. Potestatis: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatoris Sancti Miniatis, continente quod Pisani intendunt venire in eorum territorio, ad vastandum illos de Sancto Miniato,¹ sicut asserit idem ambaxiator, Comune Sancti Miniatis habere per suos exploratores; et ideo petit quod gens mictatur per Comune Florentie ad terram Sancti Miniatis.

D. Oddo Altoviti consuluit, quod scribatur d. Foresio et d. Fantono vicariis, ut sint parati cum *hominibus suorum vicariatuum*;² ita quod, si expeditur, vadant in servitium et succursum illorum de Sancto Miniato. Et si contingerit *inimicos*³ venire ad partes Sancti Miniatis, tunc Potestas, Capitaneus, Priores, Capitanei guerre, cum modica quantitate Sapientum, provideant in predictis.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

¹ Qui è un "pro eo" cancellato.

² *eorum vicariatibus*. Includiamo nella cassatura anche l'"eorum" dimenticato di cancellare.

³ *eos*.

Die xxij^o maii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in *ecclesia Sancti Iohannis*,¹ proposuit Potestas, auditis litteris ambaxiatorum et sindicorum Comunis Florentie existentium Rome super adventu domini Gentilis capitanei tallie: Quid videtur Consilio providere super ordinando diem motus exercitus. Nutus Marignole consuluit, quod hoc determinetur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Capitaneos exercitus; salvo quod dies ipsius motus non differatur ultra vj^{um} diem mensis *iunii*² proxime venturi.

Tornaquinci Bonsostegni consuluit, quod dies motus exercitus sit in kallendis iunii.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod, scito quod d. Gentilis iter arripuerit, insignia extrahantur; et cum fuerit Senis idem d. Gentilis, Potestas cum militia arripiat iter, si videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre.

D. Gianni Bonaguide consuluit, quod sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre de eligendo et procedendo secundum dictum Nuti vel Tornaquinci.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod motus sit per duos vel tres dies ante quam dominus Gentilis capitaneus tallie sit in civitate Florentie.

D. Gerardus Sgrana consuluit, quod in kallendis iunii Potestas, cum insignis et cum illa quantitate militie que videbitur Prioribus,³ vadat ad terram Sancti Miniatis; et hoc scribatur cum litteris, vel per ambaxiatores significetur amicis et sociis, ut die kallendarum predictarum amici sint Florentie et socii ad Sanctum Miniatem; et Priores faciant ita quod alia gens universa sit in terra Sancti Miniatis die martis tunc sequente.

D. Leone de Acciaiuolis consuluit, quod predicta differantur, donec pro firmo scietur de motu d. Gentilis; et tunc fiat Consilium Sapientum in magna quantitate, et ibi determinentur predicta.

[c. 130^o] Angiolinus Bernardi consuluit secundum dictum d. Gerardi Sgrane.

Ser Arrighus Gratie consuluit, quod dies motus exercitus sit die iij^o mensis iunii proxime venturo.

D. Iacobus de Certaldo consuluit secundum dictum Tornaquinci.

D. Guaytanus de Pilliis consuluit, quod hic non determinetur dies.

Placuit quatuor partibus et ultra secundum dictum d. Gerardi quo ad motum exercitus.

Eodem die.

In dicto Consilio proposuit Potestas: Quomodo debeant requiri amici et socii qui venire debeant in dictum exercitum.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod omnibus Comunibus Societatis mictatur, ut die kallendarum sint ad partes Sancti Miniatis; et amicis,⁴ quod sint Florentie, die

¹ *in domo*. Sembra volesse scrivere *in domo Abbatie*.

² *maii*.

³ Qui avea cominciato a scrivere "et scribatur" ("et scrib."), e cancellò.

⁴ Il testo ha "amici".

ultimo iunii: et hoc fiat per litteras vel ambaxiatores, secundum quod videbitur Prioribus.

Placuit omnibus secundum dictum d. Guelfi predicti.

Die xvj̄ mensis iunii.

In Consilio Capitulum ^{sim} xij̄ maiorum Artium, congregato in choro ecclesie Sancti Petri Scradii, proposuit d. Gerardus de Vicedominis de numero Priorum: Quid videtur dictis Capitulum ^{sim} xij̄ maiorum Artium, super facto salis, in presenti Consilio lectis: narrato etiam quod, occasione contenta in ipsis litteris, quidam ambaxiator d. Marchionis est in civitate Florentie.

D. Palmerius Altoviti consuluit, quod Piores habeant Sapientes iuris et etiam Sapientes layci qui provideant in predictis.

Dinus Compagni consuluit, quod Comune Florentie non vult nec potest denegare ius alicui persone; et ideo Comune Florentie faciet ius unicuique, tam civibus quam foresteriis. Item, dicatur ambaxiatori d. Marchionis quod Comune Florentie faciet summariam rationem d. Marchioni et suis nuntiis; sed ferie nunc sunt, et exercitus etiam per Comune Florentie presentialiter fit.

Placuit omnibus secundum dictum d. Palmerii.

Die xvij̄ mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum et Capitulum ^{sim} xij̄ maiorum Artium, congregato in ecclesia Beati Iohannis Baptiste, proposuit d. Iacobinus iudex et vicarius d. Potestatis, presente et volente d. Capitaneo: Quid videtur dicto Consilio providere super prorogatione exercitus, qui nunc est et fit contra Pisanos per Comune Florentie et alia Communia Societatis Tuscie: narrato et exposito qualiter super hoc Potestas et illi qui sunt in exercitu per suos ambaxiatores hoc miserunt.

Dinus Peccora consuluit, quod exercitus refirmetur et duret per illud tempus quod videbitur Potestati et domino Gentili capitaneo generali, et Maghinardo de Susinana et Capitaneis exercitus; et habeat firmitatem quicquid ordinaverint de predictis.

[c. 131^r.] D. Neri Bordellus consuluit, quod exercitus duret tantum quantum videbitur Prioribus Artium, et ad presens solutio fiat illis qui sunt in exercitu pro Comuni Florentie, pro decem diebus proxime venturis.

Ser Burnectus Latinus consuluit, quod remaneat in Prioribus de providendo super motu exercitus, vel de hoc remictendo ad illos de exercitu.

D. Symon Donati consuluit, quod exercitus duret per decem dies ultra terminum pro quo eis solutum fuit, et ultra, quantum videbitur Vicario, Capitaneo et Prioribus.

D. Neri de la Gataia consuluit, per decem dies et ultra, si videbitur et quantum videbitur Sapientibus exercitus.

Placuit quasi omnibus, quod exercitus duret per decem dies ultra terminum pro quo solutio facta fuit peditibus; et si videbitur Prioribus, ante finem dicti termini, habere Consilium super alia prorogatione et refirmatione dicti exercitus, hoc facere possint, secundum quod eisdem videbitur convenire.

Eodem die.¹

In dicto Consilio proposuit dictus Vicarius: Quomodo et unde pecunia haberi debeat in Comuni, occasione predicta.

D. Talanus de la Tosa consuluit, quod quantitas neccessaria pro predictis imponatur Ghibellinis in civitate et comitatu.

Ghinus Davanczi consuluit, quod sit in Vicario, Capitaneo et Prioribus.

D. Symon Donati consuluit, quod illis qui non faciunt exercitum imponatur dicta prestantia in quantitate neccessaria pro predictis.

Hugo Aldobrandini consuluit, quod Priores provideant in predictis secundum quod eis videbitur.

D. Lopus Saltarelli consuluit secundum dictum Hugonis predicti.

Die xviii^o mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum, numero xviii^o, congregato coram officio Priorum, in viridario Gani Foresii, occasione providendi super pecunia habenda pro facto exercitus.

Copus Ioseppi consuluit, quod quedam imposita prestantie fiat in quantitate xx^m florenorum auri, in civitate solum; et de ipsa non imponatur aliquid illis qui habent cavallatas vel partem in cavallatis.

Ugho Aldobrandini consuluit, quod una libra, ad rationem viij^o denariorum pro libra, imponatur in civitate et comitatu Florentie, et incontinenti exigatur in civitate ab illis qui allibrati sunt a i^o libris supra.

Vanni Hugolini consuluit, quod libra non imponatur, sed prestantia, in quantitate² predicta; et non possit imponi ultra xxx^o florenos auri vel a v^o infra; et illis qui habent cavallatas non possint imponi ultra xx.

[c 131^o] Ser Arrighus Gratie consuluit secundum dictum Vanni predicti, salvo quod nullus exceptetur a dicta prestantia: tamen debeant aleviari, sicut conveniens fuerit, illi qui sunt in exercitu.

Albertus d. Iacobi consuluit, quod libra imponatur ad rationem *librarum quinque*³ pro centonario; sed illis qui sunt in exercitu, ad rationem librarum trium; et aliis habentibus partem in cavallatis, ad rationem librarum iij^o pro centonario. Non exigatur ad presens ab illis qui allibrati sunt a i^o libris infra, et ab illis de comitatu; salvo a nobilibus comitatus, a quibus exigatur.

Segna Angiolini consuluit, quod prestantia imponatur in quantitate xx^m florenorum auri, in civitate et inter nobiles comitatus. Et illis qui sunt in exercitu personaliter non possint imponi ultra ij^o florenos auri pro centonario sue libre. Et illis qui habuerunt cavallatas tempore exercitus et prelii de Certomundo, vel a dicto tempore citra, non possint imponi ultra iij^o florenos auri pro centonario sue libre; illis vero qui non ha-

¹ Segue un "et" che dovrebbe esser cancellato. Il notaro avea cominciato a scrivere *et testibus*.

² Qui è un "vj" cancellato. Aveva scritto "vj" e dovea dire "vij" denari, com'è sopra.

³ *soldorum v*.

buerunt cavallatas non possint imponi ultra viij florenos auri pro centonario sue libre. Et predicta locum non habeant in illis qui allibrati sunt a 12 libris infra vel in 12 libris. Neri Litti consuluit, quod predicta remaneant in Prioribus cum illis Sapientibus quos habere voluerint.

Placuit omnibus secundum dictum Neri predicti.

Die xx^o mensis iunii.

In Consilio sex Sapientum electorum per Priores, facta propositione super pecunia habenda, placuit omnibus Sapientibus quod libra imponatur usque in quantitatem soldorum c pro centonario vel abinde infra, sicut expediens fuerit: dummodo a comitatibus vel ab alibratis a 12 libris infra ipsa libra non exigatur usque ad redditum exercitus.

Die xxv^o mensis iunii. Alibi notatum est in quodam medio folio.

Presentibus d. Iohanne filio d. Scelli milite Potestatis et domino Nicholao milite Capitanei.

D. Iacobinus assessor et nunc vicarius Potestatis et d. Capitaneus et domini Priores, cum aliis Sapientibus ad hoc tunc habitis, providerunt quod ferie ordinate per Consilia Comunis Florentie, et que duraverunt usque ad festum Beati Iohannis proxime elapsi, sint et durent usque ad festum Beatissime Virginis Marie mensis augusti proxime venturum; secundum quod alias, ut predictur, edite fuerunt. Hoc addito, quod si decetero aliquis vel aliqui de Populis vel Comunibus comitatus cogentur ad solvendum libram pro Populo vel hominibus sui Populi, pro restitutione sibi facienda, possit cognosci, *non obstantibus dictis feriis*.¹

Die xxvj^o mensis iunii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum^{ei} xij maiorum Artium congregato coram d. Iacobino assessore collaterali et vicario Potestatis et domino Capitaneo, in domo Abbatie, que pro Comuni tenetur, proposuit dictus Vicarius: Quid videtur dicto Consilio providere super petitione porrecta et facta per Colegium mercatorum et camporum qui utuntur Venetiis et per alios mercatores etc.; que incipit: "Cum per capitulum Constituti Comunis Florentie positum sub rubrica: Qualiter" etc.

Presentibus testibus d. Iohanne d. Scelli milite et nunc vicario d. Potestatis et d. Nicholao milite Capitanei.

D. Oddo Altoviti consuluit secundum petitionem predictam, et quod predicta firmentur et firma sint secundum ipsam petitionem: et hoc vigore statuti, et omni modo et iure quibus melius firmari potest.

Facto partito per predictum Vicarium, placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

¹ * secundum t*.

[c. 132^r.] Die xxvii^j mensis iunii.

D. Iacobinus iudex et vicarius d. Scelli potestatis et d. Catalanus capitaneus et Priores, una cum eertis Sapientibus habitis in ecclesia Sancte Reparate, providerunt quod omnia que novus Potestas et sua familia tenebantur facere prorogentur, occasione exercitus, usque ad medium mensem iulii etc.

Presentibus testibus domino Iohannino Cichognino et d. Nicholao d. Phylippi milite Capitanei, et aliis.

Die penultimo mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram dicto Vicario Potestatis et d. Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Sancti Iohannis, proposuit dictus Vicarius: Quid videtur Consilio providere super litteris missis per d. Gentilem capitaneum tallie, d. Potestatem et Capitaneos exercitus et per d. Iudicem Gallure, super fornimento de Peciole.

D. Lapus del Boccaccio consuluit, quod unus vel plures officiales, cum bona quantitate pecunie, mictantur sine mora ad fornimentum faciendum de ipsa terra: et hec omnia et alia fiant que spectent ad defensionem dicte terre, secundum quod videbitur Prioribus.

D. Neri Bordellus consuluit, quod predicta fiant, ut dictum est.

D. Talanus de la Tosa consuluit, quod predicta remictantur in Potestate et Capitaneis exercitus.

Placuit omnibus secundum dictum d. Lapi.

Die v^o mensis iulii. Alibi notatum est in quodam quaterno bambacis ser Lapi Bonamichi.

Lecta fuerunt Ordinamenta in Consilio LXXXX^a et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium, in presentia Priorum, et aprobata pro preterito tempore et futuro, scilicet a kallendis iulii citra usque ad kallendas ianuarii proximas; salvo quod si essent contra statuta. Placuit lxxxij secundum Ordinamenta, nolentes fuerunt vj.

* Item, super ordinamento loquente de hostiis non tenendis apertis post tertium sonum campane, placuit secundum ordinamentum; nolentes fuerunt*.

Presentibus testibus Albiczone filio Redde precone et Tingho Iacobini nuntio Priorum.

Die vj^o mensis iulii.

Coram d. Gentili potestate Florentie et d. Capitaneo et Prioribus Artium Consilio sapientum virorum congregato in ecclesia Sancti Iohannis Baptiste. In quo quidem Consilio, audita ambaxiata ambaxiatorum Comunis Sancti Miniatis, petentium auxilium militum, scilicet de masnada comitis Manentis, ultra illos qui ibidem sunt, vel saltem quod ibidem moretur dicta masnada loco masnade Guillielmi Catallani; item auxilium peditum, in ea quantitate que videbitur Comuni Florentie; item, quod ambaxiatores vel littere concedantur eisdem, * ituri cum eis * ad civitatem Luce, occasione petendi

dicto Comuni Luce ut mictant milites ad partes illius frontierie: [c. 132⁴] item audita ambaxiata ambaxiatorum Comunis Vulterre, petentium auxilium et succursum, ita quod eorum recollecta, fieri possit: Quibus auditis, d. Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus, predicta proposuit, et super hiis consilium postulavit.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod ambaxiatores vel littere mictantur Lucam, secundum petitionem ambaxiatorum Sancti Miniatis. Item, quod comes Manente cum sua masnada, si videbitur et secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus, moretur in terra Sancti Miniatis, loco Guillelmi Catalani. Item, quod illis de Sancto Miniato detur auxilium peditum, et illis de Vulterra detur auxilium, prout et secundum quod videbitur predictis Dominis et illis Sapientibus quos habere voluerint; et valeat quicquid fecerint.

Factis partitis per d. Potestatem, placuit secundum dictum predicti Sapientis.

Die x^o mensis iulii.

Coram Potestate et Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Sancti Iohannis congregato Consilio Sapientum; in quo Consilio proposuit dominus Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur Consilio providere super hiis que in ipso Consilio dixit et petiit d. Hugolinus iudex Gallure, super defensione custodia et fornimento victualium terre de Pecciole, facienda per Comune Florentie.

Item, super hiis que dicuntur de novitatibus civitatis Aretii et Castillionis Aretini.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod petita per Iudicem fiant; sed quomodo et in qua quantitate hoc fieri debeat remaneat in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre. Et illud idem dixit de facto Aretii.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xj^o mensis iulii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Sancti Iohannis, proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Senarum, super facto Maretime facta.

D. Albicuz Corbinelli consuluit, quod ambaxiatores mictantur ad terram Masse et Grosseti, quod guerram faciant Pisanis; et quod examinetur quantitas militum soldatorum quos Comune Florentie habet; et si poterunt micti milites ad dictas partes, mictantur; alioquin fiat bona responsio ambaxiatoribus Comunis Senarum.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xvj^o mensis iulii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Prioribus Artium, in domo Abbatie Florentine, et Consilii Credentie et Capitudinum xij^o maiorum Artium, firmatum fuit quod provisio et fideiussio fiat per Comune Florentie apud Comune Ianue de mille quingentis libris ianuensium, iuxta petitionem factam per ambaxiatores domini comitis Locti filii olim comitis Hugonis.

[c. 133^r.] Die xxj iulii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate et Capitaneo et Prioribus, in domo Gani Foresii et consortum, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super litteris et ambaxiata Comunis Aretii.

D. Bertus Frescobaldi consuluit, quod per publica verba respondeatur Comuni Aretii,¹ et mictatur illis de Castillione et de Montechio ut² terras eorum solícite debeant custodire.

Placuit maiori parti secundum dictum d. Berti.

Die xxiiij mensis iulii.

In Consilio Capitulum xij^{sim} maiorum Artium proposuit d. Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine: Quid videtur Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Bononie super facto Guillielmi Grate et Lapi Scandicii, super facto salis.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod petitio ambaxiatorum Comunis Bononie, et etiam ambaxiatoris d. Marchionis, habeantur in scriptis; et postea habeantur Sapientes iuris cum Capitudinibus, et tunc provideatur responsio facienda: et postea respondeatur per ambaxiatores Comunis Florentie dicto Comuni Bononie, secundum provisionem tunc faciendam.

Iacobus Giambolarius consuluit idem.

Placuit omnibus secundum dictum predictorum Sapientum.

Die xxviiiij augusti.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, audita ambaxiata ambaxiatoris d. Iudicis Gallure, in presenti Consilio facta per d. comitem Tadeum ambaxiatorem dicti Iudicis, super custodia et defensione castri de Pecciole et fornimento bladi ipsius terre.

Item, super eo quod provideatur super facto Vulterre, et specialiter quod per Comune Florentie procuretur quod confinati ipsius terre morentur longe a civitate Vulterre, et quod aliqui qui sunt in dicta terra, de quibus potest suspitio haberi, continentur.

Item, super eo quod stipendia dentur exititiis Pisanis per Comune Florentie.

Item, quod iniungatur quod masnada que moratur Vulterre debeat in omnibus obedire d. Iudici Gallure; et etiam precipiatur stipendiariis commorantibus in terra Sancti Miniatis et in illis partibus, quod equitare debeant ad requisitionem Iudicis.

Dinus Peccora consuluit, quod super facto custodie et fornimenti de Pecciole provideatur modo et forma et secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus et Sapientibus quos habere voluerint; et illud idem dixit in aliis petitionibus.

D. Gerardus de Vicedominis consuluit idem: salvo quod consuluit quod petitio que fit super soldatis commorantibus Vulterre fiat in totum.

Mari Attiliantis consuluit †

¹ Il testo ha, per errore, "Florentie"

² Qui è una parola cancellata, che pare sia "faciant".

[c. 133¹] Die xxviii^o augusti.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate et Capitaneo et Prioribus, in domo Gani Foresii, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum domini Iudicis Gallure, hodie alias in alio Consilio exposita et narrata: exposita etiam dicta ambaxiata in presenti Consilio per d. Vicedominum. D. Teghia Bondelmontis consuluit, quod secundum eorum petitionem fiat, de facto et fornimento de Pecciole. Item, provideatur super facto confinorum de Pecciole, qui non morentur prope terram. Item, super facto stipendiariorum commorantium in Vulterra, fiat secundum petitionem Iudicis. Item, quod centum ex exiticiis Pisanis dentur stipendia pro Comuni Florentie. Item, quod Iudex possit facere equitare milites commorantes in terra Sancti Miniatis vel in illis partibus.

Die v^o mensis septembris.

In Consilio Sapientum congregato coram Prioribus, in domo Gani Foresii, occasione providendi super novitatibus Romaniolae; lectis litteris super hoc missis a Comuni Bononie, et etiam a Maghinardo de Susinana. In quo proposuit d. Andreas de numero Priorum, narrato qualiter iam firmum est de ambaxiatoribus ad *dictas partes*¹ mittendis: Si videtur Consilio, quod d. Potestas vadat ad dictum locum. D. Lopus de Manellis consuluit, quod magna ambaxiata mictatur occasione predicta; et quod d. Potestas vadat ad dictas partes occasione predicta. Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die ultimo septembris. Indictione sexta.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram d. Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Gani Foresii, exposita ambaxiata per ambaxiatores d. comitis Guelfi et domini comitis Locti.

Die secundo octobris.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Capitaneo et Prioribus, in domo Gani Foresii et consortum, proposuit d. Capitaneus: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Sancti Miniatis, continente qualiter Pisani invaderunt castrum Vignalis et qualiter gravia et enormia malleficia ibidem commiserunt; et quod Samminiatenses intendunt ponere campum et assedum ad dictum castrum; et super hoc petunt auxilium Comunis Florentie, et maxime in positione campi.

D. Ciprianus de Tornaquincis consuluit, quod predicta de causa fiant Capitanei guerre, et cum eis et aliis Sapientibus provideatur in predictis.

D. Rossus de la Tosa consuluit, quod hic firmetur de serviendo Comuni Sancti Miniatis,

¹ * dictum locum *.

et quod dictum castrum Vignalis obsideri debeat; et quod tractetur et examinetur cum ambaxiatoribus Sancti Miniatis de hiis que fieri debeant circa predicta.

Placuit omnibus, quod Comuni Sancti Miniatis serviatur¹ per Comune Florentie, occasione predicta.

[c. 134^r.] Die viij mensis octobris.

Per d. Gentilem potestatem et d. Catalanum capitaneum, Priores et alios Sapientes ad hoc habitos, provisum et ordinatum fuit, auctoritate et bailia eis concessa a Consiliis opportunis, quod in exercitu illorum de Sancto Miniato, quem intendunt facere contra castrum Vignalis et contra Pisanos, ad presens pro Comuni Florentie mictantur milites cavallatarum sextuum Sancti Petri Scradii, Porte Sancti Petri et Porte Domus, et usque in numerum iij peditum, pro tempore xv^{im} dierum et ultra, si videbitur et quantum videbitur Prioribus; et de aliis sextibus possint micti milites cavallatarum pro illo tempore quod videbitur Prioribus. Item, de officialibus et aliis, possit provideri per Priores. Item, firmaverunt, occasione predicta, ordinamenta edita pro alio exercitu facto de mense iunii.

Actum in domo Gani Foresii et consortum.

Die xvj mensis octobris.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Abbatie Florentine, in qua Priores nunc morantur pro Comuni, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super facto auxilii alias firmati debere dari et fieri pro Comuni Florentie Comuni Sancti Miniatis, in exercitu quem dicunt velle facere contra castrum Vignalis: narrato qualiter ambaxiatores Sancti Miniatis sunt presentialiter in civitate Florentie, occasione predicta. Lectis litteris missis a Comuni Vulterre et a Castellano Laterini et a domino Episcopo Aretino; et etiam narrato qualiter illi de Montecucholi petunt auxilium pro custodia et defensione dicti castri. Super quibus omnibus sibi petiit consilium exhiberi.

D. Gianni Bonaguide consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, per se vel cum Sapientibus, provideant in predictis: salvo quod illis de Montecucholi non detur aliquod auxilium.

D. Teghia Bondelmontis consuluit, quod ea que firmata sunt super auxilio dando illis de Sancto Miniato fiant et executioni mandentur; sed quando fieri debeant sit in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Capitaneis guerre. Item, quod que petuntur per Episcopum Aretinum provideantur per Potestatem, Capitaneum et Priores; et si eisdem videbitur, ad hoc habeantur Capitanei guerre. Item, quod petitio illorum de Vulterra admictatur, et etiam petitio illorum de Montecucholi, prout videbitur Prioribus. Item, quod provideatur super litteris missis a Castellano Laterini, de reparatione terrarum quam faciunt Aretini.

D. Gerardus Sgrana consuluit secundum dictum d. Gianni, et quod exercitus et dictum servitium differratur.

D. Rossus de la Tosa consuluit secundum dictum d. Teghie, de facto exercitus.

¹ Il testo ha "servietur"

D. Giovenchus de Arrigutiis consuluit, quod in hoc Consilio refirmetur, et quod per Potestatem, Capitaneum et Priores, per se vel alios, provideatur¹ super responsione facienda ambaxiatoribus Sancti Miniatis.

[c. 134^t] Die secundo mensis novembris.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram officio Priorum, in domo Abbatie Florentine, proposuit d. Mapheus Tedaldi prepositus Priorum, voluntate sociorum: Quid videtur dicto Consilio providere super provisione facta per preteritos Priores super modo faciendi guerram inimicis cum soldatis, secundum provisionem super hoc factam et in scriptis redactam.

D. Gherardus de Tornaquincis consuluit †

D. Neri Bordellus consuluit, quod modus adinventus non valeat nec in eo procedatur.

D. Nerlus de Nerlis consuluit, quod in dicto modo procedatur: verumtamen sit in Prioribus de tempore quo officiales soldatorum durare debeant, et etiam super aliis modis et ordinamentis provideant Priores in ipsis melliorandis.

Mari de Alleis consuluit, quod dictus modus ad presens suspendatur.

Dominus Teghia Bondelmontis consuluit, quod in hiis procedatur.

D. Tribaldus de Giandonatis consuluit, quod procedatur in modo predicto, salvo quod Capitaneus militum soldatorum non sit aretinus vel pisanus: salvo in ordinamento quod loquitur de cavallatis; in quo consuluit quod equi imponantur, in quantitate mille, divitibus, absque soldo.

D. Rossus de la Tosa consuluit secundum dictum d. Teghie.

Latinus Bonacursi consuluit, quod Priores presentes, cum veteribus Prioribus et cum uno bono milite et uno populari per sextum, provideant in predictis; et secundum eorum provisionem in hiis procedatur.

D. Cantinus Poltronis de Cavalcantibus consuluit, quod de termino officialium soldatorum sit in Prioribus; et in aliis procedatur.

Placuit quasi omnibus, quod in ipsis ordinamentis et modis procedatur cum modificatione, additionibus et provisionibus super hiis feudis per Priores et alios Sapientes quos habere voluerint.

Die tertio mensis novembris.

In Dei nomine, amen. Per dominos Priores Artium et alios Sapientes ad hoc habitos provisum et firmatum est, quod ordinamenta que sunt in Statutis super facto vini quod ad minutum venditur et vendetur pro anno presenti, initiato in kallendis novembris preteritis; et etiam ordinamenta *facta* anno preterito, die penultimo mensis februarii, sint firma; salvo in parte in qua continetur quod vinum vendatur pro certo pretio: in qua parte dicta ordinamenta sint sublata, ita quod liceat unicuique vinum vendere sicut sibi placuerit.

Die vij^o mensis novembris.

Per d. G. potestatem et d. Conradum capitaneum et Priores Artium et alios Sapientes

¹ Il testo: "provideant".

ad hoc habitos, auctoritate Consilii, firmatum fuit quod milites cavallatarum sextuum Ultrarni, Burgi et Sancti Pancratii, et pedites Vicariarum Daviczi et Synibaldi, vadant et morentur in exercitu ad voluntatem Priorum; et alia fiant secundum provisionem Priorum.

Actum in domo Priorum, presentibus testibus d. Aldrico de Sorrecina milite Capitanei et ser Bonsengnore notario Priorum.

[c. 135^r.] Die xvij^o mensis decembris.

In Consilio quamplurium sapientum virorum, popullarium et artificum, civitatis Florentie congregato coram offitio Priorum, in domo Abbatie Florentine, per me B. notarium lecta quadam scriptura, reducta per Ubertum de Pulcis a comite G. de Monteferetro, a civitate * Aretii *,¹ super tractatu pacis faciende in Tuscia, et auditis hiis que super hoc dixit dictus Ubertus; per offitium Priorum petatum fuit consilium a predictis Sapientibus.

D. Niccola de Acciaiuolis iudex consuluit, quod in tractatu dicte pacis et concordie procedatur cum bonis et sapientibus tractatibus.

Ugho Aldobrandini consuluit, quod in tractatu pacis cum Comuni Pisano non procedatur, nisi cum voluntate et conscientia Comunium Societatis Tuscie. Item, si pax et concordia haberi potest cum exititiis florentinis, fiat, si fieri potest, cum honore Comunis Florentie: etiam si alius tractatus non haberet locum.

D. Oddo Altoviti consuluit, quod tres per sextum habeantur, inter quos sint de magnatibus et popularibus, et coram eis dictus Ubertus exponat predictum negotium, et que dicta et tractata sunt; et legatur scriptura predicta. Et si eisdem placuerit quod in dicto tractatu procedatur, in nomine Domini procedatur: dummodo, si contingerit ad predicta procedi, fiat ipsa pax particulariter.

Iacobinus Alfanni consuluit, quod in tractatu pacis intendatur et procedatur in ea, si haberi poterit cum honore Comunis Florentie; et ad hec eligantur boni viri amatores pacis.

Bartholus d. Iacobi de Bardis consuluit, quod in tractatu predictae pacis procedatur; ita quod sciatur quid et quomodo fieri poterit: tamen Sapientes, inter quos sint milites et alii quos et quot Priores voluerint, *habeantur* super predictis. Et si pax *haberi* potest cum Pisanis, fiat, seu cum Aretinis, seu cum exititiis Florentie, et cum quolibet predictorum.

Mongia del Rosso consuluit +²

[c. 135^v.] Die * xxij *³ mensis decembris.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Prioribus, in domo Abbatie Florentine, proposuit d. Palmerius Altoviti de numero Priorum: Quid videtur dicto Consilio super modo impositionis v cavallatarum et super aliis circumstantibus; narratis hiis que super hoc per Consilia iam firmata sunt.

¹ * Pisanum *.

² Segue uno spazio bianco di 6 o 7 righe.

³ * xxviii *.

D. Bertus de Frescobaldis consuluit, quod imponatur Guelfis et Ghibelinis simul. Guelfi sint cavalcatores: ita quod de expensis patiantur Guelfi et Ghibelini. Et annus initietur in kallendis ianuarii. Et nullus *equus* imponatur alicui Guelfo, nisi fuerit asociatus a Ghibelino.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod Priores eligant duos per sextum de maioribus et melioribus civitatis, qui provideant in predictis, et morentur ad predicta deliberate facienda. Et valeat quicquid fecerint et ordinaverint in predictis.

D. Teghia Tedaldi consuluit, quod annus initietur in kallendis ianuarii: quod Priores eligant quos voluerint ad imponendum cavallatas; et imponantur omnibus militibus de corredo, si sunt sani, et aliis bonis et ydoneis; et asocientur ab illis Guelfis et Ghibelinis, quos ipsi impositores eis dare voluerint: et illi qui fuerint magis ydoney ponantur pro cavalcatoribus.

D. Teghia de Bondelmontibus consuluit, quod per Priores eligantur ^{or}iii per sextum ad imponendum equos cavallatarum; et imponantur Guelfis, asociatus quilibet uno vel pluribus Ghibelinis: et quilibet auxilietur a sociis de xxx florenis auri.

Die xxvij mensis decembris.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram offitio Priorum proposuit d. Palmerius Altoviti de numero Priorum: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata Comunis Sancti Miniatis in presenti Consilio exposita per ambaxiatores dicti Comunis Sancti Miniatis.

D. Bindus Era de Cavalcantibus consuluit, quod Priores super predictis provideant cum sapientibus viris quos habere voluerint et cum Sapientibus qui sunt super facto tallie: dummodo provideatur super custodia terre Sancti Miniatis, secundum quod eisdem videbitur convenire.

D. Benghi Bondelmontis consuluit, quod ambaxiatores mictantur ad terram Sancti Miniatis, secundum petitionem ambaxiatorum. Item, quod illi de Sancto Miniato rogentur, et fiat taliter quod imponant cavallatas.

D. Foresius domini Bonaccursi consuluit, quod¹ illis de Sancto Miniato dicatur omnino quod Comuni Florentie placet quod imponant et habeant equos cavallatarum. Item, quod ambaxiatores mictantur ad terram Sancti Miniatis occasione predicta; et ambaxiatores sint quatuor.

[c. 136.] D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod ambaxiatores mictantur in bona quantitate ad terram Sancti Miniatis; et quod pedites de Montelupo et de Castro Florentino, et a dictis locis ultra, usque in quantitatem cc, *mictantur* pro custodia dicte terre.

Placuit quasi omnibus, quod dicatur ambaxiatoribus Comunis Sancti Miniatis quod habeant cavallatas et imponant in suo Comuni.

Item, quod ambaxiatores mictantur ad terram Sancti Miniatis.

¹ Si omette qui un "dicatur", ripetuto appresso, dove pare più a suo luogo.

IV.

Codice legato in pergamena, con due spranghe di cuoio; cm. 30-32 × 21-24. Cartaceo, di carte 208, modernamente numerate, 23 delle quali sono bianche. Si compone di diciotto Quaderni o frammenti di Quaderni, e di diciassette pezzi di carta di varie grandezze, già sciolti dentro i Quaderni stessi, e ora fermati ne' loro luoghi e progressivamente numerati con le altre carte.

1292, 3 gennaio — 1298, 2 luglio.

Quaderni I, II e III, cm. 30 × 22, carte 1-10, 11-24, 25-32; Quaderno IV, cm. 30 × 21, carte 33-49. Le carte o pezzi di carta 3, 8, 17, 23, 34 hanno rispettivamente queste dimensioni: 12 × 22, 17 × 10, 16 × 24, 8 × 16, 14 × 23.

1292, 8 gennaio — 1298, 28 febbraio.

[c. 1^r] In Dei nomine, amen. Anno sue salutifere Incarnationis Millesimo ccc̄ lxxxij, indictione sexta. Liber in quo breviter et summarie notata et scripta sunt ||ea|| que in Consiliis Centum virorum et etiam in Consiliis d||omini De||fensoris et Capitanei proposita provisa et deliberata ac etiam acta sunt || die || iovis primo mensis ianuarii. Tempore regiminis domini Conradi de Sorec||ina d||efensoris et capitanei civitatis Florentie.

= 1293

Die iij̄ mensis ianuarii. Alibi notatum est in quaterno * bambacis signato per "E" *¹.

In Consilio C virorum proposuit predictus dominus C. defensor et capitaneus, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio predicto utile fore teneri Consilia opportuna super infrascriptis.

Primo videlicet, super bailia danda d. Potestati, Capitaneo et ||Prioribus et illis Sapi||entibus quos Priores habere voluerint, quod possint invenire ||viam pecunie in Comuni habende||, que eisdem videbitur expedire: non obstantibus aliquibus statutis, ordinamentis seu Consiliorum reformationibus, contradicentibus; et non obstante statuto novo Comunis contradicente.

¹ * Camere *.

Item, super absolute capitulo Constituti d. Capitanei positi sub rubrica “ Ubi rustici et forenses originarii suas libras et factiones solvere debeant”, et incipit “ Quoniam rustici etc.”; occasione provisionis fiende per Priores super facto libre, et super resistendo malitiis que committuntur circa libre solutionem.

¹ Item, super solutione facienda² ser Symoni Bonchristiani, pro se et procuratorio nomine pro Mito fabro quondam Gianni populi Sancte Reparate, olim fratre et herede [ser] Locti clerici, pro exemplatura duorum Statutorum novorum Comunis, que idem ser Symon et dictus olim ser Loctus exemplaverunt pro Comuni; in quantitate librarum xliij florenorum parvorum.

Item, super petitione nuntiorum Potestatis et Capitanei et Iudicis appellationum et Sindici Comunis Florentie, qui fuerunt pro mensibus novembris et decembris.

Presentibus testibus domino Alberto Taverna iudice Capitanei et Leone Poggi preconone d. Capitanei, et aliis.

Pacinus Peruczi consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Datus Cacciafuori consuluit, quod libra vel pres. tantia^{||} possit exigi ad extimum quod nunc est.

Neri Attiliantis consuluit secundum dictum Pacini predicti.

Placuit lxj Consiliariis super bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus et Sapientibus super facto pecunie in Comuni habende, et secundum propositionem; nolentes fuerunt xliij^{com}.

Item ||su||per aliis propositionibus placuit || || secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt || ||.

[c. 1^o] Die ij^o mensis ianuarii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitanei et Capitudinum xij^{com} maiorum Artium predictus d. Capitaneus proposuit predicta hodie firmata in Consilio C virorum.

Presentibus testibus domino Alberto ||Tav||erna iudice Capitanei et Braccino Bratii preconone, et aliis.

D. Lopus Saltarelli consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt x^{com}.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{com} maiorum Artium proposuit d. Capitaneus omnia predicta.

Braccinus Bratii consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die predicta.

Per ||d. Capitaneum|| et Priores facte fuerunt quedam provisiones et declarationes et additiones ordinamentis alias editis super novo extimo faciundo.

¹ A questo e al successivo paragrafo precedono nel margine le sigle “ a. n.”.

² Qui è un “ dominis Prioribus”, cancellato.

Die v̄ mensis ianuarii. Signati per “j” non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio quod Camerarii expendant libras xxv̄, ad provisionem Priorum, de summa librarum centum que expendi possunt de presenti mense ianuarii, in hiis et pro hiis que expedire videbuntur pro Comuni.

Item, si videtur Consilio quod Camerarii solvant d. Gentili de filiis Ursi olim capitaneo tallie, pro salario sui subcapitanei mensis iulii, de quo mense dicitur ipsum solutionem non habuisse, ad rationem viij̄ florenorum auri per diem, in summa ij̄ xliij̄ florenos auri.

Item, super coadiutore dando in offitio Notarii Reformationum, usque ad kallendas ianuarii venturas, quem Priores voluerint, cum salario librarum lxxx̄ florenorum parvorum etc.

Presentibus testibus d. Alberto Taverna iudice Capitanei et Braccino Braccii precone Comunis.

Alfannus Ianni consuluit secundum ||propositiones|| predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit lxxv̄ secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vij̄.

Die vij̄ mensis ianuarii.

In Consilio speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij̄ maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta, que deliberata fuerunt in Consilio C virorum die v̄ presentis mensis; excepta propositione librarum xxv̄.

Presentibus testibus Braccino Braccii precone d. Capitanei et Miccho Hugolini nuntio Capitanei.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum propositiones ||predict||as.

Placuit lxiiij̄ secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt ij̄.

[c. 2^r.] Die vij̄ mensis ianuarii.

Presentibus testibus suprascriptis.

In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Ser Gianni de Syminectis consuluit secundum propositiones predictas.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio speciali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio quod Comuni de Montevarchi et Comuni de Fighini *concedantur Potestates*, pro tempore futuro usque ad kallendas iulii, et etiam Populo plebis de Campi pro uno futuro anno; secundum petitiones eorum.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit, quod concedantur ad scrupinium, hoc modo: quod quilibet sextus eligat unum in qualibet terra, et qui postea in scrupinio habuerit plures voces sit potestas illius terre.

Die x^o mensis ianuarii.

In Consilio Centum virorum proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio utile fo||re|| pro Comuni teneri Consilia opportuna super bailia licentia et auctoritate danda et concedenda d. Potestati, Capitaneo et Prioribus presentibus, et Sapientibus quos habere voluerint, providendi super Artibus et artificibus uniendis, et super provisionibus et ordinamentis faciendis super omnibus et singulis que eisdem videbuntur ad fortificationem et roborationem et bonum statum Artium et artificum et Populi et Comuni Florentie pertinere quomodolibet et spectare; et quicquid providerint et fecerint in predictis et circa predicta valeat et teneat et firmum sit, ac si factum fuisset per omnia Consilia opportuna.

Presentibus testibus Leone Poggi precone d. Capitanei et Tuccio Rodulfi nuntio Priorum, et aliis.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositionem predictam.

Neri Attiliantis consuluit idem: salvo quod non possit provideri aliquid quod sit in favorem illorum qui fuerunt et steterunt Pisis vel Aretii ad faciendum guerram Comuni Florentie.

Alfannus Ianni consuluit secundum dictum primi Sapientis.

* Brandallia *¹ de Acciaiuolis consuluit idem, quo ad pacificationem Artium. In aliquibus aliis non possint providere sine voluntate et aprobatione facienda in omnibus Consiliis, de ordinamentis in aliis faciendis: que ordinamenta prius legi debeant.

Arrighus Paradisi consuluit secundum dictum predicti primi Sapientis.

Facto partito per d. Capitaneum ad pissides et balloctas, secundum formam Ordinamentorum canoniczatorum, placuit lxxij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt ij solum.

[c. 2^o] Die x^o mensis ianuarii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta hodie deliberata in Consilio Centum virorum.

Presentibus Leone Poggi precone d. Capitanei et Miccho Hugolini nuntio Capitanei, et aliis.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositionem predictam.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit idem: salvo quod ea que fecerint reducantur et aprobentur in Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium; et que in ipso Consilio fuerint aprobata valeant, et alia non.

Manectus Tinioczi consuluit secundum dictum primi Sapientis.

D. Gerardus de Vicedominis consuluit secundum dictum ser Nini predicti.

D. Albiczus Corbinelli consuluit secundum dictum predicti Nicti primi Sapientis.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit secundum dictum ser Nini de Cantoribus.

Placuit lviiiij utile esse pro Comuni teneri Consilia super propositione, secundum modum dictorum Sapientum qui consuluerunt; nolentes fuerunt vij.

¹ * Brandaglia *.

Item placuit xxxviiij, quod valeat quicquid fecerint; illi qui voluerunt predicta reduci debere ad Consilium speciale et d. Defensoris fuerunt xxvij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitanei et Capitudinum ^{ei}xij maiorum Artium d. Capitaneus proposuit predicta omnia.

Dinus Peccora consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Die xx^o mensis ianuarii. Signati per "m" non interfuerunt Consilio.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium.

Primo videlicet, de xxv^o libris expendendis ad voluntatem Priorum, de summa librarum centum que expendi possunt de presenti mense ianuarii.

Item, de ccc^o libris expendendis per Camerarios, occasione emendi et fieri faciendi Vexillum Iustitie, centum targias et pavenses, centum elmos, centum lancias, xxv^o balistas, sagitamentum et alias res necessarias pro ipsis balistis.

Item, quod Camerarii Comunis Florentie presentes et futuri possint expendere, et dare et solvere teneantur et debeant Vexillifero Iustitie qui pro tempore fuerit in dicto officio, pro ipsius expensis, salarium in Ordiuamentis contentum, videlicet soldos decem florenorum parvorum per diem.

Presentibus testibus Leone Poggi preconone Comunis et ambobus Militibus dicti domini Capitanei, et aliis.

Ser Chiarus de Varaczano consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxvj secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

[c. 4^r.] Die xxj^o mensis ianuarii.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{ei}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia que heri firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Presentibus testibus Braccino Braccii preconone domini Capitanei et ambobus Militibus dicti domini Capitanei, et aliis.

Dominus Albicus Corbinelli iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lviiij secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{ei}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, super petitione Comunis de Certaldo petentis in potestatem d. Pinum de Rubeis.¹

¹ Ved. questa petizione dopo il presente Consiglio.

Ser Rogerius Hughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas. Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

[c. 3] Vobis dominis Prioribus Artium et artificum civitatis Florentie exponunt Bincius olim Brighinzi et Corsinus olim Rusticci, sindici Comunis et hominum castri Certaldi, terre exempte, spetialiter ad hoc constituti, quod dictum Comune Certaldi est multis debitis obligatum, et est etiam castrum forte positum et constitutum in fronteria guerre Pisanorum; propter quod indiget dictum castrum aliquo bono Rectore ad faciendum fieri custodiam dicti castri et alia negotia dicti castri peragenda, que ibi per ipsum dominum et Rectorem fieri expediunt. Quare dicti sindici, sindicatus nomine dicti Comunis, supplicant vobis umiliter et devote quod vobis placeat eisdem concedere pro dicto Comuni in dominum et Rectorem dicti Comunis Certaldi aliquem probum virum nobilem et potentem civitatis Florentie, pro presenti anno, silicet a kalendis ianuarii proxime elapsis usque ad alias kalendas ianuarii proxime advenientes, cum salario ordinario et consueto in dicto Comuni Certaldi; et qui predictum Comune et homines et personas dicti Comunis possit et debeat regere et gubernare, secundum statuta et ordinamenta dicti Comunis Certaldi, facta vel facienda per ipsum Comune Certaldi.¹

[c. 4.] Eodem die * et testibus *. Alibi notatum est in quodam folio.

In Consilio speciali domini Defensoris proposuit dominus Spinus miles domini Capitanei: Si videtur dicto Consilio concedere Potestates infrascriptis terris, videlicet: Comuni² Montis Lupi, item Comuni Pontormi, item Comuni de Mori plebatus de Groppoli, item Comuni Avene.

Presentibus testibus Braccino Braccii preconne dicti domini Capitanei et Pangno Ristori nuntio d. Capitanei.

Dominus Albiczus Corbinelli consuluit, quod fiant ad scrupinium.

Die xxij mensis ianuarii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium congregato coram Prioribus, in domo Priorum, occasione providendi super electione futuri Defensoris et Capitanei, eligendi pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis maii, proposuit d. Palmerius Altoviti de numero Priorum: Quid videtur dicto Consilio super hoc providere.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod dicta electio fiat per Priores; et valeat et teneat quicquid super hoc fecerint.³

Dinus Peccora consuluit idem.

¹ Fin qui la petizione originale del Comune di Certaldo; in fine della quale un'altra mano (quella del notaio e cancelliere de' Priori) aggiunse: "Videlicet nobilem virum dominum Pinum quondam domini Stuldi de Rubeis petunt in dominum et rectorem". A tergo poi, la medesima mano scrisse: "Die xij^{sim} ianuarii. Ponatur ad Consilium generale (prima avea scritto "Credentie" e cancellò) domini Defensoris"; e da un lato: "Comunis de Certaldo".

² Aveva scritto qui e appresso sempre "Comunis", e poi corresse raschiando la "s" finale.

³ Qui pare fossero richiamate le parole "et si contingerit", che sono, nel testo, al principio del seguente verso, poi cancellate.

Miglaccius Salvi consuluit idem.

Placuit lxxv, nolentes fuerunt vj; facto partito ad sedendum et levandum et ad pissides et balloctas.

Presentibus testibus domino Boninsegna de Becchenugiis et ser Chello Uberti notario Priorum.

[c. 4^a.] Die xxiii^j mensis ianuarii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus, omnia infrascripta.

Primo videlicet, si videtur dicto Consilio quod, de summa quam Comune Florentie habere debet a Comuni Senarum, pro tallia domini Amalrici et pro emendationibus equorum, que dicitur esse v^j cclxxj florenorum auri, possint recipi quatuor milia sexcenti octuaginta tres floreni auri per Comune Florentie et Camerarios ipsius Communis; et quod pro predicta quantitate, per syndicum dicti Communis ad hoc ordinatum, fiat finis * Comuni *¹ Senarum et eius sindicis, et promissio de conservando * indempne *² dictum Comune Senarum a dicto domino Almaricho et suis militibus.

Presentibus testibus domino Alberto Taverna iudice dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt vij.

Die xxv^o mensis ianuarii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xi^{im} maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta.

Presentibus testibus ser Chello Uberti notario Priorum et Leone Poggi precone d. Capitanei.

Ser Rogerius Ughi Albiczi consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito per d. Capitaneum, placuit lx secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris et Capitanei proposuit d. Capitaneus predicta.

Item, de represaliis suspendendis Comuni Senarum usque ad kallendas iunii; sublata conditione si Comune obligatum esset aliis, aposita in suspensione alias facta.

Alexius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die xxvj^j mensis ianuarii.

Per Priores et Capitudines xi^{im} maiorum Artium et Consilium speciale d. Defensoris pro-

¹ * Communis *.

² * indempnem *.

visum fuit super extimo equorum \dot{v} stipendiariorum; non obstante quod equus non sit extimationis xl florenorum auri.

Dinus Peccora consuluit, quod hoc remaneat in Prioribus et officialibus ad hoc positus; et valeat quicquid fecerint.

Manectus Tinioczi consuluit, quod bailia sit in Prioribus solummodo.

Placuit secundum dictum Manecti predicti.

Eodem die.

Per dominos Priores, auctoritate et vigore dicti Consilii, provisum fuit quod officiales electi ad recipiendum equos stipendiariorum possint recipere equos minoris extimationis xl florenorum auri usque in xxv.

[c. 5^r.] Die xxvj mensis ianuarii.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio utile fore pro Comuni predicto teneri Consilia super absolute verborum capitulorum Constituti d. Capitanei, loquentium quod non possit deliberari vel Consilium teneri de aliquo officiali forensi non refirmando etc.

Item, de xxv libris expendendis de presenti mense ianuarii, de summa librarum centum que expendi possunt de presenti mense ad voluntatem Priorum.

Presentibus testibus d. Alberto Taverna *iudice*¹ Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Neri Attigliantis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad pissides et balloctas, placuit lij secundum propositiones; nolentes fuerunt xxj.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum $\overset{\text{cim}}$ xij maiorum Artium proposita fuerunt ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, excepto de xxv libris.

Migliaccius Salvi surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam.

Factis partitis per dominum Capitaneum particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt $\overset{\text{tem}}$ vij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum $\overset{\text{cim}}$ xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Ser Gianni Syminecti notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Gianni.

¹ * milite *.

Die xxvij^o mensis ianuarii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus: Si videtur utile fore pro Comuni Florentie teneri Consilia opportuna de absolutione statutorum domini Capitanei et Comunis Florentie que facerent aliquod devetum, quomodocumque et quacumque de causa, in electione et super electione futuri Capitanei; ita quod liceat Prioribus, ex bailia eis concessa a Capitudinibus ^{cim} xij maiorum Artium et Consilio speciali domini Defensoris, eligere quem voluerint, deveto aliquo non obstante, pro termino sex mensium initiandorum in kallendis mensis maii proxime venturis.

Presentibus testibus domino Alberto Taverna iudice dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Manectus Tinioczi surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam. Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxj secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta omnia que firmata sunt in Consilio Centum virorum.

Ser Guido de Lucho surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam. Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Mannus Iacobi consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Manni.

[c. 5¹] Die xxviii^o ianuarii.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quomodo eligi debeant Sex de blado et eorum sex nuntii.

Nicti Cacciafuori consuluit, quod Priores eligant duos per sextum qui sunt in presenti Consilio qui faciant dictam electionem.

Bindus Neri Ambroxii consuluit, quod Consilarii et Capitudines huius Consilii faciant dictam electionem.

Dinus Pecora consuluit ¹

Facto partito ad sedendum et levandum super predictis, placuit quatuor partibus et ultra secundum dictum dicti Bindi.

¹ Segue una riga bianca.

Presentibus testibus domino Stangno milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris proposuit dominus Capitaneus de electione Potestatis Pontormi facienda, secundum petitionem.

Item, quomodo eligi debeant Chastaldi.

Bandinus¹ de Falchoneriis consuluit, quod concedatur et fiat ad scriptinium, et qui plures voces habuerit sit potestas Pontormi.

Placuit omnibus secundum dictum dicti Bandini.

Ser Machonus notarius Castaldorum.

Dinus Giachi castaldus, populi Sancti Michaelis Bertelde.

* Bindus filius Rinuccii * Petri, * populi *² Sancti Pancratii, castaldus.³

Nuccius filius Gianni populi Sancte Marie de Verczaria⁴ castaldus, electus die vj februarii.

Die ultimo ianuarii.

In Consilio Centum virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod obmissa de presenti mense per Potestatem vel Capitaneum et eorum familias et Priores prorogentur in futurum mensem februarii.

Presentibus testibus d. Alberto Taverna iudice Capitanei et Leone Poggi precone d. Capitanei.

Placuit omnibus lxxiiij^{or} secundum propositionem.⁵

Die dominico primo februarii.

Die secundo februarii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium propositum fuit per d. * Priores *⁶ super facto Comitis de Sartiano, videlicet quod Comes conducatur pro se et omnibus suis militibus, et ipse satisfacere debeat pro ipsis omnibus sufficienter; et sibi solvatur, pro se et dictis omnibus suis militibus, eorum salaria et stipendia. Et quod ipse habeat salarium solitum, scilicet xxx florenos auri pro sua persona, per mensem.

Placuit omnibus secundum propositionem predictam.

[c. 6^r.] Die vj^o mensis februarii. Alibi notatum in quaterno Camere.

In Consilio Centum virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus, infrascripta.

¹ Il testo ha "Bandi", non finito di scrivere.

² * sextus *.

³ In margine, di fronte a questo nome, è scritto "Renuntiavit".

⁴ Così è certo che deve dire, sebbene la parola sia male scritta.

⁵ Segue "nolentes fuerunt" cancellato.

⁶ * Potestatem *.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum, de summa que potest expendi de presenti mense februarii.

Item provisionem Priorum super facto officialium deputatorum ad circandum rationes librarum et prestantiarum impositarum in comitatu, quod officium facere possint, et exactiones a comitatibus, nobilibus, plebatibus, comunibus et populis; et super aliis in ipsa provisione contentis: et super absoluteione statutorum contradicentium.

¹ Item, de xxxiii^{or} libris et soldis tribus expendendis in refectione coquine d. Capitanei, que destructa fuit quando ignis ibidem accensus fuit; que dari et assignari possint et debeant Ruffolo de Ruffolis et per eum expendi possint.

Presentibus testibus d. Alberto Taverna iudice Capitanei et Leone Poggi preconem d. Capitanei.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lxxvj secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus. Signati per "x" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, excepto de xxv libris expendendis de presenti mense, ad provisionem Priorum.

Item, de obmissis de preterito mense ianuarii, suspendendis et prorogandis in presentem mensem *februarii*.²

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum, et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvj secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Dominus Lopus Saltarelli iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Lapi.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in cedula.

In Consilio speciali domini Defensoris proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod concedantur Potestates infrascriptis terris videlicet Comuni³ de Marcialle, item Comuni de Montè Fichalli, item Comuni Plani Alberti, item Comuni de Radda, item Comuni castri Montaie.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit, quod dicte Potestates concedantur, et vadant ad scrupinium.

Placuit omnibus secundum dictum dicti ser Rogerii.

¹ Precedono nel margine le solite sigle "a. n.".

² * decembris *.

³ Anche qui ed appresso il notaio ser Antonio avea prima scritto "Comunis", e cancellò le "s" finali.

[c. 6⁺] Die xiii^o mensis februarii.

In Consilio Capitulum ^{sim} xij maiorum Artium et aliorum Sapientum congregato coram Capitaneo et Prioribus, in ecclesia Sancti Petri Scradii, proposuit d. Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat, sequendo formam Ordinamentorum Iusticie.

Presentibus testibus Leone Poggi precone d. Capitanei et ser Chello Berti Baldovini notario Priorum.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod quelibet Capitulum nominet unum pro sextu; et ante quam procedatur ad electionem aliorum sextuum, fiat scriptinium de illis qui nominati fuerint in absentia Capitulum et Sapientum illius sextus.

Pacinus Peruczi consuluit illud idem: hoc addito, quod Sapientes electi sint cum Consulibus suarum Artium.

Rossus Strocze consuluit, quod Capitaneus et Priores presentes eligant tres vel quatuor per sextum, et postea fiat scriptinium; et qui plures voces habuerit sit Prior in illo sextu: salvo quod Capitulum et Sapientes illius sextus in quo fiet scriptinium non sint presentes.

Migliaccius pelliparius consuluit, quod solito modo nominatio fiat per Capitulum; et postea scriptinium fiat ut dictum est.

Lapus Gualterocti consuluit, quod electio Priorum fiat per Priores et Sapientes ad hoc vocatos; et valeat quicquid fecerint.¹

Rogerus Hugonis Albiczi consuluit, quod Capitaneus, Priores et Capitulum et Sapientes cuiuslibet sextus eligant tres per sextum, et postea fiat scriptinium inter Priores et alios omnes de presenti Consilio, exceptis illis qui essent de sextu in quo fiet scriptinium.

Dinus Peccora consuluit, quod Capitaneus et Priores nominent usque sex per sextum, et postea fiat scriptinium ut dictum est.

D. Lapus Saltarelli consuluit, quod Capitaneus et Priores faciant electionem Priorum, vel quod Capitaneus et Priores eligant duos per sextum ex Capitulum; ita quod de qualibet Capitulum sit unus. Et unus ex Sapientibus per sextum eligant tres vel quatuor, quibus dentur voces; et postea fiat scriptinium ut dictum est.

Placuit quasi omnibus secundum dictum Rossi predicti.

Die predicta et testibus.

In Consilio Capitulum et duorum Sapientum per sextum proposuit d. Capitaneus: Quomodo eligantur sex boni homines quorum unus sit Vexilifer.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod Priores ipsos eligant.

Nicti Cacciafuori consuluit, quod quilibet sextus eligat unum in sextu Porte Domus, et non possit esse aliquis qui sit de presenti Consilio.

[c. 7^r] Ser Guido de Lucho consuluit secundum dictum ser Nini, absque divito aliquo.

¹ Si omette "Dinus Peccora consuluit", sebbene non cancellato. Il notaro avea cominciato a scrivere qui per errore il consiglio del Pecora, che viene appresso.

Ser Rogerius Hughii Albiczi consuluit secundum dictum ser Nini, cum deveto quod aliquis qui sit de hoc Consilio non possit eligi.

Placuit quasi omnibus secundum dictum ser Nini predicti

Die xviii^o mensis februarii.

Placuit Prioribus, Vexilifero Iusticie, Capitudinibus et Consilio speciali d. Defensoris, in Pallatio Potestatis congregatis, quod per Priores presentes possint eligi officiales ad conducendum stipendiarios equites et pedites, quos et quot eisdem videbuntur, qui durent in dicto officio tantum quantum placuerit Prioribus presentibus.

Presentibus testibus d. Tadeo de Bosticis et ser Rogerio Ughonis Albiczi.

Die xxvj^o mensis februarii. Alibi notatum in quaterno Camere.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero Iusticie, infrascripta.

¹ Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexiliferi.

Item, super obmissis de presenti mense per preteritos Capitaneum, Priores et Vexiliferum, prorogandis in futurum mensem martii.

Item, super petitione securitatis Gentillocti, secundum deliberationem Priorum et Vexiliferi.

Item, super petitione porrecta super ratione reddenda forensibus.

Item, super petitione nuntiorum Potestatis et Capitanei pro mensibus ianuarii et februarii.

Presentibus testibus * Leone Poggi preconone et * Bernardo Raynerii et Ceccho Compangni nuntiis d. Capitanei, et ser Tancredi ser Bencivenni notario, et aliis.

Alfannus Iannis consuluit secundum propositiones predictas, salvo de petitione facta super iure reddendo forensibus: in qua consuluit, quod ipsa petitio differatur toto tempore presentium Priorum.

Ser Clarus de Varaczano consuluit secundum propositiones predictas.

Manectus Tinioczi consuluit, quod non est utile teneri Consilium super petitione continente de iure forasteriis reddendo.

Facto partito super petitione iuris reddendi forensibus, placuit secundum petitionem et propositionem xxviii^o; illi qui voluerunt predicta differi, et in ea non procedi toto tempore presentium Priorum, fuerunt xliij: et sic non obtinuit.

Item, super aliis propositionibus, placuit lxvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt iiij.

[c. 7^o] Die penultimo mensis februarii.

In Consilio speciali et generali domini Defensoris et Capitudinum ^{elm} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium * et Vexillifero Iusticie *, omnia ea que, * die xxvj^o mensis februarii presentis *,² propo-

¹ Precedono, aggiunte sopra, le sigle "a. n."

² * eri *, cioè heri.

sita et firmata fuerunt in Consilio Centum virorum; excepto de xxv libris expendendis de presenti mense february ad provisionem Priorum et Vexilliferi Iusticie.

Presentibus testibus domino Stangno milite domini Capitanei et Bonfiglolo Rustichi nuntio Priorum, et aliis.

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lv secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant infrascripti officiales, videlicet: sex nuntii Potestatis, sex nuntii Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris librarum et condempnationum, duo nuntii Exactorum librarum detemptarum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici, tres nuntii Castaldorum, duo Aprobatore in curia domini Capitanei, duo Exactores librarum detemptarum et duo notarii cum eis, decem et octo pensatores farine.

Ser Cione Baglonis notarius consuluit secundum propositiones. Item, quod dicti officiales eligantur per presens Consilium, per sextus.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Cionis.

Die xxiiij^o mensis martii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium et Vexillifero Iusticie.

Primo, super obmissis per Potestatem, Capitaneum et Priores de presenti mense martii, prorogandis in futurum mensem aprilis, more solito.

Item, petitionem Nuccii Parigii et sociorum Sex de blado.

Item, petitionem Scolaini de Prato consistabilis viginti equitum.

Item, petitionem Francisci de Reate consistabilis viginti equitum.

Item, petitionem septem nuntiorum Priorum.

Item, petitionem Exactorum civitatis et notariorum suorum.

Item, petitionem Lege de Paczis et sociorum approbatorum securitatum magnatum.

Item, de triginta libris et soldis decem et septem expendendis in reparatione domus Priorum.

Item, petitionem Cenni Arlocti, secundum provisionem dominorum Priorum.

Item, petitionem Cerre.

Item, petitionem Guerruczii hospitoris.

Item, de libris xxviiij^o soldis xiiij^{im} et denariis sex florenorum parvorum expendendis barateriis, magistris, picchonariis, nuntiis et tubatoribus qui fuerunt et destruerunt domos de Gallis.

Presentibus testibus domino Stangno milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod Approbatores

securitatum magnatum habeant pro * eorum *¹ salario, pro quolibet eorum et pro quolibet mense, libras iii^{or} florenorum parvorum.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxvij secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

[c. 9^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium et Vexillifero Iustitie omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum; excepta propositione facta super salario Approbatorum securitatum magnatum.

Presentibus testibus domino Alberto Taverna iudice et collateralis assessore dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo et per quos eligi debeant Sex de blado et eorum sex nuntii.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod electio dictorum Sex de blado et eorum sex nuntiorum fiat et fieri debeat per presens Consilium, per sextus.

Guido Loctheringhi consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod electio dictorum Sex de blado et eorum sex nuntiorum fiat per duodecim bonos viros, videlicet duos per sextum, eligendos per Priores et Vexilliferum Iustitie; et valeat quicquid fecerint in predictis.

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Guidi.

In M^o cc lxxxiiij, indictione vj. Die x^o mensis aprilis. Signati per "A" non interfuerunt Consilio.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium et Vexillifero Iustitie: Si videtur dicto Consilio providere super fortificatione Populi Florentini.

Item, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum de presenti mense aprilis, de summa librarum centum.

Presentibus testibus domino Stangno milite dicti domini Capitanei et Pangno Ristori nuntio, et aliis.

¹ * suo *.

Ser Uguicione Rugerocti notarius consuluit secundum propositiones predictas.
 Ser Macchone notarius consuluit secundum propositiones *predictas*.¹
 Benci Amati consuluit secundum dictum ser Uguicionis.
 Factis partitis particulariter super predictis supra propositis per dominum Capitaneum,
 primo super propositione facta de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum,
 placuit lxxvj secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt ij.
 Item, super alia propositione, super facto Ordinamentorum Iustitie, placuit lxxvj secundum
 propositionem predictam; nolentes fuerunt ij.

[c. 8] Die x^o intrante mense aprelis.

Per Consilium C virorum Comunis Florentie, super infrascriptis facto partito etc., auctoritate et vigore Ordinamentorum canonizatorum, provisum obtentum et firmatum fuit: Quod de ipsius Comunis pecunia, de summa videlicet librarum c florenorum parvorum, de quibus expendendis stantiari et firmari potest per iamdictum Consilium C virorum, de presenti mense aprelis, absque reformatione vel solempnitate alterius Consilii, Camerarii Comunis Florentie possint teneantur et debeant, licite et impune, expendere dare et solvere, ad provisionem et secundum provisionem et deliberationem dominorum Priorum Artium nunc in Prioratus officio residentium, illis videlicet personis et illis de causis quibus ipsi d. Priores, pro utilitate et commodo dicti Comunis, viderint convenire, usque in quantitatem et summam librarum xxv florenorum parvorum: dummodo in provisione seu provisionibus quas super hoc fecerint exprimantur persone et cause quibus et pro quibus huiusmodi expense fieri debeant pro Comuni.

[c. 9^o] || In M̄ || cc lxxxiiij, indictione vj.² Eodem die x^o mensis aprelis. Signati per "q" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie, de providendo super fortificatione Ordinamentorum Iustitie et Populi Florentini; secundum quod firmatum est per Consilium Centum virorum.

Dominus Gherardus de Vicedominis iudex consuluit secundum propositionem: salvo quod de capitulo quod loquitur de magnatibus, quod non possint esse de Consilio domini Capitanei vel Capitudinum nec de Consilio Centum; in quo consuluit quod in dicto capitulo non procedatur nec locum habeat.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositionem predictam.

Dominus Tadeus de Bosticis iudex consuluit secundum dictum domini Gherardi. Item, quod primum ordinamentum locum non habeat nec in ipso procedatur.

Lapus Gualterocti consuluit secundum dictum domini *Tadei*.³

Ser Medicus Aliocti notarius consuluit secundum dictum domini Gherardi.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit, quod Sapientes habeantur super primo

¹ * salvo quod primum capitulum locum non habeat, nec in eo procedatur *.

² A questa data dell'anno, ch'è in una riga a sè, a capo di pagina, seguiva una data di giorno, stata poi raschiata: "die || || martii".

³ * Gherardi *.

ordinamento, et etiam super alio ordinamento in quo continetur quod magnates non possint esse de Consilio domini Capitanei vel Capitudinum nec de Consilio Centum virorum. In aliis consuluit secundum propositionem predictam.

Factis partitis particulariter super predictis supra propositis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xliij secundum propositionem predictam; nolentes fuerunt xx.

Presentibus testibus domino Stangno milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Ser Cione Baglonis notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad sedendum et levandum per dominum Capitaneum, placuit quatuor partibus et ultra iandicti Consilii secundum dictum dicti ser Cionis.

Die xij mensis aprilis.

In Consilio Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium et aliorum Sapientum, ad hoc per Priores et Vexilliferum Iusticie electorum, proposuit d. Capitaneus: Quomodo et qua forma sit procedendum in electione Priorum futurorum.

Burghus Renaldi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant duos per quemlibet sextum, et postea fiat scrupinium de illis duobus in quinque sextibus; et qui plures voces habuerit sit Prior.

[c. 10^r.] Nicti Cacciafuori consuluit idem: hoc salvo, quod aliquis qui fuerit Prior a ^{ccm} x annis citra †

Pela Gualduccii consuluit, quod sex per sextum eligantur per illos de suo sextu, et postea fiat scrupinium ut dictum est.

Ser Rogerius Hugonis Albiczi †

Pacinus Peruczi consuluit, quod omnes artifices unius Artis sint simul et eligant tres per sextum in quolibet sextu; et postea qui plures voces habuerit sit Prior, in scrupinio faciendo ut dictum est.

D. Lopus Saltarelli consuluit secundum dictum Pele predicti.

Dinus Peccora consuluit secundum dictum Pacini predicti.

Gherardinus del Velluto consuluit secundum dictum Pele predicti.

D. Tadeus de Bosticis consuluit, quod nominatio fiat per Capitudines, scilicet sex de quolibet sextu; et postea fiat scrupinium solito modo.

Clarus Salvi del Chiaro consuluit secundum dictum Pacini predicti.

Facto partito per d. Capitaneum, placuit quatuor partibus secundum dictum predicti Pele.

Presentibus testibus ser Marcho Consilii notario Priorum et Leone Poggi.

Eodem die et testibus.

Proposuit Capitaneus in Consilio Capitulum et duorum per sextum: Quomodo eligantur sex boni viri in sextu Porte Sancti Petri, quibus dentur voces pro Vexilifero. Nicti Cacciafuori consuluit, quod Priores eligant predictos sex bonos viros.¹ Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis. Electi sunt Bandinus de Falchoneriis, Veczus Veczosi, Daviczinus Davicini, Faccius de Micciolis, Melliore Guadagni, Neri Guidinghi.

Die xv^o aprilis, electus fuit ser Benincasa notarius Priorum.

Die xxiiij^o mensis aprilis.

In Consilio *generali et speciali d. Defensoris *² et Capitulum^{cin} xij maiorum Artium, in ecclesia Sancti Petri Scradii more solito congregato, iuravit d. Conradus de Soricina, secunda vice capitaneus Populi Florentie, computato sibi iuramento per d. Donatum Alberti de numero Priorum.

Presentibus testibus d. Iacobino Guardoli de Ymola iudice et d. Alberto Taverna iudice Capitanei, et Braccino Braccii precone, et aliis.

[c. 10^o] Die xxvii^o mensis aprilis.

In Consilio generali *d. Defensoris *³ proposuit d. Capitaneus: Quomodo et per quos eligantur infrascripti officiales, duraturi duobus mensibus; scilicet duo Approbatores in curia d. Capitanei, duo Exactores librarum detentarum et duo notarii dictionum Exactorum, vj nuntii Potestatis, sex nuntii Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris librarum detentarum et condemnationum, duo nuntii Exactorum librarum detentarum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici * et tres nuntii⁴ Castaldorum *.⁵

Presentibus testibus *d. Alberto Taverna iudice Capitanei et * Braccino Braccii et aliis, et Leone Poggi precone.⁶

Item, si videtur Consilio quod Neri Corsini, Advocatus Casciabbati et Feus d. Bonfantini, olim camerarii Communis Florentie, sint absoluti; cum ratio eorum, videlicet introitus, sit visa per Lapum Bernardi et Pinum Bonaccursi del Forese et ser Aczonem Bonaccursi notarium, ad librum et acta ser Symonis Bonchristiani notarii introitus Camere; non obstante quod visa non sit ad acta ser Banchi de Monteagliari notarii custodis,⁷ cum mortuus sit.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositionem predictam. Item, quod fiant officiales per presens Consilium.

Factis partitis secundum dictum Latini predicti, in qualibet propositione⁸

¹ Invece di *sex bonos viros* il notaro ripeté erroneamente "Priores".

² *generali CCC^{orum} et speciali LXXXX^o virorum *.

³ *Comunis *.

⁴ Prima avea scritto, e cancellò, "quatuor nuntii".

⁵ Comprendiamo nella cancellatura anche l' "et" non cancellato.

⁶ Pare che "et Leone Poggi precone" sia una sostituzione a "d. Alberto Taverna" ec., cancellato.

⁷ Il testo ha "custodem".

⁸ Spazio bianco di tre righe.

Die viij^o mensis maii. Non fuerunt aliqua capitula lecta.

In Consilio C virorum proposuit d. Conradus de Soricina, secunda vice capitaneus:¹

Si videtur dicto Consilio utile fore pro Comuni teneri Consilium super approbandis quibusdam provisionibus et ordinamentis, editis per Priores super fortificatione Populi et etiam super aliis ibidem expressis.

Presentibus testibus d. Aloysio iudice Capitanei et ser Benincasa * de Altomena notario *² Priorum, et aliis.

Ser Gianni de Syminctis consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito per Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt j solum.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta omnia.

Migliaccius pelliparius consuluit secundum propositionem predictam.

D. Tadeus de Bosticis consuluit idem.

Factis partitis per Capitaneum, placuit lviiiij secundum propositionem; nolentes fuit j solum.

[c. 11^r.] Die viij^o mensis maii * Presentibus *³

In Consilio generali d. Defensoris et speciali et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta.

Dinus Compangni consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Die xj^o mensis maii. Alibi notatum in quaterno Camere.

⁴In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero: Si videtur Consilio firmare quod, ad provisionem Priorum, possint expendi libre xxv de pecunia Communis.

Item, de bailia danda super facto guerre, quasi secundum modum solitum; salvo de soldatis non conducendis.

Item, super petitione Sex de blado.

Item, super solutione Gherardini de Ramisinis, pro duobus mensibus initiatis die xv^o mensis aprelis proxime preteriti.

Presentibus testibus Leone Poggi precone et Piero de la Trecha nuntio, et aliis.

¹ "Conradus" ec. è sostituito a "Capitaneus", dimenticato di cancellare.

² * Struffaldi notario *.

³ * Presentibus testibus * t.

⁴ Precedono nel margine le sigle "a. n."

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.
Placuit lxxvj secundum propositiones, nolentes fuerunt viij.

Die xij^o mensis maii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum d. Capitaneum, que die xj^o mensis maii firmata fuerunt in Consilio C; excepto de xxv libris.

Presentibus testibus Leone Poggi precone et Durante filio Aldobrandi nuntio Capitanei et aliis.

Dinus Peccora consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit xlvj secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xiiij.

Die eodem et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris et Capitudinum et speciali proposita fuerunt predicta. Macza de Amiratis consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum proposuit Capitaneus: Quid videtur Consilio providere super consistabilibus dandis militibus conductis vel conducendis qui non habent consistabiles, et super¹ dando ipsis consistabilibus maius salarium, et super conducendo stipendiarios hoc modo, videlicet quod consistabiles conducantur pro se et dictis militibus, et satisdent pro se et aliis. Et quod talibus consistabilibus, tam conductorum quam conducendorum, fiat solutio libere et impune. Et illud fiat de perditibus.

[c. 11^o] Ser Rogerius Ughi Albiczi consuluit, quod per Priores Artium presentes possint fieri et provideri predicta proposita, et super predictis propositis possit fieri et fiat secundum quod videbitur ipsis Prioribus; et valeat et teneat quicquid fecerint de predictis.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, et secundum dictum predicti Sapientis.

Die xiiij mensis maii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitanei proposuit Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie: Quomodo electio Arbitrorum et notariorum qui corrigere debent statuta Communis fieri debeat.

D. Guido de Canigianis consuluit, quod electio predicta fiat per Priores Artium; et valeat et teneat quicquid fecerint.

Presentibus testibus ambobus Militibus Capitanei.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

¹ Qui si omette "salarium" che doveva essere cancellato.

Die xv^o mensis maii. Alibi notatum est in quaternis bambacis signatis per “A” et per “B” et per “E”.

¹In Consilio C virorum proposuit Capitaneus: Si videtur Consilio quod libre xxv^o solvantur Arbitris electis ad corrigendum statuta *Comunis*² et eorum notario, pro eorum expensis v^o dierum inceptorum die mercurii xij^o presentis mensis maii, ad rationem soldorum c per diem, de summa librarum c que possunt expendi de presenti mense maii.

³Item, de iij^o beroariis d. Capitaneo concedendis, ad salarium librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem, durante officio d. Capitanei, a die qua iuraverint eorum offitium.

⁴Item, super petitione Sex de blado, qui fuerunt de mensibus decembris et ianuarii proxime preteritis.

⁵Item, super solutione sex Iudicum curiarum, eisdem facienda pro sex mensibus, inceptis in kallendis mensis ianuarii proxime venturi, ad rationem librarum xxv^o florenorum parvorum pro quolibet eorum.

⁶Item, super libris x^o solvendis Francisco Lombardo, pro eius salario anni presentis incepti in kallendis mensis ianuarii preteriti.

Item, de solutione facienda Approbatoribus d. Capitanei, qui fuerunt pro mensibus martii et aprilis, ad rationem soldorum xl florenorum parvorum per mensem.

Item, super solutione sex nuntiorum Potestatis et sex nuntiorum Capitanei, qui fuerunt pro mensibus martii et aprilis proxime preteritis.

⁷Item, super solutione vij^o nuntiorum Priorum presentium.

⁸Item, super solutione duorum nuntiorum Iudicis appellationum, qui fuerunt pro mensibus ianuarii et februarii; et aliorum duorum nuntiorum dicti Iudicis, qui fuerunt pro mensibus martii et aprilis.

[c. 12^o] Ser Gianni Syminecti consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit lvj secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xvij.

Presentibus Leone Poggi et Durante filio Aldobrandi nuntio Capitanei.

Die xx^o mensis maii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per “B”, et in duobus foliis bambacinis.

⁹In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus quedam ordinamenta edita super exactione librarum comitatus et etiam civitatis, secundum quod in ipsis ordinamentis continetur.

¹ Di fronte, nel margine esterno: “|| a. || n. per E.”.

² * Capitanei *.

³ Di fronte c. s.: “|| a. || n. || per || B.”.

⁴ Di fronte c. s.: “|| a. n. || per E.”.

⁵ Di fronte c. s.: “|| a. n. per || B.”.

⁶ Nel margine esterno, di fronte a questo e a' due successivi paragrafi: “|| a. n. || per E.”.

⁷ Di fronte, nel margine esterno: “|| a. n. per || B.”.

⁸ Precede, aggiunto sopra il rigo, “a. n. per E.”.

⁹ Nel margine interno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: “per B.”.

¹Item, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexiliferi.
 Presentibus testibus Leone Poggi precone Communis et †
 D. Guidoctus de Canigianis consuluit, * quod predicta differantur usque ad diem veneris *².
 Ser Uguiccionus Rugerocci consuluit secundum propositiones predictas.
 Ser Carradore Giraldi consuluit idem.
 Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus quod procedatur ad
 partitum faciendum.
 Item placuit lxj secundum propositionem, nolentes fuerunt xij.

Die * xx *³ mensis maii, iuraverunt duo ex berroariis d. Capitanei.

Die xxij^o mensis maii.

Dicta die iuraverunt alii duo beroarii d. Capitanei.
 In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit Capita-
 neus ea que die xv mensis maii in Consilio C virorum, et que die xx mensis maii,
 proposita et deliberata fuerunt; exceptis de libris xxv, in utroque Consilio firmatis.
 Presentibus testibus Braccino Braccii precone et ambobus Militibus Capitanei.
 Migliaccius pelliparius consuluit secundum propositiones.
 Placuit xlvij secundum propositiones, nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus. Alibi notatum in quodam medio folio.

In Consilio generali *d. Defensoris*⁴ et Capitanei proposita fuerunt predicta.
 Macza de Amiratis consuluit secundum propositiones.
 Placuit quasi omnibus secundum propositiones.
⁵Item, in eodem Consilio, constituti fuerunt syndici, scilicet Venisti Ghiberti notarius et
 Donatus filius Donati Torrigiani, ad vendendum bona Guardi Loetherii.
 Item constitutus fuit syndicus ser Filippus notarius quondam Lamberti ad vendendum
 bona Lucheti.

[c. 12^o] Die xxviii^o mensis maii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "A".

⁶In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et
 Vexilifero Iustitie.

⁷Primo, de libris xxij solvendis ser Lapo Bonamichi et ser Lippo Iacobi notariis, pro
 exemplatura duorum Statutorum d. Capitanei.

Item, de obmissis per Potestatem vel eius familiam et etiam per Priores et Vexiliferum

¹ Precedono, aggiunte sopra, le sigle "a. n.".

² * secundum propositionem predictam *.

³ * xxj *.

⁴ * Communis *.

⁵ Sopra, tra rigo e rigo, è un "Alibi notatum" cancellato.

⁶ Di fronte, nel margine esterno: "per B.".

⁷ Precedono, in margine le sigle "a. n.".

de mensibus aprelis et maii, et de obmissis per Capitaneum et Priores de presenti mense maii, prorogandis in futurum mensem iunii.

¹ Item, super eo quod Scolaynus de Prato conistabilis xviiiij equitum, non computata sua persona, habeatur ad servitia dicti Comunis, pro duobus mensibus initiandis in kallendis mensis iunii, ad soldum solitum.

Item, super eo quod Leone Poggi et Braccinus Braccii sint hannitores d. Capitanei usque ad kallendas mensis maii proxime venturas, et dictum offitium facere possint et potuerint fecisse a kallendis mensis maii preteritis citra; et valeat quicquid fecerint. Et quod pro predictis solvant Comuni libras cxxv in tribus terminis, scilicet tertiam partem in fine quorumlibet quatuor mensium; et de hoc coram d. Capitaneo usque ad decem dies satisdent.

Item, petitionem ser Raynerii Paganelli, pro solutione sibi facienda pro quatuor mensibus.

Item, petitionem Fulchonis Bonverrieri,² de solutione sibi facienda de quantitate librarum lx et soldorum xv.

Item, de xxv libris expendendis in coperiendo tectum ecclesie Sancti Petri Scradii, de summa librarum c que possunt expendi de presenti mense.

Ghinus Conradi consuluit secundum propositiones, salvo de xxv libris non expendendis in reparatione tecti ecclesie Sancti Petri Scradii. * Et quod terminus sit x annorum super facto Pistorii *.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

* D. Neri de la Gataia consuluit, super facto Pistorii * †

Factis partitis per Capitaneum, placuit liiiij^{or} quod predicte xxv libre expendantur in reparatione tecti ecclesie Sancti Petri Scradii; nolentes fuerunt xx^u.

Item, super aliis propositionibus, placuit * lxvij^{tem} *³ secundum propositiones; nolentes fuerunt * vij^{tem} *⁴

Presentibus testibus d. Tatta⁵ de Vallagussis de Mediolano et Durante Aldobrandi nuntio Capitanei.

Eodem die.

Presentibus testibus Bonfiglolo Rustichi * nuntio *⁶ Priorum et Durante nuntio.

⁷ In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xiij^{tem} maiorum Artium proposuit d. Capitaneus predicta in Consilio C virorum deliberata hodie: excepto de xxv libris pro facto ecclesie.

Miglaccius consuluit secundum propositiones.

Factis partitis, placuit l secundum propositiones; nolentes fuerunt vij.

¹ Precedono in margine le sigle "a. n."

² Così il testo, forse per *Bonguerrieri*.

³ * liiiij^{or} *.

⁴ * xx^u *.

⁵ Lezione incerta.

⁶ * preconne *.

⁷ Di fronte, nel margine esterno: "|| per || B. "

[c. 13^r.] Die xxviii^o mensis maii. Alibi notatum est in quadam cedula bambacina.

¹In Consilio generali d. Defensoris proposuit Capitaneus predicta.

Item, quomodo eligantur Sex de blado et eorum sex nuntii.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones.

Item, quod Priores eligant duos per sextum ex illis qui hic sunt, per quos fiat dicta electio.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

²Item constituti fuerunt syndici †

Die lune primo iunii.

Die viii^o mensis iunii. Alibi notatum est in quaternis bambacis.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus solum Prioribus, infrascripta.

³Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum, de presenti mense iunii.

Item, alias * viii^o *⁴ propositiones notatas in quadam cedula manu ser Benincase notarii Priorum.

Presentibus testibus domino Passaguado de Vicomercato milite Capitanei et Leone Poggi precone, et aliis.

D. Iacobus de Certaldo consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit, super facto Superstitum Paliacze et Burelle et Volognane,⁵, secundum propositionem; nolentes fuerunt †

* Item, super facto venditionis approbationum,⁶ placuit. secundum propositionem; nolentes fuerunt *.

Item, super aliis omnibus propositionibus placuit lxij secundum propositiones; nolentes fuerunt * xj^o *.⁷

Eodem die. Signati per “?” non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xi^o maiorum Artium proposuit d. Capitaneus, presentibus solum Prioribus, predicta; exceptis de libris xxv florenorum parvorum predictis.

Presentibus testibus d. Passaguado predicto milite Capitanei et Braccino Braccii precone, et aliis.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit liii^o secundum propositiones, nolentes fuerunt iii^o.

¹ Di fronte, nel margine interno: “per B.”.

² Precedono le sigle “a. n.”.

³ Precedono, aggiunte sopra, le sigle “a. n.”.

⁴ * viii^o *.

⁵ Qui è ripetuto “placuit”, e poi segue lo spazio bianco.

⁶ Così interpreto le parole abbreviate “vendict. approbat.”; e intendo la vendita e appalto della gabella che il Comune riscuoteva per le approvazioni dei sodamenti e sicurtà.

⁷ * xj^o *.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposuit d. Capitaneus predicta.

Dinus Peccora consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

* Item constituti fuerunt syndici Francus Porcellini et socius*.

[c. 13^r] Die xij^o mensis iunii.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitulum^o xij^o maiorum Artium et etiam Centum virorum, congregato in ecclesia Sancti Petri Scradii, proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Luce, in presenti Consilio recitata¹ per ipsos ambaxiatores et per d. Priorem provincialem Ordinis Sancti Spiritus, super facto et tractatu pacis habito per Comune Luce et Comune Pisarum, noviter in presenti Consilio lecto.

Presentibus testibus domino Passaguado de Viccomercato milite Capitanei et Leone Poggi preconone.

Dominus Neri de la Gataia consuluit, quod predicta omnia remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus presentibus et etiam futuris, cum illis Sapientibus quos et quot habere voluerint; et valeat quicquid fecerint de predictis.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Eodem die.

Coram d. Potestate, Capitaneo, Prioribus et Vexilifero, et quibusdam sapientibus et bonis viris per eos electis, in domo Priorum congregatis, occasione providendi in predictis.

D. Albicus Corbinelli consuluit, quod ambaxiatoribus Lucensibus respondeatur quod²

[c. 14^r] Die xij^o mensis iunii.

In Consilio Capitulum^o xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum, per dominos Priores Artium electorum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat, lecto ordinamento Iustitie de hoc loquente.

Presentibus testibus domino Passaguado de Viccomercato milite domini Capitanei et ser Benincasa de Altomena notario Priorum, et aliis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod quilibet Prior cum Capitulum^o et Sapientibus sui sextus eligant sex artifices, inter quos sit unus de minoribus Artibus; et postea fiat scrupinium more solito.

Neri Rustichi consuluit, quod sex per sextum eligantur hoc modo: silicet, illi de sextu Ultrarni eligant in sextu Porte Domus, illi de sextu Sancti Petri Scradii eligant in sextu Sancti Pancratii, illi de sextu Porte Sancti Petri eligant in sextu Burgi; et e converso.

¹ Ripetuto e non cancellato "in presenti Consilio".

² Rimane bianca la metà della pagina.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum dictum Bandini, salvo quod Priores non intersint dicte electioni.

Ser Tancredi notarius consuluit, quod illi de quinque sextibus eligant quinque bonos viros in alio sextu.¹

Migliaccius Salvi consuluit secundum dictum ser Nini, salvo quod electi sint octo.

Nicti Cacciafuori consuluit, quod quilibet Capitudo eligat unum per sextum, et postea fiat scrupinium more solito.

Dominus Teghia de Ciprianis consuluit †

Dinus Pechora consuluit, quod quilibet Capitudo nominet unum per sextum, et Sapientes cuiuslibet sextus eligant² unum per sextum.

Pacinus Peruczi consuluit, quod Sapientes se conveniant cum Consulibus sue Artis, et eligant unum per sextum; postea fiat scrupinium more solito.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad sedendum et levandum, placuit quatuor partibus et ultra dicti Consilii secundum dictum Pacini suprascripti.

[c. 14⁺] Die xiiij^o mensis iunii.

Presentibus testibus suprascriptis.

In Consilio Capitulum et duorum per sextum proposuit Capitaneus: Quomodo electio sex honorum virorum sextus Burgi pro electione Vexilliferi fieri debeat.

Dinus Peccora consuluit, * quod Priores eligant dictos sex et postea fiat scrupinium *³

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xviiij^o mensis iunii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "A".

⁴In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie.

Primo, videlicet de bailia danda dominis Prioribus, una cum Sapientibus quos et quot habere voluerint, providendi super exactione librarum prestantiarum et factionum civitatis, a Millesimo cc lxxxvij^o mensis aprilis vel maii citra; et eligendi officiales super predictis et faciendi ordinamenta etc.

Item, super bailia danda Prioribus presentibus, cum Sapientibus quos habere voluerint, super conventionibus seu provisionibus faciendis super facto Pistoriensium habentium possessiones vel terras in comitatu Florentie, de libris et factionibus non solvendis; dummodo Pistorienses illud idem faciant Florentinis.

⁵Item, quod Vexillifer Iustitie, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, possit et debeat eligere et habere unum nuntium quem eligere voluerit; cum salario * librarum trium per mensem *.⁶

Presentibus testibus domino Passaguado de Vicomercato milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

¹ Seguono due righe bianche.

² Il testo ha "eligat".

³ * secundum propositionem predictam *.

⁴ Di fronte, nel margine esterno: "per B.".

⁵ Precedono in margine le sigle "a. n.".

⁶ * quod habent seu habebunt unus ex nuntiis Priorum *.

Ser Uguccione Rugeroti consuluit secundum propositiones predictas.

Neri Becchuto consuluit idem.

Dominus Iacobus de Certaldo iudex consuluit †

Factis partitis particulariter super predictis per d. Capitaneum, super facto ambaxiate Comunis Pistoriensis, ad pissides et balloctas, placuit xxxvij^{im} secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxvj.

Item, super aliis propositionibus, placuit lxvij secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

[c. 15.r.] Die xxiiij^o iunii. Alibi notatum in cedula.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie:¹ videlicet, de oblatione facienda, et in quanta quantitate †²

Ser Macchone notarius consuluit secundum propositionem, et quod obferendi sint quinquaginta; et quod illi qui debent obferri legantur in Consilio domini Capitanei, et cause quare obferri debent; et etiam legantur illi qui in carceribus remanebunt.

Dominus Guidoctus de Canigianis consuluit de lxxv^o carceratis³ obferendis.

Ser Donosdeus Dati consuluit de xxv^o carceratis obferendis.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, super oblatione facienda, placuit omnibus numero * lxxiiij^o *⁴ secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item placuit lxxiiij de lxxv^o carceratis obferendis, nolentes fuerunt j.

Item placuit lxx, quod dicti Tura Bocchaccii et Cione Riccardini sint de dicto numero, non obstante quod assignati fuerint in carceribus ad kallendas maii citra; nolentes fuerunt iiij.

Presentibus testibus d. Passaguado de Vichomercato milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone.

Eodem die * et testibus *.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ea que hodie firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Item, ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xviiij^o mensis iunii.

Presentibus testibus domino Pasaguado de Vichomercato milite d. Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit omnibus numero lvij secundum propositiones * nolentes fuerunt *.

¹ Di fronte, nel margine interno, le sigle "a. n."

² Segue uno spazio bianco di almeno cinque righe.

³ Il testo ha, per scorso di penna, "carceribus".

⁴ * lxxv *.

[c. 15⁴] Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant infrascripti officiales, videlicet sex nuntii d. Potestatis, sex nuntii domini Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris librarum et condempnationum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici, duo Aprobatores in curia domini Capitanei.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti officiales eligantur per sextus.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Die ultimo iunii.

In Consilio Centum virorum, congregato in choro ecclesie Sancti Petri Scradii, proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie.

Si videtur dicto Consilio utile pro Comuni Florentie de bailia danda domino¹ Potestati presenti et futuro et domino Capitaneo et dominis Prioribus et Vexillifero super facto pacis, cum illis Sapientibus quos et quot habere voluerint.

Item, de obmisis per Capitaneum et Priores de presenti meuse, prorogandis in futurum mensem iulii.

Presentibus testibus domino Iohanne de Mediolano milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Dominus Teghia de Ciprianis iudex consuluit secundum propositiones predictas.²

Dominus Iacobus de Certaldo iudex consuluit ut dictum est; tamen cum voluntate Iudicis et Societatis Tuscie, aliter non.

Foresinus Rinuccii consuluit secundum dictum domini Teghie.

Factis partitis super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxvij secundum propositionem predictam, super facto pacis; nolentes fuerunt viij.

Item, super alia propositione, placuit omnibus numero lxxv, secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lx secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

¹ Il testo ha "dominis".

² Segue, ma cancellato: "Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit. . . . secundum propositiones; nolentes fuerunt"†

[c. 16^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per d. Capitaneum.

Ser Benvenutus de Sexto consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Benvenuti.

Die vj^o mensis iulii.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{clm}xij maiorum Artium lecti fuerunt ^{clm}xlviij¹ carcerati obferrendi, et etiam quantitates pro quibus debent offeri.

Item, si videtur quod Brunus filius Dolcis pro mille libris,² occasione custodie Burelle.

Presentibus testibus d. Passaguado milite Capitanei et Leone Poggi precone, et aliis.

Item, si videtur Consilio, quod alii ^{clm}xlviij offerantur et relaxentur, ut dictum est.

Dinus Peccora consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xij^o mensis iulii.

In Parlamento congregato in ecclesia Sancte Reparate proposuit dominus Capitaneus, presente Potestate, Prioribus et Vexillifero Iustitie: Quid videtur dicto Parlamento providere pro bono et pacifico statu civitatis et Comunis Florentie.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod Potestas, Capitaneus, Priores et Vexillifer habeant³ arbitrium super facto pacis et contra illos qui impedirent pacem.

Dominus Lotheringhus de Montespertoli consuluit idem.

Ser Ninus de Camtoribus consuluit, quod provideatur super opere Sancte Reparate. Item, quod provideatur per Priores et Vexilliferum super bono statu civitatis Florentie; et super hoc habeant arbitrium.

Die *xij*^o⁴ mensis iulii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "E".

⁵In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie.

⁶Primo videlicet, de solutione Castellanorum et suorum peditum, pro sex mensibus; dummodo solutio fiat eisdem, ad presens, solummodo pro tribus mensibus.

Item, super solutione nuntiorum Potestatis et Capitanei et Iudicis appellationum, pro mensibus maii et iulii.⁷

¹ Pare che il notaro intendesse correggere così da "xlviij^o" che avea scritto prima.

² Così il testo. Pare che manchi *satisdet*.

³ Il testo: "habent".

⁴ *xij*.

⁵ Di fronte, nel margine interno: "per B".

⁶ In margine, a questo e ai seguenti capoversi, precedono le sigle "a. n".

⁷ Verosimilmente errore, invece di *iunii*.

Item, super solutione facienda sex nuntiis dominorum Priorum.

Item, super solutione facienda Francisco, pro se et fratribus, filiis et heredibus ser Lapi Bonamichi, et ser Lippo Iacobi de Villamagna, in quantitate librarum xliij^o florenorum parvorum, pro exemplatura duorum Statutorum domini Potestatis.

Presentibus testibus domino Passaguado de Vicomerchato milite domini Capitanei et *Braccino Braccii*¹ eius precone, et [aliis].

[c. 16^o] Item, quod de mensibus iulii presentis, augusti et septembris proxime venturorum, Priores Artium, qui nunc sunt et pro tempore fuerint in dicto officio, possint ponere et subrogare Consiliarios in Consilio Centum, usque in xx, locho illorum qui venire non possent; et valeat quicquid fecerint.

Dinus Arrighonis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas super predictis per dominum Capitaneum, placuit lxx^o secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

²In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit d. Capitaneus omnia suprascripta.

Ser Bellincione filius ser Dati Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit *liij*³ secundum propositiones; nolentes fuerunt *ij*⁴.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Ser Duti Maghinardi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Duti.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris proposuit dominus Capitaneus: Si videtur Consilio quod Potestas concedatur *Comuni*⁵ Fighini, et quomodo eligi debeat, pro termino sex mensium finiendorum in kallendis ianuarii.

Ser Rimbaldinus Ugholini consuluit quod concedatur.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus quod concedatur, et vadant ad scrupinium.

[c. 17] Bettus Viviani notarius, procurator creditorum Guardi vocati Conte quondam

¹ * Leone Pogi *.

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B.".

³ * liij *.

⁴ * ij *.

⁵ * Comunis *.

Locteri populi Sancte Felicitatis, silicet procurator Tuccii Peronis et Rossi Filigherini, et Franchus quondam Rogerii Porcellini populi Sancti Felicis, suo nomine et procuratorio nomine Guidonis quondam Compangni populi Sancti Fridiani, Naccii quondam Pele populi Sancte Marie Novelle de Marcialla, petunt ut idem Franchus et Donatus filius Donati Torrigiani populi Sancti Iacobi inter foveas constituentur syndici ad vendendum bona predicti Guardi, fugitivi pronuntiati et cessantis, in forma consueta.¹

Die xij^o mensis iulii.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium constituti fuerunt syndici predicti.

[c. 16^o] Die xxiii^o iulii.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quid videtur dicto Consilio providere ordinare et firmare super * negotio *² Neri Ardinghelli.

Presentibus testibus d. Passaguado de Vichomercato milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Benvenutus de Sexto notarius consuluit, quod nullus de civitate, burgis et suburgis civitatis Florentie non audeat hospitare aliquem Pistoriensem, sub pena librarum v florenorum parvorum; nisi Pistorienses revocaverint dictam reformationem.

[c. 18^o] Dominus Guidoctus de Canigianis consuluit, quod nullus de civitate, burgorum et suburgorum civitatis Florentie non audeat retinere vel receptare aliquem Pistoriensem in domo sua; et super predictis dominus Potestas, Defensor et Capitaneus habeant arbitrium in puniendo et condemnando qui contra fecerit.

Ser Rimbaldinus Ugholini notarius consuluit, quod predicta remaneant in dominum Capitaneum et officium dominorum Priorum et Vexilliferi, et Sapientes quos habere voluerint.

Dinus Pecora consuluit secundum dictum ser Benvenuti.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus, quod nullus Pistoriensis non audeat hospitare in civitate Florentie, nisi in domo Neri Ardinghelli; et quod ambaxiatores mictantur³ ad civitatem Pistorii ut revocent dictam reformationem.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis Comunibus et terris, videlicet Comuni⁴ Montis Varchi, Comuni Signe, * Comuni Vinci *; et quomodo eligi debeant.

Ser Benvenutus de Sexto consuluit, quod concedantur, et fiant ad secretum scriptinium. Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Benvenuti.

¹ Questa petizione è scritta da mano diversa da quella dei due notari delle Riformagioni.

² * facto *.

³ Il testo: " mictantur ".

⁴ Il testo, qui e appresso, ha " Communis ".

Die penultimo iulii.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposuit dominus Iohannes miles domini Capitanei: Quomodo et qualiter eligi debeant Sex de blado et eorum sex nuntii.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi consuluit, quod domini Priores eligant illos Sapientes quos voluerint de presenti Consilio, qui faciant dictam electionem dictorum Sex de blado et eorum sex nuntiorum; et valeat quicquid fecerint.

Presentibus testibus Leone Poggi precone domini Capitanei et Cione Amannati nuntio Priorum, et aliis¹.

Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Rogerii.

Die primo augusti. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "A".

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Iohannes miles domini Capitanei, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de obmissis per dominum Potestatem, Capitaneum eorumque familias, Priores Artium et Vexilliferum Iustitie, de mense iulii proxime preteriti, subrogandis in mensem augusti; et de dicto mense possint compleri.

²Item, de solutione fatienda Castellano et peditibus Montischucheri comitatus Pistorii per unum mensem, inceptum die duodecimo mensis iulii proxime preteriti, ad solitam rationem, videlicet, librarum x florenorum parvorum pro ipso Castellano per mensem, et *librarum ^{or} iij florenorum parvorum *³ pro quolibet dictorum peditum per mensem.

[c. 18⁴] Item, solutionem Cerre albergatori, in quantitate librarum xxiiij et dimidii florenorum parvorum.

Item, solutionem Guerruczi hospitatoris Francholini,⁴ in quantitate librarum vj florenorum parvorum.

Item, solutionem Scolayni de Prato consistabilis ⁵xx militum, computata persona sua in dicto numero, pro duobus mensibus inceptis in kallendis mensis augusti, ad rationem florenorum auri ^{clm}xij pro sua persona, paga dupla, bandaria et trumbecta, et *quinque*⁵ florenorum auri pro quolibet dictorum militum, per mensem.

Ghinus Curradi consuluit secundum propositiones.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxvij secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

Presentibus testibus Braccino Braccii precone *domini Capitanei*⁶ et Bartholo Bandi nuntio dicti domini Capitanei, et aliis.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per A."

² Precedono nel margine le sigle "a. n."

³ * duorum florenorum auri *.

⁴ Così il testo, invece di "Guerruczi Francholini hospitatoris".

⁵ * sex *.

⁶ * Communis *.

Die iiij^o mensis augusti.

¹ In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Iohannes miles domini Capitanei, presentibus dominis Prioribus * et Vexillifero Iustitie *, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die primo augusti.

Presentibus testibus² Braccino Braccii preconone domini Capitanei et Ugolino Talenti nuntio eiusdem domini Capitanei.

Dominus Iohannes Rustichelli consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per predictum dominum Iohannem, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liiij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Iohannem.

Ser Lopus de Mugnone consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Lapi.

Eodem die.

In Consilio speciali domini Defensoris proposuit dominus Iohannes miles domini Capitanei: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis terris, et quomodo eligi debeant: videlicet, Comuni³ Burgi Sancti Laurentii, Comuni de Vinci, Comuni et universitati et populo⁴ Sancti Bartholomey de Puteo plebatus Groppine. Presentibus testibus Braccino Braccii preconone domini Capitanei et Bartholo Bandi eius nuntio.

Dominus Guidoctus de Canigianis consuluit, quod concedantur et[†]

Ser Spiliatus Aldobrandini consuluit, quod concedantur et fiant ad scrupinium.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Spilliati.

[c. 19^r.] Die xj^o mensis augusti. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "A".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Iohannes miles⁵ domini Capitanei, presentibus dominis Prioribus et Vexillifero Iustitie:⁶ Si videtur dicto Consilio quod Camerarii Comunis Florentie, de pecunia dicti Comunis, dent et solvant comiti Manenti de Sartiano, vel aliis cui pertinerent, septuaginta fiorenos auri, pro redemptione decem carceratorum Pisanorum,⁷ quos dictus Comes habet et tenet in civitate Vulterre.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per A".

² Il testo, con evidente errore, invece di *testibus* ha "Prioribus".

³ Il testo ha, qui ed appresso, "Comunis".

⁴ Il testo: "universitatis et populi".

⁵ Il testo ha per errore "milit.".

⁶ Di fronte, nel margine interno. sono le sigle "a. n.".

⁷ Il testo ha "carcerat. pisanis", come se innanzi avesse *pro decem* invece di "pro redemptione decem".

Item, super aprobatione quorundam ordinamentorum additorum Ordinamentis Iustitie. Presentibus testibus Braccino Braccii precone domini Capitanei et Bartholo Bandi eius nuntio, et aliis.

Ser Gianni Siminecti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas super predictis, per predictum dominum Iohannem, placuit lxvij secundum propositiones; nolentes fuerunt vj.

Die xij^o mensis augusti.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum^{oim} xij^o maiorum Artium proposuit dominus Iohannes miles¹ domini Capitanei, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, die xj^o dicti mensis augusti. Presentibus testibus Leone Poggi precone domini Capitanei et Bartholo Bandi eius nuntio, et aliis.

Glinus Curradi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, per predictum dominum Iohannem, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit omnibus, numero lv, secundum propositiones.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum^{oim} xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Iohannem.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Rogerii.

Die xiiij^o mensis augusti.

In Consilio Capitudinum^{oim} xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum, per dominos Priores Artium electorum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat; lecto ordinamento Iustitie de hoc loquente.

Presentibus testibus domino Passaguado milite dicti domini Capitanei et Leone² Poggi eius precone, et aliis.

Noffus Guidi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant sex homines³ in quolibet sextu, et sit ad minus unus ex minoribus Artibus. Et si contingerit quod in quinque sextibus non esset aliquis ex minoribus Artibus, quod in alio sextu esse debeat de minoribus Artibus et non de maioribus.

[c. 19^o] Dominus Iohannes Rustichelli iudex consuluit, quod Capitudines cuiuslibet Artis eligant sex Priores, pro quolibet sextu unum, et postea vadant ad scrupinium; et qui plures voces habuerit sit Prior.

Dinus Pecora consuluit, quod Sapientes convenient cum Capitudinibus sue Artis et eli-

¹ Anche qui il testo ha "milit.".

² Il testo ha "Leo".

³ Il testo: "omines".

gant sex bonos viros, et postea vadant¹ ad scrupinium; et qui plures voces habuerit sit Prior.

Girolamus Salvi consuluit secundum dictum Dini predicti.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Noffi.

Die xvij^o mensis augusti. Alibi notatum est in quaterno bambacis, signato per "A".

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie, omnia infrascripta.

³Primo videlicet, quod Camerarii Comunis Florentie presentes et futuri, de pecunia dicti Comunis, dent et solvant et dare et solvere possint teneantur et debeant duobus Castellanis et centum peditibus ituris ad custodiam castrum de Pecciole, pro xx^o diebus, ad rationem soldorum xv^o florenorum parvorum pro quolibet Castellano per diem, et soldorum iiiij^o florenorum parvorum pro quolibet pedite per diem; in summa libras iiiij^o xxx^o florenorum parvorum: ad hoc ut quilibet⁴ dictorum Castellanorum teneri secum debeat unum bonum equum armigerum pro toto dicto tempore, satisfacendo idonee Comuni Florentie de bene custodiendo.

⁵Item, de dando et solvendo domino Paccino de Brixia, consistabili quorundam militum seu equitum, septuaginta quinque florenos auri; faciendo finem dicto Comuni de omni eo et toto quod petere posset dicto Comuni, occasione predicta.

Item, de expendendo, de avere Comunis Florentie, usque in quantitatem librarum centum florenorum parvorum in reparatione carcerum Burelle et Palleacze, dandarum⁶ per Camerarios Comunis Florentie officialibus seu officiali per dominos Priores et Vexilliferum Iustitie eligendis, et per ipsos officiales expendendarum in fortificatione et munitione dictorum carcerum Burelle et Palleacze: absolutis omnibus statutis in contrarium loquentibus.

Presentibus testibus domino Passaguado de Vicomercato milite domini Capitanei et Leone Poggi eius preconne, et aliis.

Ser Uguccione Rugerocci notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxvj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

[c. 20^r.] Eodem die et testibus.

⁷In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas, absolutis statutis.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad seden-

¹ Il testo ha "vadeant".

² Di fronte, nel margine esterno: "per A.", corretto da "per B".

³ Precedono nel margine le sigle "a. n."

⁴ Il testo ha "quolibet".

⁵ Precedono nel margine le sigle "a. n."

⁶ Il testo: "dandis".

⁷ Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per A.", corretto da "per B".

dum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit * omnibus, numero lviiiij *,¹ secundum propositiones * nolentes fuerunt *.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Dominus Iohannes Rustichelli iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Iohannis.

²Die xxiiiij mensis augusti.

³In Consilio Centum virorum, presentibus Prioribus et Vexillifero, dominus Capitaneus et Defensor proposuit omnia infrascripta.

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Braccino Braccii.⁴

Benci Amati consuluit in omnibus suprascriptis secundum quod in proposita continetur.

Placuit lxx secundum propositiones, nolentes fuerunt vij.

Die * xxv^o *⁵ augusti.

Presentibus testibus domino Iohanne milite Capitanei et Leone Poggii.

In Consilio speciali et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, omnia que proposita fuerunt in Consilio Centum virorum, salvo quod de proposita xxv^o librarum.

Ghinus * Arrighoni *⁶ consuluit secundum propositiones predictas.

Factis et volutis partitis secundum formam statuti, placuit lviiij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt solummodo duo.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali domini Defensoris proposuit dominus Defensor et Capitaneus omnia suprascripta.

Ser Noddus Arrighi consuluit secundum propositiones. Item, quod electio dictorum nuntiorum fiat per presens Consilium, et dividantur per sextus.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

¹ * lviiiij *.

² Questo e i due successivi Consigli del 25 agosto sono scritti da un'altra mano diversa da quella dei due notari delle Riformagioni.

³ Di fronte, nel margine interno: "per B."; e un segno di richiamo che non ha corrispondenza.

⁴ Segue una riga bianca.

⁵ * xxiiiij *.

⁶ * Ricoveri *.

[c. 20¹] Die xj² mensis septembris. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "A".

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie.²

³Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad voluntatem dominorum Priorum et Vexilliferi * de summa librarum c etc. *⁴

Item, quod domini Priores et Vexillifer possint eligere duos vel plures bonos et legales homines, qui morentur cum Iudice domini Capitanei qui super est ad exigendum condempnationes, ut eum iuvent sollicitent et instruunt in exactione ipsarum condempnationum facienda; et quod possint providere de eorum salario pro tempore quo steterint in dicto offitio.

⁵Item, quod solvatur Francischo de Reate, pro se et decem et novem equitum, persona dicti Francisci in dicto numero non computata, pro tempore unius mensis initiati die viij⁶ mensis augusti proxime preteriti et completi die viij⁶ presentis mensis septembris, ad solitam rationem; non obstante quod ipsius conductio non reperiat facta pro tempore dicti mensis.

Item, si placet dicto Consilio quod dictus Franciscus, pro se et dictis equitibus suis, pro Comuni Florentie conducatur, pro tempore unius mensis, ad solitam rationem, iuitiati die x⁶ presentis mensis septembris.

Item, si placet dicto Consilio quod Gherardinus domini Verdini de Ramisinis de Parma conducatur ad stipendia dicti Communis, pro se et decem et novem equitibus, persona dicti Gherardini in dicto numero non computata, pro tempore unius mensis, incepti die qua complevit servitium pro quo sibi a Comuni Florentie extitit satisfactum, ad solitam rationem.

Item, si placet dicto Consilio quod solvatur Sassolo de Sassolinis et Iohanni⁶ de Giungnis, vel eorum procuratoribus, castellanis castri de Pecciole, pro se et centum peditibus suis ad dicti castri custodiam deputatis, pro tempore viginti dierum, initium habituro †

Item, quod solvatur infrascriptis septem nuntiis, qui morantur et serviunt dominis Prioribus et Vexillifero, pro duobus mensibus initiatis die xv⁶ mensis augusti et finiendis in medio mensis octubris, quibus serviverunt et servire debent in dicto offitio, ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum, per mensem: quorum nomina sunt hec.

Picchius Guidi populi sancti Georgii, Donatus Rinaldi populi Sancte Trinitatis, Duccius Ridolfi populi Sancti Petri Maioris, Bertus Micchaelis populi Sancti Michaelis Vicedominorum, Duccius Rustichelli populi Sancti Laurentii, Gherardus Corsi populi Sancte Trinitatis et Giacchominus Bindi populi Sancti Pancratii.

[c. 21¹] Item, si placet dicto Consilio quod domini Priores et Vexillifer Iustitie, cum Consilio sapientum virorum quos habere voluerint, possint providere super fortificatione et augmentatione Ordinamentorum Iustitie.

¹ Di fronte, nel margine interno: " || per || A. "

² Segue un "om" cancellato. Stava per ripetere *omnia infrascripta*.

³ Precedono nel margine le sigle "a. n. "

⁴ * de summa librarum centum que expendi possunt de presenti mense septembris *.

⁵ A questo e ai quattro successivi "Item", oltre alle sigle "a. n.", precedono nel margine una † e un' "f".

⁶ Il testo ha "Iohanne".

- ¹Item, solvatur nuntiis dominorum Potestatis, Capitanei et Iudicis appellationum et sindici pro duobus mensibus, ad solitam rationem.
- Item, si placet dicto Consilio quod eligantur tres boni² et legales viri per officium dominorum Priorum et Vexilliferi, qui sint et esse debeant cum domino Tano iudice Gabelle; qui supersint et superesse debeant offitio super actandis viis stratis pontibus et fontibus civitatis et comitatus Florentie, inceptis et non completis per dominum Giambonum olim pro Comuni Florentie super viis et stratis civitatis et comitatus Florentie actandis. Et quod etiam possint dictus Iudex et dicti Officiales compellere et constringere omnes et singulos qui habent apud se aliquam pecuniam, exactam occasionibus predictis, eam solvere illis personis que deberent recipere aliquam vel aliquas pecunie quantitates, occasione vel occasionibus predictis, vel pro salario seu salariis vel aliis occasionibus pertinentibus ad predicta, et maxime nuntiis magistris et omnibus et singulis officialibus qui servivissent vel serviverint Comuni Florentie in officio supradicto, vel mandato dictorum Officialium.
- Item, si placet dicto Consilio quod concedatur licentia dominis Prioribus Artium et Vexillifero Iustitie qui nunc sunt in officio Prioratus, quod possint providere super facto vini novi quod recoligitur in comitatu Florentie, et super facto vini forasterii et super vendentibus vinum, et super omnibus et singulis pertinentibus ad venditionem vini; cum eo Consilio quod habere voluerint ad predicta.
- ³Item, si placet dicto Consilio quod, pro reparatione anteporte et etiam ipsius porte et cassari castri de Laterino, possint expendi, de pecunia Comunis Florentie, usque in quantitatem librarum i florenorum parvorum, et solvi per Camerarios Comunis Florentie tam presentes quam futuros officialibus seu officiali electis et deputatis ad ipsum opus et laborerium fieri faciendum, per officium dominorum Priorum et Vexilliferi; et per predictos officiales seu officialem⁴ expendendis in dicto opere, secundum quod opus fuerit: cum dicatur quod predictam reparationem fieri multum expediat, et quod mora ipsius reparationis multum posset esse dampnosa ipsi terre.
- ⁵Item, si placet dicto Consilio quod Borghus Rinaldi, Facius de Micciole, Carruccius del Verre et ser Tancredi notarius, olim officiales super exactione librarum detentarum comitatus Florentie, possint et potuerint, de pecunia per eos exacta, retinere et retinuisse licite et impune infrascriptas expensas quas dicunt se fecisse pro dicto officio et occasione dicti officii, prout in eorum petitione continetur.
- Item, quod eligantur aliqui legales homines, racionatores et sindici, qui revideant rationem introitus et exitus dictorum Officialium; quas rationes approbent vel improbent, sicut et quomodo viderint et invenerint iustum esse; et quod eos sindicent.
- [c. 21⁴] Dominus Bardus Angiollerii iudex consuluit secundum propositiones predictas. Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxx secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt ij.
- Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Leone Poggi preconce Comunis, et aliis.

¹ Precedono anche qui una † e la sigla "f", e le altre due solite sigle "a. n."

² Il testo ha "buoni".

³ Precede in margine una "j".

⁴ Il testo ha "officiali".

⁵ Precedono le sigle "a. n."

Eodem die.

¹In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, * excepta propositione de *² xxv libris expendendis ad voluntatem Priorum, de summa librarum centum que expendi possunt de presenti mense septembris.

Presentibus testibus domino Iohanne milite d. Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Ser Rinuccius de la Paniera notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lxiiij secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum.

Ser Noddus Arrighi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Noddi.

Die xxiiij mensis septembris. Alibi notatum in quaterno bambacis signato per "C".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie, omnia infrascripta.

³Primo videlicet, quod solvatur et solvi possit, de pecunia et avere Comunis Florentie et per Camerarios ipsius Comunis presentes vel futuros, ser Tinaccio magistro et mensuratori et Banducio Rustichi, superstitibus operis castri de Pietrasanta, pro complendis muris dicti castri, libras ^{ta}cl florenorum parvorum: quam pecunie quantitatem, ad ipsos perveniendam⁴ dicta occasione, dicti Superstitibus convertere et expendere possint eis que liceat absque eorum preiudicio in dicto opere et eius occasione, secundum quod eisdem videbitur fore utilius pro Comuni.

Item, quod habentes casolaria in dicto castro, qui nondum edificaverunt ibi domus, compellantur per dominum Capitaneum et Defensorem hedificare et construere domos super eorum casolaribus in dicto castro; secundum quod facere promisserunt et tentur.

[c. 22^r.]⁵ Item, quod solvatur et solvi debeat, de pecunia Comunis Florentie et per Camerarios ipsius Comunis, Buschie quondam domini Paczi castellano pro Comuni Florentie castri de Hostina, pro se et duobus peditibus suis, pro ipsius Castellani et peditum salario et paga trium mensium, complendorum in kallendis octobris proxime

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e a' due successivi Consigli: "per A."

² * et excepto de *.

³ Di fronte, nel margine esterno, le sigle "a. n.", e sotto, la sigla "f".

⁴ Il testo ha "pervenienda".

⁵ A questo e ai tre seguenti "Item" precede nel margine la sigla "f.", e sotto, le due solite "a. n."

venturi, quibus stetit et stare debet, ut asserit, cum dictis peditibus ad custodiam dicti castri pro Comuni Florentie; ad solitam rationem, videlicet librarum sex florenorum parvorum pro dicto Castellano per mensem, et librarum trium florenorum parvorum pro quolibet ditorum peditum per mensem: in summa, libre xxxvj florenorum parvorum.

Item, quod solvatur et satisfiat Pesce filio Ghusci Pescis de Florentia castellano Montis Chucheri, et decem et * octo *¹ peditibus suis cum eo ad dicti castri custodiam deputatis, pro ipsorum Castellani et peditum salario et paga xxv^o dierum complendorum die sexto mensis octobris proxime venturi; ad solitam rationem, videlicet librarum decem florenorum parvorum pro ipso Castellano per mensem, et librarum quatuor florenorum parvorum pro quolibet peditate per mensem.

Item, quod solvantur libre xxv^o florenorum parvorum, de pecunia Comunis Florentie per Camerarios Comunis Florentie, ser Maso ser Maffey et ser Bancho et ser Gerio Daviczi et aliis notariis eorum sociis, qui exemplaverunt et exemplare debent condemnationes Comunis Florentie, exigendas per officiales Comunis ad dictum officium deputatos.

Item, petitionem domini Palmerii Altoviti * de *² emendatione ei facienda usque in quantitatem xx florenorum auri, pro extimatione unius sui muli magagnati in servitio dicti Comunis Florentie, videlicet in ambaxiata per eum facta ad civitatem Urbisveteri per Comune Florentie.

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxx secundum propositiones; nolentes fuerunt vij.

Die xxiiij^o mensis septembris. Indictione septima.

³In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie, omnia que deliberata et firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, die xxiiij^o mensis septembris presentis.

Presentibus testibus domino Iohanne milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Rimbaldinus notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lij secundum propositiones; nolentes fuerunt iiij.

[c. 22^o] Eodem die et testibus.

⁴In Consilio generali et speciali et Capitudinum proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

¹ * novem *.

² * pro *.

³ Di fronte, nel margine interno: "per A."

⁴ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A".

Macza de Amiratis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Macze.

Die penultimo mensis septembris, constitutus fuit syndicus ad denunciandum electionem d. Bernardino de la Porta capitaneo, sicut notatum est in quadam cedula.¹

Die ultimo mensis septembris.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie, omnia infrascripta.

Primo videlicet, quod capitulum Constituti domini Defensoris et Capitanei * quod est *² sub rubrica "De electione domini Capitanei", qui tenetur et debet venire ante initium sui regiminis per viij dies ante kallendas mensis novembris, cum sua familia, quod officium incipere debet, secundum formam dicti statuti, in kallendis mensis novembris proxime venturi, quod ipsum capitulum in ea parte mutetur, corrigatur, et dicatur quod presens Capitaneus qui venturus est *et* eligeretur de novo, possit³ venire, et sibi per offitium dominorum Priorum et Vexiliferi possit terminus prorogari, usque ad medium mensis novembris proxime venturi, prout et sicut videbitur dicto offitio et Vexilifero; non obstante capitulo supradicto: quod, in quantum obstaret predictis, possit tolli et removeri ad voluntatem dictorum dominorum Priorum et Vexiliferi, usque ad dictum terminum.

Item, quod solvatur Sassolo Sassolini et Iohanni⁴ de Giungnis castellanis castri de Peciole, et centum eorum peditibus, pro xij diebus; ad rationem soldorum xv florenorum parvorum pro quolibet Castellano per diem, et soldorum quatuor florenorum parvorum pro quolibet pedite per diem, secundum solitum modum.

Item, ea que scripta sunt in quadam cedula banbaxis.

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Dominus Guidoctus de Canigianis iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Iohannes Rustichelli consuluit, quod non prorogetur terminus domino Capitaneo futuro. In aliis consuluit secundum dictum domini Guidocti.

Ser Tancredi filius ser Cenni notarius consuluit, quod aliquis qui fuerit ad Officium viarum non possit amplius esse ad dictum officium. De solutione facienda dictis Castellanis et peditibus, consuluit secundum propositionem.

[c. 24^r.] Dominus Iacobus de * Certaldo *⁵ iudex consuluit secundum dictum domini Iohannis Rustichelli.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, primo super termino prorogando domino Capitaneo futuro, placuit lij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxj.

¹ Questo ricordo fu aggiunto dopo dal notaro nello spazio rimasto vuoto tra questo e il successivo Consiglio, di fronte e a destra della data "Die ultimo mensis septembris".

² * positum *.

³ Il testo ha "posit".

⁴ Il testo ha "Iohannes".

⁵ * Montespertoli *.

Item, super aliis omnibus placuit lxxvij¹ secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

²In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero iustitie, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Ser Noddus Arrighi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositiones; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant Sex de blado et eorum sex nuntii.

Ghinus Curradi consuluit secundum propositiones. Item, *quod* domini Priores et Vexilifer eligant quot et quos *volunt* de presenti Consilio, qui debeant facere dictam electionem dictorum Sex de blado et eorum nuntiorum.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Ghini.

[c. 23^r] Die ultimo mensis septembris.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposuit dominus Oddus de numero Priorum: Si placet dicto Consilio quod de civitatibus Bononie, Regii et Mutine et Parme citra fiat electio.

Item, petitum fuit quomodo fiat electio.

Dinus Pecora consuluit, quod eligantur septem de nominatis et vadant ad scriptinium, et qui plures voces habuerit sit primus et sic de aliis usque ad quartum, cum duobus per sextum, eligendis per Priores et Vexiliferum.³

Dominus Guidoctus de Canigianis consuluit, quod eligantur per sextus, per Priores, unus de Consilio speciali et unus Capitudo, qui cum Prioribus eligant septem de nominatis, et vadant ad scriptinium; [c. 23^r] et qui plures voces habuerit sit Capitaneus: et sic de aliis, usque ad quartum.

Neri calzolarius consuluit secundum dictum Dini Pecore, salvo quod remisit in Priores solos; et de nulla terra possit eligi nisi unus.

Facto partito per d. Oddum super predictis ad sedendum et levandum, placuit *quasi* omnibus secundum dictum domini Guidocti.

¹ * xxj *.

² Nel margine interno. di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A.".

³ Il testo ha "Vexilifero".

[c. 24^r.] Die *xiiij*^o*¹ mensis octobris.

²In Consilio Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium et aliorum quamplurium Sapientum, per dominos Priores et Vexiliferum electorum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat.

Presentibus testibus domino Passaguado de Vichomercato milite domini Capitanei et ser Albrighino Pagano notario eiusdem domini Capitanei, et aliis.

Dinus Compangni consuluit, quod quilibet Capitudo eligat unum per sextum, et Sapientes de qualibet Arte dent unum per sextum.

Pacinus Peruczi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant tres per sextum; et postea fiat scriptinium de eis.

[c. 24^r.] Girolamus Salvi consuluit, quod quilibet Capitudo cum Sapientibus³ sue Artis eligant unum per sextum; et postea fiat scriptinium more solito.

Noffus Guidi consuluit secundum dictum dicti Girolami:⁴ hoc addito quod quilibet Capitudo det in scriptis solummodo de illis de Arte sua; et postea fiat scriptinium modo solito.

Meglöre Guadangni consuluit secundum dictum Pacini Peruczi.

Pela Gualduccii consuluit †

Chiarus Salvi consuluit secundum dictum Noffi Guidi.

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit secundum dictum Paccini Peruczi.

Ceffus de Becchinugiis consuluit secundum dictum Dini Compangni.

Dominus Iohannes Rustichelli iudex consuluit secundum dictum Girolami.

Alexius Rinaldi consuluit, quod quilibet Capitudo cum Sapientibus sui sextus eligant sex per sextum, dummodo illi de sextu Ultrarni eligant in sextu Sancti Petri Scradii; et sic de aliis.

Dinus Pecora consuluit, quod quilibet Capitudo det unum per sextum, et Sapientes cuiuslibet sextus unum alium per sextum; et postea fiat scriptinium.

Dominus Aldobrandus de Cerreto iudex consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant sex per sextum, et legantur bis in presenti Consilio.

Landus Albiczi consuluit secundum dictum Girolami.

Facto partito per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit maiori parti dicti Consilii secundum dictum Noffi suprascripti.

Eodem die et testibus.

⁵In Consilio Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium et aliorum Sapientum proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio Vexiliferi Iustitie fieri debeat.

Dinus Pecora consuluit, quod quilibet sextus eligat unum⁶ in dicto sextu Sancti Petri Scradii, et vadant ad scriptinium.

¹ * xiiij *.

² Di fronte, nel margine interno: "per A".

³ Il testo ha "Sapientes".

⁴ Prima di scrivere "secundum dictum" ec. aveva cominciato, come nel consiglio precedente: "quod quilibet Capitudo cum".

⁵ Di fronte, nel margine esterno: "per A".

⁶ Il testo ha "unus".

Pacinus Peruczi consuluit, quod Priores et Vexilifer eligant sex bonos viros in sextu Sancti Petri Scradii, quibus dentur voces pro Vexilifero.
Facto *partito*, placuit quasi omnibus secundum dictum Pacini.

[c. 25^{r.}] Die *xxij*^o*¹ mensis octobris.

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie.

Primo videlicet, de bailia et auctoritate danda officio dominorum Priorum et Vexiliferi Iustitie presentium residentium in officio, eligendi officiales super exactione librarum et prestantiarum et fationum detentarum; ab anno Domini M^o cc lxxxvj mense aprilis, tam in civitate quam in comitatu, et de eorum salario providendo.

Item, de faciendo et fieri faciendo ordinamenta et stantiamta circa ipsa officia utiliter pro Comuni exequenda.

Item, de concedendo licentiam dictis Prioribus et Vexilifero de faciendo ordinamenta et stanziamenta circa exactionem condempnationum exigendarum pro Comuni: de eligendo officiales ad hoc, una cum Iudice domini Defensoris super condempnationibus.

Item, de bailia danda dictis Prioribus et Vexilifero super electione Notarii Reformationum, cum salario consueto; et absolvantur statuta.

Item, super bailia danda dominis Prioribus Artium et Vexilifero Iustitie super facto clericorum, ita quod cum illis Sapientibus quos habere voluerint, semel et pluries, possint super hoc providere et ordinamenta facere et penas ordinare; et omnia et singula super hoc et circa hoc facere que viderint utilia fore pro Comuni Florentie: et valeat et teneat quicquid fecerint in predictis et circa predicta.

Presentibus testibus domino Passaguado de Vichomercato milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et *aliis*.

Bindus Neri Ambroxii consuluit secundum propositiones predictas.

Facto *partito* super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum; presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie.

Bartholinus Uguiccionis consuluit secundum propositiones predictas.

Dinus Pecora consuluit secundum dictum dicti Bartholini.

Factis *partitis* super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit l * super facto clericorum; nolentes fuerunt viiiij.

Item, super aliis omnibus, placuit lvj secundum propositiones; nolentes fuerunt iij *.³

¹ * xxij *.

² Nel margine interno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: "per B. ".

³ * secundum propositiones, nolentes fuerunt * t.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{ctm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Alexius Rinaldi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis, placuit quasi omnibus.

[c. 25^t.] Die xxvij^o mensis octobris.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie.

Primo videlicet, super bailia danda dominis Prioribus et Vexilifero Iustitie quod possint eligere et ponere in officio domini Capitanei illum vel illos quem vel quos voluerint, pro illo tempore quod eis videbitur; ita tamen quod valeat et teneat quicquid factum fuerit in dicto officio per illum vel illos quem ad hoc deputaverint, ac si factum esset per Capitaneum qui electus esset secundum formam statuti: et quod possint in eos retinere dictum dominium.

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone.

Ser Rustichellus Bernardi consuluit secundum propositionem predictam.

Dominus Lotheringhus de Montespertoli consuluit, quod ad presens² predicta propositio differatur.

Dominus Gualterius de Ghangareto consuluit secundum dictum dicti ser Rustichelli.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit †

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Manectus Tinioczi consuluit †

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{ctm} xij.

Die vigesimo octavo mensis octobris.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{ctm} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie, ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xxvij^o dicti mensis octobris.

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone.

Bartholinus Ugniccioni consuluit secundum propositionem predictam.

Ghinus Curadi consuluit idem.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lj secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "1er B."

² Il testo ha "apresens".

Eodem die et testibus.

¹In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii d. Potestatis, sex nuntii domini Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris librarum et condempnationum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici.

[c. 26^r] Duccius Risaliti consuluit secundum propositionem.

Item, quod dicti officiales eligantur² per sextus.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Duccii.

Die xxviii^o mensis octobris. Alibi notatum in quodam folio bambacino.

³In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium constituti fuerunt sindici infrascripti.

Primo videlicet, ser Symon notarius quondam Iacobi et Dolcebene biccherarius,⁴ qui Prete vocatur, ad vendendum bona Bartolini biccherarii filii quondam Bonsegnoris populi Sancte Marie Alberici, et Spinelli ferratoris filii quondam Spinelli populi Sancti Felicis in Piazza.

Item, Guido olim Pianigiani Cacciafuori populi Sancti Fridiani, ad vendendum bona Tieri Bonaiuti populi Sancti Fridiani.

Item, Nerus Diedi et ser Steffanus Rustichelli, ad vendendum bona Lucchetti Bencii populi Sancti Pancratii.

Item, Riccius Pini populi Sancte Marie Maioris, ad vendendum bona Vanni et Carli fratrum, filiorum olim Angellocti ceraiuoli.

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus de parlamento suspendendo, tempore presentium Priorum.

Alexius Rinaldi consuluit secundum propositionem.

Ser Lopus de Mugnone notarius consuluit secundum propositionem, salvo quod faciant parlamentum suo tempore.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Alexii.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per A".

² Il testo ha "eligatur".

³ Di fronte, nel margine interno: "per B".

⁴ Il testo ha "Dolcebenem biccherarium".

Die penultimo mensis octobris

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum ^{eim} xij maiorum Artium et Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio quod electio Potestatis civitatis Pistorii fiat pro uno anno, secundum formam litterarum Comunis Pistorii hic lectarum; et quomodo dicta electio fieri debeat.

Presentibus testibus domino Iohanne milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Bindus Nerii Ambroxii consuluit, quod electio acceptetur per Comune Florentie et acceptata sit, et quod electio dictorum duorum electorum fiat per Priores et Vexiliferum, cum illo Consilio quod habere voluerint.

[c. 26.] Dinus Pecora consuluit idem: hoc mutato, quod Priores et Vexilifer dictam electionem faciant cum consilio aliorum vel sine consilio, sicut eis videbitur.

Dominus Guido de Canigianis iudex consuluit idem: hoc addito, quod illi qui eligentur sint de civitate Florentie, et de maioribus et legalioribus civitatis Florentie.

Dominus Lotheringhus de Montespertoli iudex consuluit, quod predicta remaneant in officio dominorum Priorum et Vexiliferi Iustitie, cum illo Consilio quod habere voluerint, silicet de electione acceptanda; et si acceptabitur, fiat electio per Priores et Vexiliferum; et illi qui eligentur cogantur per Comune Florentie dictum regimen acceptare.

Manectus Tinioczi consuluit secundum dictum Dini Pecore.

Factis partitis super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus quod dicta electio acceptetur et acceptata sit per Comune Florentie.

Item placuit quasi omnibus, quod dicta electio fiat per Priores et Vexiliferum: dummodo eligant de civitate vel comitatu Florentie.

Item placuit quasi omnibus, quod illi qui eligentur cogantur per Comune Florentie dictam electionem acceptare.

Die iij mensis novembris. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "C".

¹ In Consilio Centum virorum congregato mandato officii d. Priorum et Vexilliferi Iustitie Populi Florentini, tenentium locum et vices gerentium d. Capitanei Populi et Comunis et Defensoris Artium et artificum civitatis Florentie, proposuit Ghosus de Mancinis * prepositus Priorum *, vexilifer Iustitie, qui una cum sociis suis tenent locum Capitanei, in presentia et voluntate sociorum suorum: ² Si videtur Consilio utile fore pro Comuni teneri Consilium super infrascriptis.

³ Primo videlicet, super quantitate librarum cccxv florenorum parvorum, seu usque in dictam quantitatem, expendenda ad provisionem Priorum et Vexiliferi, in salario et expensis duorum Iudicum forensium et quatuor notariorum forensium.

Item, super solutione facienda xx berroariis novis dominorum Priorum, pro uno mense

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Qui si omette "proposuit infrascripta, primo videlicet", che il notaro avrebbe dovuto cancellare.

³ Di fronte a questo e ai tre successivi paragrafi, sono nel margine, le sigle "a. n."

incepto die xxviii^o mensis octobris proxime preteriti, ad rationem librarum quinque florenorum parvorum pro quolibet eorum, per mensem.

Item, super solutione facienda sex nuntiis Potestatis et sex nuntiis Capitanei et duobus nuntiis Iudicis appellationum, pro mensibus septembris et octobris proxime preteritorum, ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum, per mensem.

Item, super solutione facienda septem nuntiis Priorum et Vexiliferi, pro duobus mensibus inceptis in medio mensis octobris proxime preteriti, ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum, per mensem.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexilifero super ordinamento vini faciendo, non obstantibus aliquibus aliis ordinamentis vel statutis.

[c. 27^o.] Item, super securitate danda xxxvij^{em} fodratoribus, usque ad kallendas aprilis proxime venturi; non obstantibus aliquibus represaliis.

Manectus Tiniozzi consuluit secundum propositiones.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxij secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Presentibus testibus Leone Poggi precone domini Capitanei et Tuccio Ridolfi nuntio dominorum Priorum et Vexiliferi,¹ et aliis.

Eodem die et testibus.

²In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei proposuit Ghosius de Mancinis prepositus Priorum et vexilifer Iustitie, qui una cum sociis suis tenent locum Capitanei, in presentia et voluntate sociorum suorum,³ omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Neri filius Bonfigluoli consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lv secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{em} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum Ghosium.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die x^o mensis novembris. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "C", et in quodam folio.

In Consilio C virorum, congregato mandato offitii dominorum Priorum Artium et Vexiliferi Iustitie Populi Florentini, tenentium locum et vices gerentium domini Capitanei Populi et Comunis Florentie et Defensoris Artium et artificum civitatis predictae,⁴ pro-

¹ Il testo: "Vexilifero".

² Nel margine interno, di fronte a questo e ai successivi Consigli: "per B.".

³ Qui si omette "proposuit" ripetuto e non cancellato.

⁴ Qui si omette "facta propositione per dictum Ghosium", che sembra dovesse esser cancellato.

posuit Ghosus de Mancinis,¹ vexillifer Iustitie Populi Florentini, prepositus * dictorum dominorum Priorum *,² voluntate sociorum suorum, et in eorum presentia, omnia infrascripta,³ que scripta sunt in duobus foliis, scilicet super solutione omnium soldatorum; item super solutione librarum cxi⁴ florenorum parvorum pro opere Pontis Rubacontis.

Item, alia in quodam folio notata.

Presentibus testibus Leone Poggi precone d. Capitanei et ser Tancredo Bencivenni notario Priorum, et aliis.

Ser Bene de Vaglia consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod de xxv libris non possit expendi pro aliquo facto non facto tempore presentium Priorum.

Ser Rustichellus Bernardi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit lxxvij secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

Eodem die.

Presentibus ser Tancredo notario Priorum et Braccino Braccii.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum proposita fuerunt predicta per Gosium de Mancinis prepositum Priorum.

Rucchus Savini consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito, placuit lx secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

[c. 27^o] Die x^o mensis novembris.

Presentibus testibus suprascriptis.

⁵In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die xiiij^o novembris. Notatum est in quadam cedula signata per "A".

In publico Parlamento, in ecclesia Sancte Reparate congregato, iuraverunt d. Bernardinus de la Porta defensor et capitaneus et sui Iudices, milites, notarii et beroarii; computato eis iuramento per d. Albiczum Corbinelli iuris peritum.

Presentibus testibus ser Tancredo ser Bencivenni notario Priorum et Leone Poggi precone Capitanei, et aliis.

Die xvij^o mensis novembris. Alibi notatum est in quaterno bambacis. Signati per "C" non interfuerunt dicto Consilio.

⁶In Consilio Centum virorum proposuit dominus Bernardinus de la Porta de Parma novus capitaneus et defensor civitatis Florentie.

¹ Qui è il verbo "consuluit", cancellato.

² * Priorum *.

³ Qui è la parola "primo", cancellato.

⁴ Si omette "librarum", ripetuto e non cancellato.

⁵ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "Per B.".

⁶ Di fronte, nel margine esterno: "per A.".

Primo videlicet, si videtur dicto Consilio utile fore teneri Consilia, super eo videlicet quod dominus Giullianus Novellus potestas Florentie, de mense octobris proxime preteriti, potuerit ivisse ad civitatem Pistorii, una cum familiaribus suis quos¹ secum duxit, non obstante quod ante ipsius iter licentiam sibi non fuerit concessa a Consiliis opportunis; et quod omnia et singula que facta fuerunt per ipsius Viccarium, durante ipsius absentia, licite potuerint fieri, et valeant et teneant ac si facta fuissent per ipsum dominum Potestatem.

²Item, quod Camerarii Comunis Florentie, qui nunc sunt in officio, potuerint licite et impune et absque ipsorum preiudicio³ solvisse domino Gerio de Compibio castellano castris Laterine libras xvij florenorum parvorum, pro ipsius salario unius mensis et dimidii: cum hoc fecerint mandato dominorum Priorum et Vexiliferi Iustitie.

Item, super eo quod salarium Iudicis appellationum et Sindici Comunis Florentie, pro anno futuro electi vel eligendi, quod est librarum v florenorum parvorum, possit augeri usque in quantitatem librarum cl florenorum parvorum, si videbitur, et in ea quantitate que videbitur dominis Prioribus Artium et Vexilifero Iustitie, usque in summam predictam, et solvi possit per Camerarios eidem Iudici. Item, quod Priores possint eligere Iudicem appellationum et Syndicum cum illo Consilio quod habere voluerint.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone.

Bindus Neri Ambrosii consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Gualterius de Ghangareto iudex consuluit, quod non est utile teneri Consilium pro augendo salarium Iudicis appellationum. In aliis consuluit secundum propositiones.

[c. 28^r.] Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Rustichellus Bernardi notarius consuluit idem.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, primo de salario augendo Iudici appellationum, placuit lxxvij secundum propositiones; nolentes fuerunt xij.

Item, super aliis omnibus placuit omnibus, numero lxxviii, secundum propositiones *nolentes fuerunt*.

Die xvij^o mensis novembris. Signati per "A" non interfuerunt dicto Consilio.

⁴In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xvij^o presentis mensis novembris; presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie. Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Neri Bonfigluoli consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lviii secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

¹ Il testo ha "quo".

² Precedono, nel margine, le sigle "a. n.".

³ Si omette "potuerint", erroneamente ripetuto e non cancellato.

⁴ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A.".

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Macza de Amiratis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Macze.

Die xxiiij^o mensis novembris.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexilifero.

Primo videlicet, super bailia danda Prioribus et Vexilifero exigendi penam et penas et interesse in quam vel quas Comune Prati incurrisset,² occasione *Tani filii Caccie populi Sancti Donati de Turre*,³ exbanniti Comunis Florentie, capti in terra Prati, ad instantiam et per licteras Comunis Florentie, quem non remiserunt et remictere recusarunt ad civitatem Florentie, prout tenentur et debent secundum formam pactorum hinc inde initorum; *et super procurando et faciendo quod idem exbannitus omnino perveniat in fortiam Comunis Florentie*; et super ordinando et faciendo et fieri faciendo exercitum et cavalcatas contra ipsos Pratenses per Comune Florentie, occasione predicta: et super omnibus et singulis procurandis et faciendis circa predicta et predictorum occasione que eisdem videbuntur expedire.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi precone eiusdem domini Capitanei.

[c. 28^o] Bindus Nerii Ambrosii consuluit secundum propositiones.

Ser Lopus de Mugnone *consuluit* idem.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxviiiij; nolentes fuerunt ij.

Eodem die * et testibus *. Signati per "B" non interfuerunt Consilio, et Capitadines per "Z".

⁴In Consilio speciali domini Defensoris et Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Braccino Braccii⁵ eius precone.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositiones; nolentes fuerunt vj.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

² Il testo: "incurrisset".

³ * cuiusdam *.

⁴ Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B."

⁵ Il testo ha "Braccini".

Eodem die et testibus. * Alibi notatum est in quaterno bambacis *.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum ^{cin} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.
Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.
Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Benci.

Die xxvj^o mensis novembris. Alibi notatum est in quaterno bambacis.

- ¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie.
- ²Primo videlicet, super solutione facienda duobus Castellanis castri de Pecciole et centum eorum peditibus, pro ^{bu}xxij diebus, ad rationem soldorum ^{cin}xxv pro Castellano cum uno equo et soldorum ^{or}iiiij pro quolibet pedite per diem.
- Item, duobus Exactoribus et duobus eorum notariis officialibus librarum detentorum, pro mensibus maii et iunii proxime preteritis, ad rationem soldorum ⁱⁿxl pro quolibet eorum per mensem.
- Item, super solutione facienda Ture del Grillo preconi Comunis, pro andata quam fecit ad civitatem Pistorii pro ^{cin}xv diebus, ad rationem soldorum ^{em}x per diem.
- Item, super solutione facienda quinque nuntiis, qui eques aliquot diebus pro Comuni steterunt in civitate Pistorii, ad rationem soldorum ^oviiij pro quolibet eorum per diem.
- Item, super solutione facienda sex Iudicibus curiarum, pro sex mensibus initiatis in kalendis iulii proxime preteriti, ad rationem librarum ^{em}xxv florenorum parvorum pro quolibet eorum, pro toto dicto tempore: facta prius inquisitione contra eos, secundum provisionem Priorum et Vexiliferi.
- Item, super petitione Sex de blado, qui fuerunt pro mense octobris preteriti et novembris presentis.
- ³Item, super solutione facienda ⁱⁿxxx berroariis dominorum Priorum et Vexiliferi, usque ad diem quartum decimum mensis decebris.
- Item, super solutione Gani Rubei et sociorum.
- Item, super solutione tubatorum, pro andata de Pistorio.
- Item, super solutione ser Becti Viviani.
- [c. 29^r.] Item, quod omnia stantiamta, provisiones, sententie, processus et mandata et officialium electiones, et ea omnia que *dicti* domini Priores Artium et Vexilifer Iustitie nunc in officio residentes fecerunt vel fieri fecerunt, a die qua eorum offitium initiavit citra, vel fecerint seu fieri fecerint in futurum eorum durante offitio, valeant et teneant et debeant inviolabiliter, per quodlibet Regimen et officialem Comunis Florentie presentem et futurum, effectualiter observari; non obstante quod de facto processerit vel procederit, et non obstante aliquo statuto, ordinamento, provisione, sententia vel reformatione alicuius Consilii, vel aliquo alio iure, quod seu que in pre-

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per A."

² A questo e ai successivi paragrafi, fino al quarto "Item" inclusive, precedono nel margine le sigle "a. n."

³ Anche a questo e ai tre "Item" successivi precedono nel margine le sigle "a. n."

dictis vel aliquo predictorum quomodolibet contradicerent vel obstarent: ita videlicet quod predicta non derogent vel in aliqua parte preiudicent aliquo modo vel iure Ordinamentis Iustitie vel alicui ipsorum; et si in aliquo contradicerent vel obstarent seu derogarent ipsis Ordinamentis Iustitie vel alicui ipsorum, intelligantur esse et sint nullius valoris et momenti, set sint cassa et irrita ipso facto. Salvo etiam, quod hec non intelligantur extendi nec locum habeant, quod per eandem bailiam possit expendi donari vel remitti de averi nec de pecunia nec bonis Comunis.

Item, super ordinando et firmando, quod predictus dominus Bernardinus presens defensor et capitaneus possit sibi que liceat, teneatur et debeat, cognoscere inquirere procedere punire et condempnare seu absolvere de omnibus et super omnibus et singulis maleficiis excessibus seu delictis, et etiam de omnibus et super omnibus et singulis questionibus et causis de quibus et super quibus cognoscere procedere inquirere punire et condempnare seu absolvere potuisset, si in dicto regimine et offitio Capitaneie intrasset et fuisset in die kalendarum presentis mensis novembris: que quidem omnia et singula facere possit teneatur et debeat dictus dominus Defensor et Capitaneus ac si dictum suum regimen et offitium initiasset, ut predicatur, in die dictarum kalendarum presentis mensis novembris; non obstantibus alicuius temporis cursu seu aliquo statuto vel ordinamento in predictis quomodolibet contradicente.

Item, super aliis duabus provisionibus factis per Priores super destructione domorum, et super salariis Iudicum ex commissione fiendis.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Lotheringhus de Montespertoli iudex consuluit idem.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit omnibus numero lxxxij secundum propositiones * nolentes fuerunt *.

Eodem die.

¹ **In Consilio speciali** domini Defensoris et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum; excepta propositione de xxv libris expendendis ad voluntatem dominorum Priorum et Vexiliferi.

Presentibus testibus domino Iacobo de Ardincione milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Neri filius Bonfigluoli consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lv secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

[c. 29¹] Eodem die et testibus.

² **In Consilio generali et speciali** domini Defensoris proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant Sex de blado et eorum nuntii.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per A."

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A."

Dominus Iohannes Rustichelli iudex consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod electio Sex de blado fiat per quatuor bonos viros per sextum, eligendos per Priores.

Facto partito per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Iohannis.

Die viii^o mensis decembris. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "C".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie.

Primo videlicet, super electione officialium, per officium Priorum et Vexiliferi eligendorum, ad reinveniendum et recuperandum iura et terena et edificia et plateas Comunis Florentie, et ad alia facienda secundum formam provisionis per dominos Priores et Vexiliferum super hoc facte,¹ et scripte per ser Tancredum notarium eorum.

Item, super solutione facienda pro Comuni habentibus cavallatas, pro anno futuro initiando in kallendis mensis ianuarii proxime venturi, ad rationem xxx florenorum auri pro qualibet cavallata pro toto anno; quod salarium solvi debeat, pro medietate de mensibus iunii vel iulii, et pro alia medietate de mense decembris, proxime venturis: et super solutione facienda habentibus cavallatas predictas, quando equitabunt in servitio Comunis, ad rationem xxv soldorum cum tribus equis, et xx soldorum cum duobus equis, et xv^{em} soldorum cum uno equo, per diem, secundum provisionem Priorum et Vexiliferi, scriptam per dictum ser Tancredum.

²Item, super solutione militum et peditum, qui in servitio Comunis iverunt de mense octobris proxime preteriti ad civitatem Pistorii, secundum provisionem factam per Priores et Vexiliferum, scriptam per predictum ser Tancredum.

³Item, super solutione xviiij peditum de Montechucheri, facienda usque ad medium mensem decembris presentis, ad rationem soldorum iiiij pro quolibet eorum per diem.

Item, super solutione facienda ser Marcho Consilii et ser Bindo Cambii, in quantitate librarum xx, pro pace Pisanorum per eos scripta.

Item, super solutione facienda Lucchesio Bonaccursi custodi carcerum mullierum, usque ad kallendas ianuarii proxime venturi, in quantitate librarum x^{em}.

Item, super solutione facienda ser Tinaccio notario filio quondam Ranerii, usque ad kallendas decembris proxime preteritas, pro mora quam fecit ad terram Pietre Sancte, in quantitate librarum xxv florenorum parvorum.

Item, super solutione facienda ser Bertaldo Pandolfini de Singna, pro scripturis quas fecit in civitate Pistorii, in quantitate librarum v.

Item, Chiaruccio Ranerii nuntio, pro septem diebus quibus eques servivit dicto Comuni Pistorii, ad rationem soldorum viij per diem.

Item, ser Francisco olim ser Lapi et ser Lippo de Villamaugna libras xxij, pro exemplatura duorum Statutorum.

[c. 30^r.] ⁴Item, de solutione facienda Fino Dricte, pro assidibus, lignamine et ferramentis, librarum xj et soldorum xv florenorum parvorum.

¹ Il testo ha, per errore: "facta".

² Precedono in margine le sigle "a. n.", e sotto è scritto "Pro peditibus".

³ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai successivi "Item", sono le sigle "a. n."

⁴ Anche di fronte a questo e ai due successivi "Item", sono, nel margine interno, le sigle "a. n."

Item * Fino Dricte *,¹ pro xxvij onciis² et media uncia zendadi et medio quarto empto a Donato Guernerii, pro sex banderiis faciendis, libras xxj et soldos viij florenorum parvorum.

Item, Bindo del Mucca, pro cuscitura dictarum banderiarum, soldos l florenorum parvorum.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Dominus Loctheringhus de Montespertoli iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxiiij secundum propositiones; nolentes fuerunt x.

Eodem die et testibus.

³In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum. Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per dominum Capitaneum super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit * xxxviiiij *⁴ secundum propositiones; nolentes fuerunt xvij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dictum dominum Capitaneum.

Magister Ghuccius medicus consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Bencivenni medicus consuluit *⁵

Simon de Abruxiatis consuluit secundum dictum dicti magistri Ghuccii.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die xij^o mensis decembris. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "E".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus,⁶ presentibus Prioribus et Vexilifero, omnia infrascripta.

⁷Primo videlicet, de xxv libris expendendis de presenti mense decembris ad voluntatem Priorum et Vexiliferi Iustitie.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Rucchus Savini consuluit secundum propositionem predictam.

¹ "Donato Guernerii".

² Il testo ha "onci".

³ Nel margine interno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: "per A.".

⁴ * xl *.

⁵ Segue un verso bianco.

⁶ Qui si omette "infrascripta", ripetuto appresso.

⁷ Precedono nel margine le sigle "a. n.".

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxiiiij; nolentes fuerunt¹ ij.

[c. 30^o] Die xiiiij^o mensis decembris.

²In Consilio Capitudinum xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum electorum per officium dominorum Priorum Artium et Vexiliferi Iustitie,³ proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et ser Tancredi filio ser Cenni medici notario Priorum, et aliis.

Dante Rinaldi consuluit, quod electio futurorum Priorum fieri debeat, *hoc modo*: quod Priores et Vexilifer presentes eligant duos vel quatuor per sextum, quibus per omnes in dicto Consilio existentes dentur⁴ voces; et illi sex, silicet unus per sextum, qui plures voces habuerint sint Priores pro duobus mensibus venturis.

Dinus Pecora consuluit, quod quelibet Capitudo det unum per sextum in scriptis, et Sapientes cuiuslibet sextus dent unum per sextum, et postea fiat scrupinium more solito. Hoc addito, quod si aliquis daretur⁵ in scriptis qui non videretur Prioribus et Vexilifero esse sufficiens, possint ipsi Priores et Vexilifer⁶ remove, et alium sufficientem poni facere.

Vanni Ugholini consuluit, quod Capitudines cum Sapientibus cuiuslibet sextus eligant duos per sextum, et postea fiat scrupinium de eis.

Noffus Guidi consuluit, quod Priores et Vexilifer eligant duos, tres vel quatuor ex illis⁷ qui sunt in presenti Consilio, et cum eis eligant illos quibus voces dari debeant, ut sint Priores; et postea fiat scriptinium secundum dictum Dantis.

Ceffus de Becchinugiis consuluit secundum dictum Dantis: hoc addito et mutato⁸ quod illi qui nominabuntur, legantur⁹ in presenti Consilio; et quod scrupinio non intersint illi de illo sextu in quo electio fiet.

Dominus Iohannes Rustichelli iudex consuluit, quod Capitudines, cum hominibus sue Artis, eligant unum per sextum; et postea fiat scrupinium more solito.

Mannus Actaviani consuluit secundum dictum Dini Pecore, et quod partita fiant ad pissides et balloctas.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad sedendum et levandum, placuit maiori parti dicti Consilii secundum dictum Dantis suprascripti.

Eodem die et testibus.

In Consilio Capitudinum xij^o maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio Vexiliferi Iustitie fieri debeat.

¹ Il testo "fue", cioè non finito di scrivere.

² Di fronte, nel margine interno: "per A."

³ Il testo ha "Iustie".

⁴ Il testo ha "dent".

⁵ Il testo, per error di penna, ha "deretur".

⁶ Il testo ha "per ipsos Priores et Vexiliferum".

⁷ Il testo: "illi".

⁸ Invece di *mutato* il testo ha "muta", perchè pare che il notaro non finisse di scrivere la parola.

⁹ Il testo: "legatur".

Lapus Tramontani consuluit, quod Priores et Vexilifer eligant sex bonos viros de sextu Ultrarni, et postea fiat scrupinium; et qui plures voces habuerit sit Vexilifer. Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Lapi.

[c. 31^r.] Die xxvii^j mensis decembris.

¹In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{ci^m} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero: Si videtur et placet dicto Consilio suspendere represalias a kallendis ianuarii proxime venturis usque ad alias kallendas ianuarii tunc proxime subsequentes; ² eo modo et forma quo et qua suspense fuerunt in anno et pro anno presenti, finiendo in dictis proximis kallendis ianuarii: excepto et sublato eo quod dicitur ibi in dicta suspensione contra Comune et homines civitatis Pissarum.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii domini Potestatis, sex nuntii domini Capitanei, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Benci Amati consuluit, quod represalie sint suspense secundum propositionem: hoc addito, quod Priores et Vexilifer possint providere super represalia concessa Lucchesio Bonaccursi et sociis de ipsa represalia suspendenda et non suspendenda, secundum quod eis videbitur. Item, quod dicti nuntii eligantur per sextum.

Macza de Amiratis consuluit secundum propositionem: salvo quod dicta represalia dicti Lucchesii non suspendatur.

Dominus Iohannes Rustichelli consuluit secundum propositionem: salvo quod dicte represalie non suspendantur Comunibus contra que concesse essent occasione rubarie et etiam represalie concedende.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Benci.

Eodem die et testibus.

³In Consilio speciali et Capitudinum ^{ci^m} xij maiorum Artium et aliorum Sapientum, electorum per Priores et Vexiliferum, proposuit dominus Capitaneus de parlamento suspendendo.

Ser Torna de Remolo consuluit, quod parlamentum suspendatur.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

[c. 31^t.] Die penultimo mensis decembris. * Signati per "f" * Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "E".

⁴In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexilifero.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B. "

² Il testo: "subsequentas".

³ Di fronte, nel margine interno: "per A. "

⁴ Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B. "

Primo videlicet, super eo quod obmissa per dominum Capitaneum eiusque familiam de mense novembris preteriti et decembris presentis, vel per offitium Priorum et Vexiliferi, prorogentur in futurum mensem ianuarii.

¹ Item, super eo quod de pecunia Comunis solvatur domino Andree militi Potestatis, pro xv diebus mensis octobris proxime preteriti, quibus fuit et stetit in servitium dicti Comunis, in cavalcata pro Comuni facta ad civitatem Pistorii, pro suo salario et remuneratione, secundum formam statuti domini Capitanei, ad rationem librarum trium florenorum parvorum per diem; in summa, libre xlv florenorum parvorum.

Item, super eo quod solvatur Papero filio Guccii et Tuccio Baldi berroariis dominorum Priorum et Vexiliferi, pro eorum salario xxvj dierum finitorum die quartodecimo presentis mensis decembris, quibus, ut asserunt, de mensibus novembris preteriti et decembris presentis, serviverunt dicto Comuni et Offitio predicto, nulla exinde solutione habita a Comuni; ad rationem librarum v florenorum parvorum per mensem et ad rationem mensis.

Item, xxij berroariis dominorum Priorum et Vexiliferi, pro eorum salario duorum mensium inceptorum die xv presentis mensis decembris, ad rationem librarum v florenorum parvorum per mensem pro quolibet eorum; in summa, libre ducentum *xx*² florenorum parvorum.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Filippus Orlandini consuluit secundum propositiones, salvo de salario domini Andree militis Potestatis.

Ser Lapus de Mugnone notarius consuluit secundum dictum dicti Niti.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit xliij super solutione facienda domino Andree³ militi Potestatis; nolentes fuerunt xxviii.

Item, super aliis omnibus, placuit lxxj secundum propositiones; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus. Signati per "d" non interfuerunt Consilio.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposita fuerunt predicta *que firmata fuerunt*⁴ in Consilio Centum.

Neri filius Bonfigluoli consuluit secundum propositiones predictas.

Dinus Pecora consuluit idem.

[c. 32^r.] Factis partitis super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

Die eodem et testibus.

⁵ In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

¹ A questo e ai due successivi "Item" precedono nel margine le sigle "a. n."

² *decem*.

³ Il testo: "Andrea".

⁴ *hodie firmata*.

⁵ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B."

Loctus Berci consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Cenni medicus consuluit idem.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die vij̄ mensis ianuarii.

In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie ¹

[c. 32^v] ²Ser Bene de Vaglia consuluit secundum propositiones predictas: hoc addito, quod Iudices, notarii et procuratores de Podioboniczi, qui de cetero venient ad dicta officia vel ministeria, teneantur facere que tenentur alii comitatus Florentie.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas, salvo quod officiales libre non possint durare ultra duos menses.

D. Loctheringhus de Montespertoli consuluit, quod articulus loquens de exbannitis Communis Florentie, non tractandis pro exbannitis in terra et curia de Podio Boniczi, non habeat locum. Item, de facto Paliacze et Burelle, consuluit quod non procedatur. Item, quod ³Iudices et notarii et procuratores de Podioboniczi habeant immunitatem contentam in propositione, solummodo usque ad kallendas ianuarii proxime venturas. In aliis omnibus consuluit secundum propositiones predictas.

Carruccius del Verre consuluit secundum propositiones predictas; salvo quod Officiales qui hactenus fuerunt super facto librarum non possint ad hoc poni.

Ser Rustichellus Bernardi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per Capitaneum, placuit lxxvj secundum propositionem, super facto de Podioboniczi; illi vero qui voluerunt contrarium, seu quod procedatur secundum dictum Sapientum qui contradixerunt, fuerunt vij.

Item, super facto Paliacze et Burelle, placuit lxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt viiiij.

Item, super facto Officialium librarum, placuit lxxviii secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{cim}xiiiij.

Item, super omnibus aliis propositionibus, placuit lxxxij secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Presentibus testibus d. Iacobino Ferrapecorra iudice Capitanei et Leone Poggi preconone.

[c. 33^r] Die viij̄ mensis ianuarii.

In Consilio speciali et Capitudinum proposuit d. Capitaneus predicta, die vij̄ eiusdem mensis deliberata in Consilio C virorum.

Presentibus testibus d. Iacobino Ferrapecorra iudice Capitanei et Leone Poggi preconone, et aliis.

¹ Spazio bianco per tutto il resto della facciata.

² Segue lo spazio bianco, per altre 6 o 7 righe.

³ Qui si omette la parola "immunitas", che il notaro scrisse volendo dare (come sembra) alla proposizione un giro diverso da quello che poi le diede.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit secundum propositiones predictas.
Placuit lviii^{em} secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt viii^{em}.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali d. Defensoris et Capitulum proposita fuerunt predicta.
Ser Rustichus Letaminis notarius consuluit secundum propositiones predictas.
Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Eodem die et testibus.

¹In Consilio Capitulum^{em} xij maiorum Artium proposuit Capitaneus: Si videtur Consilio quod usque in centum decem soldatorum possint conduci et haberi ad stipendia dicti Comunis, cum illis constabilibus, pactis, soldis et tempore quod Prioribus et Vexilifero videbitur.

Ser Torna de Remulo consuluit secundum propositionem predictam, * vel usque in * t.
Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam, et secundum dictum predicti Sapientis.²

[c. 33^o] Die xv^o mensis ianuarii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "G" et in cedula.

³In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie.

⁴Primovide licet, super solutione facienda infrascriptis personis: videlicet, domino Giachomino de Paczis et Guidoni Benzio de Adimaribus castellanis castri Laterine, et centum eorum peditibus, ad rationem librarum xij florenorum parvorum pro quolibet castellano et duorum florenorum auri pro quolibet pedite, per mensem.

Item, Neri Pepis castellano castri Montecchi et decem suis peditibus, ad rationem librarum x florenorum parvorum pro ipso castellano per mensem, et duorum florenorum auri pro quolibet pedite per mensem.

Item, Spine de Uccellinis⁵ castellano castri de Caposelve et quatuor suis peditibus.

Item, Coppo Filippi castellano castri Montisluchi de la Bernardingha et quatuor suis peditibus.

Item, Dino Michaelis castellano castri Pietre Sancte et sex suis peditibus, ad rationem librarum sex florenorum parvorum pro quolibet dictorum castellanorum per mensem, et librarum trium florenorum parvorum pro quolibet dictorum peditum per mensem et ad rationem mensis; pro sex mensibus initiandis die qua ipsi castellani iter arriperint ad eundem ad custodiam dictorum castrorum: dummodo eisdem fiat solutio ad presens solummodo pro tribus mensibus, et in fine dictorum trium mensium fiat eis solutio aliorum trium ultimarum mensium.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B.", già "per A.", cancellato.

² Segue, in fin di pagina, uno spazio bianco, capace di almeno 8 righe.

³ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

⁴ A questo e a tutti gli altri paragrafi di questo Consiglio precedono nel margine le sigle "a. n."

⁵ Il testo: "Uccellinis".

Item, Puccio olim domini Michaelis de Arrictio consistabili lviiiij^{em} militum, persona sua in dicto numero non computata, ad rationem xxv florinorum auri pro sua persona et octo florenorum auri et tertii floreni pro quolibet dictorum equitum per mensem; pro tempore sex mensium initiatorum in kallendis ianuarii proxime preteritis: dummodo sibi fiat solutio ad presens pro duobus primis mensibus, et sic de cetero sibi solvatur in principio quorumlibet duorum mensium.

Item, dicto Puccio, pro se et lviiij^o equitibus, pro septem diebus ultimis mensis decembris proxime preteriti, quibus serviverunt sine solutione habita, ad eandem rationem.

[c. 34^r.] Item, Stefano de Bibiena consistabili xxxviiiij^{em} militum, persona sua in dicto numero non computata, ad rationem predictam, et pro predicto tempore sex mensium.

Item, predicto Stefano, pro se et xliij^o militibus, sua persona in dicto numero non computata, pro xxiiij^o diebus ultimis mensis decembris proxime preteriti, ad eandem rationem.

Item, Scolaino de Prato consistabili xviiiij^{em} equitum, non computata persona sua in dicto numero, ad rationem xiiij^{em} florinorum auri pro sua persona per mensem, et quinque florenorum auri et dimidium pro quolibet dictorum equitum per mensem et ad rationem mensis; a die dominicha decimoseptimo presentis mensis ianuarii usque ad kallendas iulii proxime venturi.

Item, petitionem Bonaccursi Villanuczi et Paccini Struffaldi massariorum Camere.

Item, petitionem nuntiorum dominorum Priorum et Vexiliferi Iustitie, de solutione eis facienda pro duobus mensibus, initiatis in medio mensis decembris proxime preteriti; ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem. Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito per dominum Capitaneum super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxviiiij secundum propositiones; nolentes fuerunt iiij.

Eodem die et testibus. Signati per “f” speciali, et per “B” Capitudinum, *non interfuerunt Consilio.*

¹ In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum xij^{em} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie.

Ghinus Davancki consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositiones; nolentes fuerunt iiij.

[c. 34^v.] Eodem die et testibus. Signati per “f” *non interfuerunt Consilio.*

² In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{em} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Macza de Amiratis consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Di fronte, nel margine interno: “per B.”.

² Di fronte, nel margine esterno: “per B.”.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

[c. 35] Die xv ianuarii.

Provisum obtentum et firmatum fuit, quod infrascripta petictio, per infrascriptos Massarios Camere super infrascriptis porrecta et facta, totaliter sit admissa,¹ et in ea procedatur observetur et fiat, in omnibus et per omnia, secundum quod in ea plenius continetur. Cuius petitionis tenor talis est.

Coram vobis, dominis Prioribus et Vexilifero Iustitie, exponunt Bonaccursus Uguiccionis Villanuizi et Paccinus Struffaldi, massarii Camere et sindici Comunis Florentie: Quod, veniente die sabati xviii^o intrante mense decembris proxime preterito, de nocte, fracta et defirmata fuit dicta Camera Masserie per familiam et berroarios vestros; et quod ipsi berroarii et alii cum eis acceperunt, et etiam ipsi Massarii de vestro precepto dederunt eis et multis aliis hominibus, multas secures et raffios cum astis, et unam segam et canapes et saulas, causa eundi et trahendi ad ingnem tunc accensum in populo Sancti Petri Maioris prope ipsam ecclesiam: de quibus rebus sic datis amisse et perditæ sunt et non representate eisdem xxvij^m secures et unus canapis et una saula et una sega, et xvj raffii ponderis librarum xl vel circa, et xvj aste. Quare petunt et supplicant quatenus, cum predicta facta fuerint de mandato ipsorum dominorum Priorum et Vexiliferi, provideri ordinari et firmari debeat, per Consilia opportuna solempniter, quod iamdicti Massarii, predictorum occasione, in aliquo non teneantur, et quod propterea non possint nec debeant modo aliquo seu iure gravari sindicari seu molestari in personis vel rebus, statuto aliquo non obstante.

[c. 34^o] Eodem die et testibus.

²In Consilio Capitulum^{um} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quid videtur dicto Consilio providere super licteris Comunis Bononie, missis occasione represaliarum.

Massarius Raffacani consuluit, quod Piores et Vexilifer eligant arbitros secundum dictarum licterarum continentiam et tenorem.

Die xxvj ianuarii.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitulum^{um} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio Sex de blado fieri debeat, et eorum sex nuntiorum, pro mensibus february et martii.

Benci Amati consuluit, quod Piores eligant duos per sextum, per quos dicta electio fiat. Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Benci.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite Capitanei et Leone Pogi eius precone.

¹ Il testo ha "amissa".

² Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per A."

Die xxviii^o mensis ianuarii.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum^{cim} xij maiorum Artium et Centum virorum, et aliorum Sapientum per dominos Priores et Vexiliferum electorum, proposuit dominus Capitaneus: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Communis Lucani, in ipso Consilio exposita per ipsos ambaxiatores. Ser Gianni Siminecti consuluit^{†1}

[c. 36^r.] Die quinto mensis februarii. Alibi notatum in quaterno bambacis signato per "G".

* Signati per G * †

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexilifero.

Primo videlicet, de xxv^o libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexiliferi, de summa librarum centum que expendi possunt de presenti mense februarii.

Item, de obmissis de mense ianuarii proxime preteriti per Potestatem, Capitaneum eorumque familias, et Priores³ Artium et Vexiliferum Iustitie, prorogandis in presentem mensem februarii; et habeantur ac si facta⁴ essent de dicto mense ianuarii.

⁵Item, de solutione et restitutione facienda per Camerarios illis qui fecerunt prestantiam florenorum auri, tempore domini Ugholini Rubei olim potestatis Florentie.

Item, super solutione librarum quadraginta unius, soldorum duodecim et denariorum trium florenorum parvorum, facienda Cambio Pellagalli superstiti operis Palleacze, per eum expendendarum in dicto opere et eius occasione.

Item, super solutione facienda Cerre albergatori, pro mansione quam fecit in suo hospitio dominus Pinus de Vernacciis et sua familia, in quantitate librarum viginti quatuor florenorum parvorum.

Item, de solutione cavallatarum inpositarum in anno preterito, ad rationem quadraginta florenorum auri pro qualibet cavallata, pro anno incepto in kallendis ianuarii sub annis Domini millesimo cc lxxxij; salvo quod illis qui consignaverunt equos post dictas kallendas mensis ianuarii solvatur pro rata: et idem intelligatur de illis quibus mortui essent equi infra annum.

Item, petitionem ser Lotheringhi Anselmini et ser Berlingherii Bernardi Doradini, officialium⁶ ad exigendum gabellam mollindinorum et gualcherarum civitatis et comitatus Florentie; de solutione eis facienda pro duobus mensibus, initiatis die xxii^o mensis ianuarii proxime preteriti, ad rationem soldorum quadraginta florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem.

Item, ser Lotheringho Anselmini et ser Becto quondam Bencivenni Rossi, officialibus ad exigendam gabellam mollindinorum et gualcherarum civitatis et comitatus Flo-

¹ Il resto della pagina, per altre quattro o cinque righe, è bianco.

² Di fronte, nel margine interno: "per B."

³ Il testo ha "Prioribus".

⁴ Il testo ha, per evidente errore, "suspensa".

⁵ A questo e a tutti gli altri "Item" che seguono precedono nel margine le sigle "a. n."

⁶ Il testo ha "officialibus".

rentie, pro duobus mensibus initiatis die xx^o mensis ianuarii proxime preteriti; ad rationem soldorum xl^o florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem.

Bindus Neri Ambroxii consuluit secundum propositiones predictas.

Manectus Tiniozzi consuluit idem.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxv, super solutione cavallatarum et super restitutione prestantie florenorum auri, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt vj.

Item placuit lxxx super aliis omnibus, secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Leone Pogi eius precone, et aliis.

[c. 36^o] Die quinto mensis februarii et testibus.¹ Signati per "G" *speciali*, et per "d" Capitulum, *non interfuerunt Consilio*.

²In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitulum^o xij^o maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum; salvo de xxv^o libris.

Dominus Guido Ugholini consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xl^o secundum propositiones; nolentes fuerunt xv^o.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitulum^o xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Locthus Berti consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Berti.

Eodem die * et testibus *. Alibi notatum est.

In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod Potestates et Rectores concedantur infrascriptis terris comitatus Florentie, et quomodo eligi debeant, videlicet * Comuni³ Montismurli, item Comuni⁴ de Ancisa, item Comuni Montischuccholi, item Comuni Fighini, item Comuni et hominibus⁵ et universitati Sancti Laurentii⁶ de Grignano plebatus Panczani, item Comuni Montis

¹ Così il testo, invece di *Eodem die et testibus*.

² Nel margine esterno, di fronte a questo e a' due Consigli che seguono: "per B."

³ * *Comunis* *.

⁴ Qui ed appresso è sempre "Comunis" invece di Comuni, perchè il notaro non continuò a correggere come aveva cominciato.

⁵ Il testo: "hominum", qui ed appresso.

⁶ Il testo: "Larentii".

Lupi,¹ item Comuni et hominibus et universitati de Cascia, item Comuni et hominibus populorum Sancti Andree castri de Empoli et Sancte Marie et Sancti Laurentii de Empoli vetus, item Populo² Sancti Thome de Monte Grossoli filiorum Rodulfi plebatus de Spaltena.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Picchio Guidi nuntio Priorum et Vexiliferi.

Noffus Guidi consuluit, quod Potestates concedantur dictis terris hoc modo videlicet, quod Consiliarii cuiuslibet sextus cum Priore sui sextus eligant unum pro qualibet terra, et postea fiat scriptinium.

Girolamus Salvi consuluit †

Dominus Maffeus Tedaldi consuluit, quod sorte derimatur pro quibus sextibus fieri debeat electio, et postea per Consiliarios illorum³ sextuum et Priores⁴ eligantur duo pro qualibet terra cuius electio fieri⁵ debebit; et postea fiat scriptinium in toto dicto Consilio.

[c. 37^r.] Nerus Cambii consuluit secundum dictum dicti Noffi: hoc addito, quod pro qualibet terra eligantur * duo *.⁶

Massarius Raffacani consuluit, quod electio predictorum fiat ad pissides et balloctas.

Factis partitis per dominum Capitaneum super predictis, placuit omnibus quod concedantur; * et quod *.

Item placuit quasi omnibus, quod eligantur ad scriptinium, secundum dictum Neri Cambii. Item pl †

Eodem die.

⁷Electi fuerunt predicti Potestates, secundum quod notatum est in quodam folio.

Die xij^o mensis februarii.

⁸In Consilio Capitudinum xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum, per officium dominorum Priorum et Vexiliferum electorum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat.

Presentibus testibus domino Francisco de Ferro milite domini Capitanei et ser Bono Gianni de Ungnano notario Priorum et Vexiliferi, et aliis.

Manectus Tinioczi consuluit quod *quelibet Capitudo*⁹ xij^o maiorum Artium det in scriptis unum per sextum, et Sapientes cuiuslibet sextus dent tres per sextum in scriptis; et postea fiat¹⁰ scriptinium in absentia illorum qui sunt de sextu in quo fiet electio.

Borghus Rinaldi consuluit, quod Capitudines et Sapientes sextus Ultrarni eligant sex bonos viros de sextu Burgi, et illi de sextu Sancti Petri Scradii eligant sex de sextu

¹ * Luchi *.

² Il testo: "populi".

³ Così pare debba leggersi, invece di *illius* anzi "illus", come ha il testo.

⁴ Il testo ha, per errore, "Priorum".

⁵ Il testo ha "electionem facere".

⁶ * tres *.

⁷ Di fronte, nel margine interno: "per B.".

⁸ Di fronte, nel margine interno: "per A.".

⁹ * Capitudines *.

¹⁰ Il testo ha "fia".

Porte Sancti Petri, et illi de sextu Porte Domus eligant sex de sextu Sancti Pancratii; et e converso: et postea fiat scriptinium ut dictum est.

Pela Gualduccii consuluit, quod Capitadines cuiuslibet sextus eligant tres de suo sextu, et Sapientes cuiuslibet sextus eligant tres de suo sextu; et postea fiat scriptinium ut dictum est.

Dante Rinaldi consuluit, quod Capitadines cum Sapientibus sue Artis nominent duos per sextum de suis Artibus; et postea fiat scriptinium ut dictum est.

Cione del Rosso consuluit, quod Capitadines sextuum Sancti Petri Scradii, Porte Sancti Petri et Sancti Pancratii eligant sex in sextibus Ultrarni, Burgi et Porte Domus; et e converso: et postea fiat scriptinium.

[c. 37¹] Noffus Guidi consuluit, quod Capitadines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant duodecim per sextum, et postea fiat scriptinium; et in ipso scriptinio vadant omnes sextus.

Ser Arrighus Gratie consuluit secundum dictum Noffi, salvo quod sint solummodo sex nominati; et quod in scriptinio non sit ille sextus de quo fiet electio.

Dinus Compangni consuluit secundum dictum Borghi Rinaldi, salvo quod Priores et Vexilifer possint providere qualis sextus debeat eligere in alio sextu.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Manecti.

Eodem die et testibus.

¹In Consilio Capitadinum ^{cin}xij maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio Vexiliferi Iustitie fieri debeat.

Dominus Palmerius Altoviti consuluit, quod Priores et Vexilifer eligant unum ex qualibet Capitadine, et postea eligant sex in sextu Sancti Pancratii.

Dominus Donatus Alberti consuluit, quod Capitadines cuiuslibet sextus, cum Sapientibus sui sextus, eligant unum in dicto sextu Sancti Pancratii.

Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Donati.

Die xxiiij februarii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "C".

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero, omnia infrascripta.

³Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum, de summa librarum centum que expendi possunt de presenti mense februarii.

Item, de obmissis per Potestatem, Capitaneum eorumque familias, Priores Artium et Vexiliferum Iustitie, de presenti mense februarii, prorogandis in futurum mensem martii.

Item, quod ser Bernardus Gherrus notarius de Parma, quem dominus Capitaneus intendit et vult habere et tenere in offitio dicti Comunis suis expensis et salario, possit poni et deputari per dominum Capitaneum ad offitium et officia que idem dominus Capi-

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per A."

² Di fronte, nel margine esterno: "per B."

³ Precedono nel margine le sigle "a. n."

taneus voluerit, durante suo regimine; et valeat quicquid dictus notarius scripserit in dictis officiis.

[c. 38^r.] ¹Item, de solutione facienda ^{bus}xxij berroariis dominorum Priorum et Vexiliferi, pro tribus mensibus iniciatis in medio mensis februaryi presentis, ad rationem soldorum centum florenorum parvorum pro quolibet eorum, per mensem.

Presentibus testibus domino Francisco de Ferro milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit omnibus, numero lxxj, secundum propositiones predictas * nolentes fuerunt*.

Eodem die et testibus.

²In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexilifero, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum; excepto de xxv libris.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per dominum Capitaneum super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lviii secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii Potestatis, sex nuntii Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris librarum et condempnationum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici.

Benci Amati consuluit secundum propositiones. Item, quod electio dictorum nuntiorum fieri debeat per sextus.

Ser Donosdeus Dati notarius consuluit [†]

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Eodem die.

³In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum, electorum per dominos Priores et Vexiliferum Iustitie, proposuit dominus Capitaneus de parlamento suspendendo tempore presentium Priorum.

Benci Amati consuluit, quod suspendatur.

Facto partito, placuit omnibus secundum dictum dicti Benci.

¹ Precedono in margine le sigle "a. n."

² Nel margine interno, di fronte a questo e al seguente Consiglio: "per B."

³ Di fronte, nel margine interno: "per A."

[c. 38^r] Eodem die et testibus.

¹In Consilio Capitulum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Si videtur eisdem quod usque in numerum quadraginta stipendiariorum[†] Borghus Rinaldi consuluit, quod predicta remaneant in officio dictorum dominorum Priorum et Vexiliferi; et quod conducantur. Placuit omnibus secundum dictum dicti Borghi.

Quaderno V, cm. 30 × 22. Carte 50-68, delle quali le tre ultime sono bianche.

1292, 5 gennaio — 1293, 26 febbraio.

[c. 50^r] In Dei nomine, amen. Anno sue salutifere Incarnationis Millesimo ccc lxxxij, indictione vj. Liber continens ea que in Consilio generali Comunis Florentie proposita et firmata fuerunt, sub brevibus verbis notata et scripta. Tempore regiminis nobilis viri d. Tebaldi de Bruxatis de Briscia honorabilis potestatis Florentie.

Die v̄ mensis ianuarii. Alibi notatum est in quodam folio bambacino.

In Consilio generali Comunis Florentie proposuit dictus dominus Potestas: Quid videtur Consilio providere super bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus super modo pecunie habende in Comuni, secundum quod firmatum fuit die iij̄ mensis ianuarii in Consilio C virorum.

Item, super solutione facienda ser Symoni Bonchristiani, pro se et procuratorio nomine pro Micto, in quantitate xliij̄ librarum florenorum parvorum, pro exemplatura duorum Statutorum Comunis, sicut die iij̄ mensis ianuarii firmatum fuit per predictum Consilium C virorum.

Item, super solutione facienda v̄j̄ nuntiis Potestatis preteriti et v̄j̄ nuntiis domini Capitanei et duobus nuntiis preteriti Iudicis appellationum et Sindici, qui serviverunt de preteritis mensibus novembris et decembris; secundum quod dicta die firmatum fuit per Consilium C virorum.

²Item, super suspensione represaliarum facienda usque ad kallendas ianuarii proxime venturas, secundum modum firmatum in Consilio generali d. Capitanei facto die ultimo decembris.

Presentibus testibus d. Benvenuto de Frontis assessore collateralis Potestatis et Guidone Albarolli nuntio Pallatii, et aliis.

Dominus Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis per d. Potestatem particulariter.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per A."

² Precedono in margine le sigle "a. n."

Die vj̄ mensis ianuarii.

Per dominum Potestatem et dominum Capitaneum et Priores Artium, et alios Sapientes ad hoc electos auctoritate et bailia predicta, provisum et firmatum fuit,¹ quod quedam libra pro Comuni in civitate et comitatu imponatur ad rationem soldorum quinquaginta pro centonario, pro expensis Communis forniendis.

Presentibus testibus d. Alberto Taverna * iudice Capitanei *² et ser Chello Berti Baldovini notario Priorum.

Die viij̄ mensis ianuarii.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas: Si videtur Consilio quod per Priores possit eligi et dari unus notarius in coadiutorem Notario Reformationum, quem voluerint, secundum quod firmatum est per Consilium C virorum die v̄ mensis ianuarii.

Lapus Rinuccini consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem.

[c. 50⁴] Die viiiij̄ mensis ianuarii.

In Consilio generali Communis proposuit Spina Falchonis camerarius Communis Florentie³ infrascripta.

Primo, ea que die v̄ mensis ianuarii presentis deliberata fuerunt in Consilio C virorum super solutione ij̄ xliij̄ florenorum auri, solvendorum d. Gentili de filiis Ursi, pro salario sui subcapitanei mensis iulii preteriti.

Item, super hiis que die xxiiij̄ mensis decembris deliberata fuerunt in Consilio C virorum super expensis ij̄ xxj̄ librarum, pro porticu et aliis, factis ad Pallatium Capitanei.

Item, super emendatione equi Naccii de Sancto Miniato, in quantitate xxv florenorum auri.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ij̄ xv, nolentes lv̄.

Presentibus testibus Tura del Grillo preconone Communis et Ricovero nuntio Pallatii.

Die x̄ mensis ianuarii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas ea que hodie firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et domini Capitanei, super bailia danda Potestati, Capitaneo et Prioribus presentibus, una cum sapientibus viris quos et quot ad hoc habere voluerint, in hiis et de hiis que in ipsis Consiliis continentur.

Presentibus testibus d. Benvenuto assessore Potestatis et Tura del Grillo preconone dicti Communis, et aliis.

¹ Il testo ha, per errore di costruzione, "providerunt et firmaverunt".

² * milite Potestatis *.

³ Qui si omette "proposuit" ripetuto e non cancellato.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum propositionem predictam.

D. Bindus de Cavalcantibus consuluit idem.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam, facto partito ad sedendum et levandum.

Die xv^o mensis ianuarii. Alibi notatum est iuxta ipsa ordinamenta.

In Consilio LXXXX^a aprobata fuerunt ordinamenta Potestatis per duas partes et ultra.

Placuit lxx^a super ordinamentis loquentibus de magnatibus, nolentes fuerunt xxvij.

Item, super armis offensibilibus non portandis per comictatum, placuit lxxxvj; nolentes fuerunt xj.

Item, postremo, super omnibus ordinamentis placuit lxxxvj; nolentes fuerunt j.

Presentibus testibus Tura del Grillo precone et Ricovero Bencivenni.

Die xvij^o mensis ianuarii.

In Consilio Capitudinum xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, lecta fuerunt Ordinamenta * Iustitie nuper edita *;¹ et proposuit d. Potestas, presentibus Capitaneo et Prioribus: Quid videtur Consilio in hiis providere et firmare.

Presentibus testibus magistro Clarito medico, d. * Doscio *² del Burgo et ser Chello Baldovini notario Priorum.

D. Lapus Saltarelli consuluit, quod secundum quod scripta sunt firma sint ipsa Ordinamenta; et quod interim possit provideri et ipsis Ordinamentis addi, secundum quod Potestati, Capitaneo et Prioribus videbitur et Sapientibus quos habere voluerint.

Placuit omnibus secundum dictum d. Lapi predicti.

Die xxv^o mensis ianuarii.

In Consilio iuravit ser Iacobinus Civete de Bononia notarius Potestatis.

Presentibus d. Benvenuto assessore Potestatis et Tura del Grillo precone.

[c. 51^r.] Die xxvj^o mensis ianuarii. Alibi notatum est in quaterno Camere et in quadam carta pecudina.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas ea que die xxiii^o mensis presentis in Consilio C et die * xxv^o *³ mensis eiusdem in Consilio generali proposita fuerunt.

Item, ea que die xxvj mensis ianuarii in Consilio C virorum deliberata sunt.

⁴Item, de expensis lx librarum faciendis in porticu facto apud Pallatium Capitanei, secundum quod die vj^o mensis decembris firmatum fuit in Consilio C virorum.

Item, si videtur Consilio quod d. Loctus de Alleis, electus capitaneus terre Sancti Mi-

¹ * edita super * †

² * Dogio *.

³ * xxvj *.

⁴ Precedono in margine le sigle "a. n."

niatis acceptare possit ipsam Capitaneriam, pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis februarii venturi.

¹ Item constitutus fuit syndicus ad predictum negotium pecunie Senarum recipiende. Presentibus testibus d. Benvenuto de Frontis assessore Potestatis et Tura del Grillo precone Communis.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter.

Die xxvij^o mensis ianuarii.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas ea que die xxvij^o dicti mensis ianuarii firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in Consiliis domini Capitanei. Presentibus testibus domino Benvenuto assessore Potestatis et Tura del Grillo eius precone, et aliis.

Item, de eligendis centum hominibus per sextum, causa trahendi ad extinguendum ignem, secundum formam statuti: silicet quomodo eligi debeant.

Dominus Bardus Angiolerii iudex surexit et arengando consuluit secundum propositionem predictam. Item, quod dicti pedites eligantur² per illos quos Priores ad hoc voverint deputare.

Dominus Corsus de Donatis consuluit, quod electio futuri Capitanei fiat secundum formam statuti domini Capitanei et Communis Florentie.

Ser Rustichellus Bernardi notarius consuluit secundum propositionem factam de electione futuri Capitanei facienda. Item, quod Priores eligant³ xij per sextum, qui eligant dictos pedites.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum dictum suprascripti ser Rustichelli. Factis partitis particulariter super predictis per dominum Potestatem ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die dominico primo mensis februarii. = 1293

Die secundo mensis februarii. Alibi notatum est in quadam cedula, et etiam alibi in quadam carta.

In Consilio generali Communis constitutus fuit syndicus ad denunciandum electionem Capitanerie d. Conrado de Sorecina, electo capitaneo pro sex mensibus futuris, initiandis in kallendis maii proxime preteritis; et si expedierit, aliis post eum electis.

³ Item constitutus fuit syndicus ad recipiendum libras x florenorum parvorum,⁴ relictas Comuni in testamento, et ad faciendum finem pro ipsa quantitate.

Presentibus testibus d. Benvenuto assessore Potestatis et Tura del Grillo precone Communis, et aliis.

¹ Precedono in margine le sigle "a. n."

² Il testo ha "eligant".

³ Precedono in margine le sigle "a. n."

⁴ Qui è un "a q" cancellato. Pare avesse cominciato a scrivere a quodam.

[c. 51⁴] Die iiij^o mensis februarii.

In Consilio generali Communis proposuit Lippus Falchi Cambii, camerarius Communis Florentie, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod usque in quantitatem librarum iiij^o florenorum parvorum possint expendi in armis tenendis et habendis apud Vexilliferum Iusticie, secundum formam Ordinamentorum Iusticie.

Item, quod salarium Vexiliferi Iusticie sit secundum formam Ordinamentorum Iusticie. Que omnia deliberata fuerunt die xx^o mensis ianuarii.

Presentibus testibus Tura del Grillo precone Communis et Ricovero Bencivenni nuntio Pallatii.

Ser Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit ij^o lv^o secundum propositiones; nolentes fuerunt liij. ~

Die vij^o mensis februarii. Alibi notatum est in quaterno banbaxis signato per "B".

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas omnia que *heri*¹ firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in Consiliis domini Capitanei die vj^o mensis februarii presentis.

Presentibus domino Benvenuto iudice et collateralis assessore dicti domini Potestatis et Tura del Grillo precone Communis, et aliis.

Dominus Baldus Angiolerii iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Bardi.

²Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere, secundum modum consuetum.

Item, dicta die, concesse sunt represalie d. Ugholino de Coldaria, Ghino Carniani et Fuole de Monterinaldi; secundum quod notatum est in duabus cedulis.

Die xviiiij^o mensis februarii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas: Si videtur Consilio quod ipse possit tenere in sua familia ser Antonium notarium de Brixia, et ipsum deputare ad officium et officia quod et que sibi placuerit; et quod valeat et teneat quod per ipsum notarium factum fuerit ac si factum esset per unum ex notariis.

Lapus Rinuccini consuluit secundum propositionem.

Placuit omnibus secundum propositionem predictam.

Presentibus testibus d. Benvenuto assessore Potestatis et Tura del Grillo precone Communis, et aliis.

*Item, in eodem Consilio, commisse fuerunt imbreviature olim ser Iacobini de Rebata notarii et ser Ughonis notarii eius filii, mortuorum, ser Bonaiuto *olim* Orlandini del Monte notario, secundum formam petitionis*.

¹ Il testo: *eri*.

² Precedono in margine le sigle "a. n."

Item, ser Bruno notario filio olim ser Campane notarii de Ancisa, imbreiaturas olim dicti ser Campane patris sui.

Die **xx** mensis februarii. * Alibi notatum est in quaterno banbacino signato per "F" *¹

Presentibus testibus Tura del Grillo preconis Comunis et Lapo Guidonis preconis, et aliis. In Consilio generali Comunis proposuit Ugholinus del Zampa camerarius Comunis Florentie,² de expensis v militum habendorum pro tallia et vj peditum et balistariorum et Capitanei tallie, faciendis usque ad kallendas ianuarii proxime venturas, ad rationem quantitatis contente in ordinamentis super hoc factis de mense novembris.

D. Bardus Angiolerii consuluit secundum propositionem predictam.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit idem.

Placuit ij xlviii secundum propositionem, nolentes fuerunt lxxiiiij.

[c. 52^r.] Die ultimo mensis februarii.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Benvenutus iudex et collateralis assessor domini Potestatis, presentibus Prioribus, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xxvj mensis februarii, et in aliis Consiliis domini Capitanei, factis die penultimo dicti mensis februarii.

Presentibus testibus Chino quondam Falchi preconis Comunis et Symone³ Volontieri nuntio Pallatii, et aliis.

Ser Carradore Giraldi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Carradoris.

Die dominico primo mensis martii.

Die viiiij mensis martii. Alibi notata est in quadam cedula electio Potestatis.

In Consilio generali Comunis et Capitulum⁴ maiorum Artium proposuit d. Albicus Corbinelli de numero Priorum, voluntate et in presentia sociorum suorum et Vexilliferi: Quomodo eligantur * xiiiij *⁴ boni viri, electores cum Prioribus, Potestatis futuri, eligendi pro futuris sex mensibus initiandis in kallendis mensis iulii proxime venturis: lecto capitulo de hoc loquente, quod est sub rubrica "De electione d. Potestatis et eius devieto", et incipit "Electio domini Potestatis" etc.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Lapo Guidonis preconibus Comunis, et aliis.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod Priores et Vexillifer electionem predictam faciant; et valeat et teneat ac si facta esset per totum presens Consilium.

D. Teghia de Ciprianis consuluit, quod electio fiat per Priores et presens Consilium per

¹ * Alibi notatum est in quaterno Camere *.

² Qui si omette un "proposuit", ripetuto e non cancellato.

³ Il testo ha "Symon".

⁴ * ^{sim} xij *.

sextus:¹ scilicet quod Consiliarii cuiuslibet sextus per se, * cum *² Priore sui sextus, faciant electionem predictam.

Lapus Rinuccini consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Placuit quatuor partibus et ultra secundum dictum primi Sapientis, et ex nunc elegerunt illos quos ipsi Priores et Vexilifer elegerint.

Nomina dictorum ^{sim}xiiiij electorum.

Coppus Ioseppi de Canigianis, ser Datus Cacciafuori notarius;³ sextus Ultrarni.

Duccius Maghalocti, Albertus d. Iacobi del Iudice, Spinellus Girolami; sextus Sancti Petri Scradii.

Neri Aldobrandini Bellincionis, d. Palmerius Altoviti iudex; sextus Burgi.

Pala Bernardi, Albicuzus Orlandini; sextus Sancti Pancratii.

Geri Cardinalis, Lapus Scolarii; sextus Porte Domus.

Neri Guidinghi, Fatius de Giugnis; sextus Porte Sancti Petri.

[c. 52⁺] In Millesimo c^o lxxxiiij, indictione vj, die vigesimo quinto mensis martii.

Die ultimo mensis martii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus, omnia infrascripta.

Primo, quid et quomodo videtur et placet dicto Consilio providere super ambaxiata Communis Cortone, facta respondendo ambaxiate ibidem facte pro parte Communis Florentie, continente quod de questione et differentia que est et oritur et iam orta est inter Comune Senarum ex una parte et Comune Cortone ex altera, occasione represaliarum, et etiam alia de causa, volunt Cortonenses compromittere in Comuni Florentie vel in sindicis Communis Florentie, seu in Potestate et in Prioribus, de iure et de facto; et quod syndicus Communis Cortone et procurator specialium personarum paratus est et promissit facere ad voluntatem Communis Florentie.

Item, super provisione per Priores facta super custodia Volognani, scripta per ser Marchum.

Item, si videtur Consilio quod d. Nerlus de Nerlis, electus potestas terre Montis Castelli episcopatus Vulterre pro sex mensibus venturis, possit acceptare dictum regimen, satisfaciendo ut tenetur.

Item, quid videtur dicto Consilio providere super infrascriptis iam firmatis per solempnia Consilia domini Capitanei, die xxiiij mensis martii: primo super obmissis de presenti mense prorogandis in futurum mensem aprilis, * item super *⁺

Presentibus testibus d. Benvenuto assessore Potestatis et Tura del Grillo preconis Communis.

Dominus Bardus Angiolerii consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod Priores eligant bonos viros, quos et quot voluerint, ad eligendum dictos custodes pro primis duobus mensibus. Item, quod compromissum, ut dictum est, recipiatur a syndico et procuratore Communis et hominum Cortone.

¹ Il testo ha "sextum".

² * absque *.

³ Segue un rigo bianco per il terzo nome del sexto d'Oltrarno, che non fu scritto.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis, factis partitis particulariter.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas petitionem Sex de blado, et petitionem Exactorum civitatis et notariorum civitatis, et petitionem nuntiorum Priorum; et expensas factas in barateriis et magistris pro destructione domorum de Gallis. Ser Rustichellus Bernardi consuluit secundum propositiones predictas. Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter.

Die * vj *¹ aprilis.²

Die viij^o mensis aprilis. Alibi notatum est in quaterno Camere.

In Consilio generali Communis proposuit Stephanus Bonaiuti Picci camerarius Communis Florentie:³ Si videtur Consilio firmare que deliberata fuerunt in Consilio C virorum, die xxiiiij^o mensis martii, super solutione Francisci de Reate et suorum equitum, et Scolayni de Prato consistabilis et suorum militum; et super expensis factis in reparatione hospitii d. Priorum, in quantitate librarum xxx^{ta} et soldorum xvij^{tem} florenorum parvorum; et super solutione Cerre albergatori, in quantitate librarum xxiiiij^o; et super solutione Gueruczi hospitatoris, in quantitate librarum sex; et super solutione Cenni olim Cambii de Arlocto, in quantitate librarum iij^o xxviiij^o et denariorum v^o florenorum parvorum.

[c. 53^r.] D. Bardus Angiolerii consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit ccxlv secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt lxiij.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Cione Falchi preconibus Communis et Bernardo Raynerii nuntio Pallatii.

Die xj^o mensis aprilis.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie ea que die x^o presentis mensis aprilis provisa et firmata fuerunt in Consilio C virorum et domini Capitanei super aprobatione ordinamentorum noviter elitorum et additorum Ordinamentis Iustitie.

Presentibus testibus d. Armanino de Bercziliis de Parma assessore Potestatis et Tura del Grillo preconibus Communis et Nerio filio Bonamichi nuntio Pallatii.

Item, in eodem Consilio constituti fuerunt syndici Communis, more solito, Chele Manecti populi Sancti Pauli et Berghus Bonfiglioli massarii Camere Communis.

D. Banchus de Cavalcantibus consuluit secundum propositiones, salvo quod supra dicitur de magnatibus, qui non possint esse de Consilio vel Capitudine.

D. Bardus Angiolerii consuluit secundum propositiones predictas, in omnibus et per omnia.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit †

¹ * vij *.

² Segue il ricordo: "Hic ponantur quedam firmata in Consilio Potestatis".

³ Si omette "proposuit", erroneamente ripetuto.

Facto partito per d. Potestatem, placuit quasi omnibus secundum dictum d. Bardi Angiolerii in omnibus et per omnia.¹

Die xvij^o aprelis.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas: Si videtur Consilio quod Potestates concedantur Comuni Castellionis Aretini, pro uno anno initiando in kallendis maii proximis; scilicet unus miles pro primis sex mensibus et alius pro aliis sex mensibus: et quomodo eligantur.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod dicti Potestates concedantur Comuni Castellionis, et eligantur secundum commissionem in Prioribus et Vexilifero, hoc modo, videlicet: quod Priores eligant unum militem per sextum, et postea sorte extrahatur unus; et qui primo extractus fuerit sit Potestas pro primis sex mensibus, et alter pro aliis sex mensibus.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi consuluit, quod electio fiat ut dictum est: tamen fiat secundum quod Prioribus videbitur.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod Potestates predicti non possint esse de illis sextibus de quibus fuerunt illi qui fuerunt pro anno preterito, finiendo in kallendis maii; et de aliis iij^{or} sextibus fiant iij^{or} milites, et fiant ad scrupitium.

Placuit quasi omnibus, quod predicti Potestates concedantur et eligantur per Priores et secundum quod eis videbitur convenire.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Duccio Francisci preconibus, et aliis.

[c. 53^o] Die xj^o mensis maii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie: Quid videtur dicto Consilio providere super aprobatione Ordinamentorum Iustitie noviter editorum, et firmatorum die vij^o eiusdem mensis; excepto ordinamento quod loquitur quod bona destructa non rehedificentur,² et quod depositum fiat de v^o libris.

Presentibus testibus d. Armanino de Bercziliis assessore Potestatis et Duccio Francisci. D. Bardus de Amiratis consuluit secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Die xij^o mensis maii. Alibi notatum est.

In Consilio generali Comunis, presentibus Prioribus, d. T. potestas commisit ser Chello filio Goccie de Montemurlo imbreiaturas olim ser Jacobi filii olim dicti Goccie, ad instantiam dicti Goccie.

Item, commisit ser Gratie notario filio Perioli de Castro Florentino imbreiaturas olim ser Aldobrandini notarii olim filii Pieri magistri filii quondam Aldobrandini de Castro Florentino, ad instantiam ser Iunte notarii filii quondam Manecti procuratoris dicti Pieri.

¹ Segue questo ricordo: "Hic ponende sunt represalie concesse d. Lapo Rubeo et Ciuccio de Burgo ad Sanctum Laurentium, et satisfactiones per eos preste, die xiiij^o aprelis.

² Il testo per errore di scrittura: "rchediffentur".

¹Item, commisit ser Guidoni Manecti notario de Sancta Maria Novella imbreuiaturas olim ser Marchesii Riccobaldi notarii de populo Sancte Marie Novelle.

Die xiiij mensis maii.

In **Consilio** generali Communis proposuit Stephanus Bonaiuti camerarius Communis: Si videtur Consilio quod Camerarii solvant Gerardino de Ramisinis constabili celviiij florenos auri, secundum quod firmatum est per alia Consilia, die xj et xij mensis maii. Ser **Noddu** Arrighi consuluit secundum propositionem. Placuit ccxxxviiiij secundum propositionem, nolentes fuerunt lviiij. Presentibus testibus Lapo Guidi precone et Bonfiguolo Rustichi * nuntio Priorum *.²

Eodem die et testibus, et presente³ Duccio Francisci precone Communis.

In **Consilio** generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero, ea que deliberata fuerunt in Consilio C virorum die xj maii, super petitione Sex de blado et super bailia danda super facto guerre. Item proposuit d. Potestas de illis qui exbanniti fuerunt tempore d. Gentilis olim potestatis, qui non reperiuntur scripti in libris exbannitorum, possint scribi per ser Iacobinum de Bononia notarium d. Potestatis presentis. D. **Bardus** Angiolerii consuluit secundum propositiones predictas. Factis **partitis** per Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositiones; particulariter **er** exquisita voluntate dictorum Consiliariorum.

[c. 54^r.] Die xxvj mensis maii.

In **Consilio** generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus, infra-scriptas propositiones, in Consiliis C virorum die xv et etiam die xx eiusdem mensis deliberatas. Primo, super ordinamentis editis super exactione librarum comictatus et etiam civitatis. Item, super petitione Sex de blado qui fuerunt de mensibus decembris et ianuarii proxime preteritis. Item, super facto quatuor berroariorum d. Capitanei et eius solutionis. Item, super^{com} x libris solvendis Francisco Lombardo, pro anno presenti. Presentibus testibus d. Ormanino assessore Potestatis et Tura del Grillo precone, et Bonfiguolo Rustichi * nuntio Priorum *.⁴ D. **Arrighus** del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas. D. **Bardus** Angiolerii consuluit idem. Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter.

¹ Precedono in margine le sigle "a. n."

² * Precone *.

³ Qui è un "ser" cancellato.

⁴ * Precone *.

Die xxvij^o mensis maii.

In Consilio generali Communis proposuit Stephanus Bonaiuti Picci camerarius Communis Florentie: Si videtur Consilio quod infrascripte expensse fiant pro Comuni et de pecunia Communis, videlicet: Salarium vij^{com} nuntiorum Priorum et Vexiliferi presentium, sex nuntiorum Potestatis et sex nuntiorum Capitanei pro mensibus martii et aprilis proxime preteritis, et duorum nuntiorum Iudicis appellationum pro mensibus ianuarii et februarii, et duorum nuntiorum dicti Iudicis pro mensibus martii et aprilis, et duorum Approbatorum in curia Capitanei pro mensibus martii et aprilis, ad rationem soldorum xl pro quolibet ipsorum Approbatorum; et salarium sex Iudicum curiarum, pro sex mensibus initiatis in kallendis ianuarii preteritis.

D. Bindus de Cavalcantibus consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit ij^o xvij secundum propositiones; nolentes fuerunt lxxxvj.

Presentibus testibus Benintendi filio Rustichelli nuntio Pallatii et Tura del Grillo preconone, et aliis.¹

[c 54¹] Die penultimo mensis maii.

In Consilio generali Communis proposuit Potestas ea que heri deliberata fuerunt, in Consilio Centum virorum et domini Capitanei, super obmissis per Potestatem, Capitaneum et Priores.

Item, si videtur Consilio quod d. Fantonus de Rubeis, electus potestas Sancti Geminiani, pro sex mensibus initiandis in kallendis mensis iulii proxime venturis, possit acceptare, satisfadando ut tenetur.

Presentibus testibus d. Armanino assessore Potestatis et Tura del Grillo preconone Communis, et aliis.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die t²

Die x^o mensis iunii. Alibi notatum in quodam folio bambacino et in quaterno Camere.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus: Si videtur Consilio quod dominus Lopus Saltarelli doctor legum, electus potestas civitatis Spoleti, pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis iulii proxime venturis, possit acceptare, satisfadando ut tenetur.

³Item, quid videtur Consilio providere super bailia danda Prioribus, presentibus et futuris, super facto constabilium militum tallie; secundum quod die viij^o presentis mensis firmatum fuit in Consilio Capitanei.

¹ Segue questo ricordo: "Hic ponantur represallie concesse Griffio de Portonariis et etiam Ghino de Sacchetis"; e il resto della pagina, per 4 o 5 righe, è bianco.

² Segue uno spazio bianco di tre righe.

³ Precedono in margine le sigle "a. n."

Item, super officio Castaldorum cassando, et committendo officio Sex de blado, secundum quod firmatum fuit in Consilio C predicto.

Item, de petitione Sex de blado, secundum quod firmatum fuit per predictum Consilium.

Presentibus testibus d. Armanino assessore Potestatis et Tura del Grillo preconis Communis, et aliis.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item constituti fuerunt syndici Ridolfus de Cedernellis et Paulus Romanucci in assessores Camere, et quilibet eorum in solidum, more solito.

Item constitutus fuit syndicus Dinus Michelis ad vendendum bona Lapi Baldovinecti lanificis.

[c. 55^r.] Die xj^o mensis iunii.

In Consilio generali Communis proposuit Lopus Talenti camerarius Communis Florentie: Si videtur Consilio quod infrascripte expense fieri possint et debeant pro Comuni, videlicet.

Solutiones Scolayni de Prato, Gerardini de Ramisinis et Francisci de Reate, consistabulum, secundum quod firmatum fuit per alia Consilia.

Item, * emendatio *² equi Masini de Legoli, in quantitate xxv florenorum auri.

Item, de solutione facienda Guccio Borgi, in quantitate lvij librarum.

Item, de ij libris expendendis in reparatione Sancte Reparate.

Item, de xxij libris expendendis et solvendis ser Lapo et ser Lippo notariis, pro exemplatura duorum Statutorum.

Item, solutio ser Raynerii Paganelli, pro iii^o mensibus.

Item, petitio Fulchi magistri, secundum stantiam Priorum.

Ser Noddus Arrighi consuluit secundum propositionem.

Placuit ij^o xlij secundum propositionem, nolentes fuerunt lv numero computati.

Die xv^o mensis iunii. Alibi notatum est in quodam medio folio.

In Consilio generali Communis Florentie proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero: Si videtur Consilio quod d. Phylippus de Spinis, electus potestas Podii Boniczi pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis iulii, possit acceptare dictum regimen.

Item, si videtur Consilio quod pro Comuni Florentie syndici constituantur, quos et quot Priores et Vexilifer eligere voluerint, ad faciendum pro Comuni, et etiam recipiendum, pacem a nobilibus viris Guidone et Cione fratribus, filiis olim d. Guidonis marchionis de Monte Sancte Marie, et Oddone et Inghiramo fratribus, filiis d. Guidonis marchionis de Colle.

Presentibus testibus d. Armanino de Bercziliis de Parma iudice et collateralis assessore

¹ Precedono nel margine le sigle "a. n."
² * de emendatione *.

dicti d. Potestatis, d. Benvenuto de Frontis iudice eiusdem d. Potestatis et Albiczone filio quondam Redde precone Communis.

Donatus Boninsegne consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

¹Item constituti fuerunt syndici ad predicta.²

Die xxvij^o mensis iunii.

In Consilio generali Communis proposuit Potestas ea que deliberata fuerunt in Consilio C virorum die xxiiiij^o iunii, super oblatione carceratorum.

Item, ea que deliberata fuerunt in Consilio C virorum die xvij^o mensis iunii, super duabus propositionibus, scilicet de bailia danda Prioribus super exactione librarum et prestantiarum civitatis.

Item, super facto Pistorii, scilicet quod Pistorienses non cogantur solvere libras vel prestantias; et illud idem fiat per Pistorienses de Florentinis.

Ser Cenni medicus consuluit secundum propositiones predictas, absolutis statutis.

Presentibus testibus d. Armanino assessore Potestatis et d. Pacino de Calzavelliis milite Potestatis et Tura del Grillo precone.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter.

[c. 55^o] *D. Guaytanus de Pilliis consuluit*.

Die xx^o mensis iunii. In ecclesia Sancte Reparate iuraverunt d. Iulianus Novellus novus potestas et sui Iudices, notarii, milites et beroarii; computato eis iuramento per d. Doginum de Burgo de numero Priorum.

Presentibus testibus d. Armanino assessore Potestatis et ser Bonaiuto Galgani notario Priorum.

Die xxvij^o mensis iunii.

In Consilio novo generali et LXXXX^o Communis Florentie proposuit d. Iulianus Novellus de *Trivixio*,³ novus potestas Communis Florentie:⁴ Quomodo videtur et placet quod electio sex sindicorum eligendorum ad sindicandum veterem Potestatem eiusque familiam fieri debeat, et quot iuris periti esse debeant inter syndicos iamdictos: et etiam quomodo eligantur advocati et syndicus dicti Communis dicta de causa eligendi, secundum formam statuti; et si dicti advocati esse debeant tres vel quatuor.

Presentibus testibus d. Tedaldo de la Penna de Placentia et domino Bompetro de Parma iudice eiusdem d. Potestatis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod Priores eligant dictos syndicos, advocatos et syndicum Communis; et quod iuris periti inter eos sint duo et unus notarius, et advocati sint tres.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Item constitutus fuit syndicus ad predicta.

¹ Precedono nel margine le sigle "a. n."

² Segue un "quos" cancellato.

³ *Trivixio*.

⁴ Qui si omette "proposuit", erroneamente ripetuto e non cancellato.

Eodem die et testibus.

In **Consilio** LXXX^a, congregato in dicta ecclesia, proposuit Potestas: Quomodo electio **Approbatorum**, eligendorum secundum formam statuti, fieri debeat.

D. **Symon** de Salto consuluit, quod predictorum **Approbatorum** electio fiat hoc modo, **quod** Consiliarii cuiuslibet sextus eligant suum **Approbatorem**.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sipientis.¹

[c. 56^r.] Die mercurii primo iulii.

In **Consilio** generali **Comunis** proposuit d. Iulianus Novellus de Trivixio potestas, **presentibus** Prioribus et Vexilifero Iustitie, ea que deliberata fuerunt, die ultimo iunii in **Consilio** Centum virorum et domini Capitanei, super facto pacis.

Presentibus testibus d. Tedaldo de la Penna de Placentia collateralis assessore Potestatis et **Tura** del Grillo precone **Comunis** et aliis, et Duccio Francisci precone.

D. **Albicus** Corbinelli consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit omnibus secundum propositionem et dictum predicti Sipientis.

Die iiiij^o mensis iulii.

In **Consilio** generali **Comunis** proposuit d. Iulianus potestas, presentibus Prioribus: Si **videatur** **Consilio** quod dominus Soczus Guicciardini, electus capitaneus terre Sancti **Miniatis** pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis augusti, possit **acceptare** Capitaneiam terre predictae, satisfacendo ut tenetur.

Item, **quomodo** eligantur infrascripti officiales: primo videlicet, unus Castellanus in castro de Caposelvoli, unus Castellanus in castro Montisluci de la Bernardingha, unus Castellanus in castro Montis Tignosi, duo legales viri et unus² ad recipiendum pedites **Laterini**, duo Superstites carceris Volognani.

Presentibus testibus d. Tedaldo de la Penna de Placentia collateralis assessore Potestatis et **Tura** del Grillo precone, et aliis.

Ser **Ubertus** de Carraria consuluit, quod dividantur per sextus dicti officiales, et postea **Consiliarii** cuiuslibet sextus faciant electionem. Item, quod predictus d. Soczus possit **acceptare** dictum regimen.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sipientis.

Die viiiij^o mensis iulii. Alibi notatum est in quodam medio folio.

In **Consilio** generali **Comunis** dominus Potestas et Capitaneus, Priores et Vexilifer Iustitie, et ipsum **Consilium**, in Pallatio Potestatis congregati, fecerunt suos syndicos, quos et quot Priores et Vexilifer eligere voluerint, et quemlibet eorum in solidum, ad **pacem** faciendam cum Comuni Pisarum et sindicis dicti **Comunis** Pisarum, modo

¹ Il resto della pagina, quasi un terzo, è bianco. Pare che il notaro volesse scrivervi il Consiglio che segue, e cominciò "Die merc", poi cancellò.

² Qui pare che manchi *notarius*.

et forma quibus ipsi syndici vel alter eorum concordaverint cum sindicis dicti Communis Pisarum.

Presentibus testibus domino Tedaldo de la Penna. d. Gerardino de Ghinamis de Parma, ser Ferrucio quondam Vitalis de Vicentia notario Potestatis, domino Iohanne milite Capitanei et Tura del Grillo.

[c. 56¹] Die x^o iulii.

In Consilio LXXXX^a et Capitulinum^{cm} xij^o maiorum Artium, coram Prioribus congregato, approbata fuerunt ordinamenta Potestatis, tam pro preterito tempore quam futuro, a kallendis iulii citra et usque ad kallendas ianuarii.

Placuit cvj, nolentes fuerunt ij.

Presentibus testibus Duccio Francisci et Lapo Guidi preconibus.

Die xiii^o mensis iulii.

In Consilio generali Communis proposuit Neri Guidinghi camerarius Communis infrascripta. Primo videlicet, ea que deliberata fuerunt die xvij^o * iunii *¹ super quodam nuntio eligendo per Vexiliferum Iustitie.

Item, ea que deliberata fuerunt die xij^o mensis iulii in Consilio Centum virorum et etiam in Consilio Capitanei: exceptis hiis que in ipsis Consiliis deliberata fuerunt super Consiliariis subrogandis in Consilio Centum virorum.

Dominus Lopus del Bocchaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit celxxiiij secundum propositiones; nolentes fuerunt xlij.

Presentibus testibus Tura del Grillo * et Albiczo Rede preconibus Communis *,² et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali domini Potestatis et Capitulinum^{cm} xij^o maiorum Artium proposuit dominus Potestas: Si videtur dicto Consilio providere et firmare ea que, die xij mensis iulii presentis, firmata fuerunt in Consilio Centum super Consiliariis subrogandis in Consilio Centum.

Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum domini Lapi suprascripti.

Die xvij^o mensis iulii.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas: Si videtur Consilio quod Rubeus d. Arrighi de la Tosa, electus potestas civitatis Faventie pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis septembris proxime venturis, dictum regimen possit acceptare, satisdando etc.

Bonaguida Raynerii consuluit secundum propositionem.

¹ * iulii *.

² * preconis Communis et Pangno *.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Presentibus testibus d. Tedaldo assessore collateralis Potestatis et ser Lapo Amiczini notario Camere, et aliis.

[c. 57^r.] Die v̄ mensis augusti.

In **Consilio** generali Communis proposuit Bindus Ughi camerarius Communis Florentie, pro se **et** sociis suis, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie: Si videtur dicto Consilio quod dicte expense fiant de avere Communis dictis personis, prout firmatum est in Consilio Centum virorum die primo augusti, et in aliis Consiliis domini Capitanei et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium celebratis et factis die iij dicti mensis augusti.

Presentibus testibus Albiczo Rede preconis Communis et Pangno Ristori nuntio Pallatii, et aliis.

Dominus Lopus del Bocchacio consuluit secundum propositiones predictas.

Facto **partito** super predictis ad pissides et balloctas, placuit cccxxj secundum propositiones; nolentes fuerunt lxiiij.

Eodem die et testibus.

In **Consilio** generali Communis proposuit dominus Potestas: Si videtur dicto Consilio quod ea que sunt obmissa per dominum Potestatem, Capitaneum eorumque familias,¹ Priores Artium et Vexilliferum Iustitie, de mense iulii proxime preterito, possint compleri de presenti mense augusti.

Dominus Lopus del Bocchaccio consuluit secundum propositionem predictam.

Facto **partito** super predictis ad sedendum et levandum per dominum Potestatem, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Lapi.

Die vij^o mensis augusti.

In **Consilio** generali Communis constitutus fuit syndicus, unus vel plures,² quem domini Priores eligere voluerint, ad denunciandum electionem Capitaneie d. Maffeo de Madiis et, si expedierit, aliis post eum electis.

Presentibus testibus domino Tedaldo de Placentia iudice et collateralis assessore dicti domini Potestatis, Duccio Francisci preconis Communis et Pangno Ristori nuntio Pallatii, et aliis.

Die xij^o mensis augusti.

In **Consilio** generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie, de approbatione Ordinamentorum Iustitie, secundum quod ordinatum est per Consilia domini Capitanei et Consilium³ Centum.

¹ Il testo ha "familie".

² Il testo ha "uno vel plus".

³ Il testo ha "Consilii".

Presentibus testibus *Lapo Guidonis precone domini Potestatis et Luti filio Bruni nuntio Pallatii, et aliis*.¹

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Neri Atigliantis consuluit, quod non procedatur in predictis.

Dominus Boninsegna de Becchinugiis iudex consuluit secundum dictum suprascripti ser Benis.

Dinus Pecora consuluit idem.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum per dominum Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere, secundum modum consuetum.

[c. 57⁴] Die xvij^o mensis augusti.

In Consilio generali Communis proposuit Bindus Ughi camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis: Si videtur dicto Consilio quod infrascripte expense fiant de pecunia dicti Communis, videlicet duobus Castellanis et centum peditibus ituris ad custodiam castri de Pecciole, pro xx diebus, in summa librarum iij^o xxx florenorum parvorum. Item, domino Pacino de Brixia consistabili² quorundam³ stipendiariorum, pro sua paga, in quantitate septuaginta quinque florenorum auri.

Item, in reparatione Burelle et Palleacze, in quantitate librarum centum florenorum parvorum.

Item, comiti Manenti de Sartiano, vel aliis⁴ quibus pertinerent, pro redemptione quorundam carceratorum quos dictus Comes habet in civitate Vulterre, qui sunt de comitatu Pisarum, secundum quod firmatum est per Consilium⁵ Centum virorum et alia Consilia domini Capitanei celebrata et facta⁶ die xvij^o mensis augusti, et in alio Consilio Centum virorum celebrato super dicto negotio domini Comitis de Sartiano die xj^o presentis mensis augusti, in quantitate septuaginta florenorum auri.

Presentibus testibus Braccino Braccii *et* Duccio Francisci preconibus Communis et Pangno Ristori nuntio Pallatii, et aliis.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis, placuit cclxxv secundum propositiones; nolentes fuerunt xl.

Die xxvj^o mensis augusti. Signati per "d" non interfuerunt dicto Consilio.

In Consilio generali Communis proposuit *Pangnus Bordoni*⁷ camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie, omnia infrascripta.

Primo videlicet, quod Priores Artium et Vexilifer Iustitie possint eligere officiales super

¹ * domino Tedaldo de Placentia iudice d. Potestatis et Lapo Guidonis eius precone, et aliis*.

² Il testo ha "consistabilis".

³ Il testo ha "quorum"; e si è corretto col confronto del corrispondente Consiglio de' Cento de' 17 agosto Ved. addietro a pag. 317.

⁴ Il testo: "alii".

⁵ Il testo: "Consilia".

⁶ Il testo: "celebratis et factis".

⁷ * Bindus Ughi*.

reparatione Pontis Rubacontis, et de quingentis libris expendendis in dicto opere; et quod Camerarii Comunis Florentie, tam presentes quam futuri, dictam quantitatem dare possint Superstitibus ipsius operis.

Item, quod solvatur Pesce filio Ghusci Pescis castellano Montis Chuccheri et xvij pedibus cum eo ad dicti castri custodiam deputatis, de eorum salariis, pro tempore viginovem dierum, complendorum die x septembris, ad rationem librarum x florenorum parvorum pro ipso Castellano per mensem, et librarum iiiij florenorum parvorum pro pedite per mensem.

Item, solutionem Gherardini de Ramisinis de Parma, consistabilis viginti equitum, computata persona sua in dicto numero, pro tempore unius mensis initiati die xv mensis augusti presentis, ad rationem quindecim florenorum auri pro persona sua, paga dupla, banderia et trumbecta per mensem, et sex florenorum auri pro quolibet dictorum equitum per mensem.

Ser **Matheus** notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto **partito** super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclviii secundum propositiones; nolentes fuerunt xlvij.

Presentibus testibus Albiczo Rede precone Comunis et Neri Bonamichi nuntio Pallatii, et aliis.

[c. 58^r.] Eodem die et testibus.

In **Consilio** generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus dominis Prioribus et **Vexillifero** Iustitie, omnia ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die xxiii presentis mensis augusti, et in aliis Consiliis domini Capitanei celebratis et factis die xxv presentis mensis augusti.

Ser **Noddu** Arrighi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto **partito** super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die viii mensis septembris.

In **Consilio** generali Comunis iuraverunt infrascripti tres beroarii domini Potestatis, computato eis iuramento per B. notarium scribam dicti Comunis, in presentia dominorum Priorum et Vexilliferi, quorum nomina sunt hec.¹

Eodem die

² In **Consilio** generali Comunis et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus **Oddo Altoviti** de numero Priorum: Quomodo eligantur quatuordecim boni³ viri, qui eligi et haberi debent super electione futuri Potestatis Comunis Florentie.

Presentibus testibus ser **Pino Biechi** de Singna notario Priorum et **Braccino Braccii** precone Comunis.

¹ Mancano i nomi, e segue un verso e mezzo bianco.

² Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A."

³ Il testo ha "buoni".

Dominus Neri de Bondelmontibus¹ consuluit, quod electio dictorum xiiiij^{clm} bonorum virorum fiat per officium dominorum Priorum et Vexilliferi; et valeat quicquid fecerint super dicta electione.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum domini Neri.

Die xv^o mensis septembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Pangnus Bordonis camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, die xj^o mensis septembris presentis, super facto expensarum. Presentibus testibus Albiczo Rede et Lapo Guidi preconibus Comunis et Ciali Aldobrandini nuntio Pallatii, et aliis.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Neri Attigliantis consuluit idem.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclxxj secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxxviiiij.

[c. 58⁴] [Eodem] die * et testibus *. Alibi notatum est in quadam cedula.

[In] Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie.

Primo, de bailia danda Prioribus et Vexillifero super augmentatione Ordinamentorum Iustitie.

Item, super facto pontium et viarum.

Item, super facto vini.

Item, super facto officialium eligendorum super exactione condemnationum, secundum quod firmatum est per Consilium Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, factis² die xj^o mensis septembris.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Albiczus Corbinelli consuluit idem.

Dinus Pecora consuluit idem.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum per dominum Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item, in eodem Consilio, constitutus fuit syndicus ser Symon Iacobi Dolcebenis ad vendendum bona Arrighucci et Lapi fratrum³ quondam Giraldi de Capiardis, ad petitionem Bonaguide Rainerii Bonaguide.

Presentibus testibus d. Tedaldo de Placentia iudice et collateralis assessore dicti domini Potestatis et Albiczo Rede et Lapo Guidi preconibus Comunis, et aliis.

Die penultimo mensis septembris, indictione septima.

⁴In Consilio generali * et LXXXX⁵ domini Potestatis et Capitudinum xij^{clm} maiorum

¹ Il testo ha "Mondelmontibus".

² Il testo ha "facto".

³ Il testo ha "fratres".

⁴ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A.".

⁵ * et speciali *.

Artium proposuit Pangnus Bordonis camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, presentibus Prioribus et Vexillifero, ea que firmata fuerunt in Consilio Centum viro-
rum die xxiiij presentis mensis septembris, et in aliis Consiliis domini Capitanei factis
die xxiiij mensis septembris, super facto expensarum.

Item, petitionem Fazii de Micciole et sociorum.¹

Presentibus testibus Tura del Grillo precone Communis et Ciali Aldobrandini nuntio Pal-
latii, et aliis.

Ser **Bene** de Vaglia consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit ccxviiij secundum propo-
sitiones; nolentes fuerunt lxy.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in cedula.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas infrascripta.

Primo videlicet, de ratiocinatoribus eligendis ad revidendum rationem Carruccii del
Verre et sociorum,² et ad sindicandum eos.

Item, quod habentes casolaria in castro Pietresancte, qui nondum hedificaverunt domos
super eorum casolariis, secundum quod facere promiserunt, compellantur per dominum
Capitaneum.

Dominus Lapus del Boccacio consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

³Item constituti fuerunt syndici, quos⁴ domini Priores et Vexillifer eligere voluerint, ad
eundem ad denuntiandum Potestariam Potestati futuro, et ad denuntiandum Capita-
neriam Capitaneo futuro.

[c. 59^r.] Die vj mensis octobris.

⁵In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas: Si videtur dicto Consilio quod
dominus Neri de Bardis, electus Potestas civitatis Brixie, possit et debeat dictam Po-
testariam acceptare, satisdando ut debet, secundum formam statuti: quod terminum
initiat in kallendis mensis novembris proxime venturi et finitur in kallendis mensis
maii.

Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere secundum modum consuetum, et unus
alius,⁶ quem domini Priores eligere voluerint, ad faciendum ea que commissa fuerunt
eidem per offitium dominorum Priorum et Vexilliferi.

Dominus Lapus del Bocchaccio consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito per dominum Potestatem super predictis ad sedendum et levandum, pla-
cuit quasi omnibus secundum propositionem.

Presentibus testibus domino Armannino de Persicho de Cremona iudice et collateralis
assessore dicti domini Potestatis et Tura del Grillo precone Communis, et aliis.

¹ Il testo ha "sociis".

² Anche qui, "sociis".

³ Precedono in margine le sigle "a. n.".

⁴ Il testo ha "quem".

⁵ Nel margine interno, di fronte a questo e ai Consigli che seguono: "per A.".

⁶ Il testo ha "unum alium".

Die x^o mensis octobris.

In Consilio generali Communis proposuit Tinghus Rodulfi de Canigianis camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie, omnia infrascripta.

Primo videlicet, de solutione facienda Castellano et peditibus de Pecciole, secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei.

Item, solutionem Mandati Pillastris et sociorum.¹

Item, solutionem Manecti Bonaccursi et socii, officialium vini.

Item, solutionem Scolarii domini Marsopini de la Tosa, castellani olim Montis Luci de la Bernardingha.

Item, ea que scripta sunt in quadam cedula posita in quaterno Consilii Centum, de facto viarum et stratarum Communis Florentie; secundum quod firmatum est per alia Consilia.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Albiczo Rede preconibus Communis, et Berto Michelis nuntio dominorum Priorum, et aliis.

Ser Iohannes de Pulliciano consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclx² secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt xxxj.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas ea que scripta sunt in quadam cedula super facto domini Tani iudicis Gabelle, super facto viarum, secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei et Centum virorum.

Ser Iohannes de Pulliciano consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum per dominum Potestatem, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Giovanni.

[c. 59⁴] Die xvij mensis octobris.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Thedaldus de Placentia iudex, et vicarius domini Potestatis, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie: Si videtur Consilio dare et concedere domino Tedaldo, vicario domini Potestatis, bailiam licentiam et imperium faciendi condempnationes et absolutiones et ferendi sententias, tam in civilibus³ quam criminalibus, durante absentia domini Potestatis, qui est absens in civitate Pistorii pro factis Communis, in questionibus et de questionibus et factis pendentibus in curiis et coram Iudicibus mallificiorum.

Item, si placet dicto Consilio quod dominus Bindellus de Adimariis, electus potestas Civitatis Castelli pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis ianuarii, possit dictam Potestariam et regimen acceptare, satisfacendo ut debet secundum formam statuti.

¹ Il testo: "sociis".

² Il testo ha invece "cclx^{ta} placuit".

³ Il testo per errore di scrittura ha "civilibus".

Presentibus testibus Albiczo Rede et Duccio Francisci preconibus Comunis et Micho Ugolini nuntio Pallatii, et aliis. •

Dominus Albiczus Corbinelli iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Albiczi.

Die xxij^o mensis octobris.

In **Consilio** generali Comunis proposuit dominus Tedaldus iudex, et * vicarius *¹ domini Potestatis, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, celebratis et factis die predicta.

Item, quod dominus Freschus de Freschobaldis, electus capitaneus terre Prati pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis novembris proxime venturi, possit dictam Capitaneriam acceptare, satisfando Comuni Florentie ut tenetur, secundum formam statuti.

Presentibus testibus domino Gherardino de Parma milite domini * Potestatis *² Albiczo Rede preconibus Comunis, et aliis.

Dominus Teghia de Ciprianis iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dictum dominum Tedaldum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Teghie.

Die xxvij^o mensis octobris.

In **Consilio** generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie super bailia danda dominis Prioribus et Vexilifero Iustitie, secundum quod firmatum est in Consilio Centum virorum die xxvij^o presentis mensis octobris, et in aliis Consiliis domini Capitanei, celebratis die xxvij^o mensis octobris.

Item, quod dominus Baldera de Tornaquincis, electus potestas Castillionis Aretini pro sex mensibus, initiandis in kallendis mensis novembris, possit acceptare dictam Potestariam, satisfando ut debet, secundum formam statuti.

Presentibus testibus domino Armanino de Persicho de Cremona iudice et assessore domini Potestatis et Ciali ||Aldo||brand||ini nuntio Pal||latii, et ||aliis||.

[c. 60 r.] **Dinus** Pecora consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Potestatem ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Dini.

Die penultimo mensis octobris.

³In **Consilio** generali Comunis proposuit dominus Potestas ea que firmata et proposita fuerunt in Consilio Centum virorum, et in aliis Consiliis domini Capitanei, super electione Potestarie civitatis Pistorii.

Presentibus testibus domino Armannino de Persicho de Cremona iudice et collaterali assessore domini Potestatis et Albiczo Rede preconibus Comunis, et aliis.

¹ * assessor *.

² * Capitanei *.

³ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A.".

Bartholinus Uguiccionis consuluit secundum propositionem.
Facto partito, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Die primo mensis novembris.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero: Quomodo electio sindicorum qui syndicare¹ debent dominum Curradum de Sorricina, olim capitaneum et defensorem civitatis et Communis Florentie, et suam familiam et herroarios, fieri debeat.

Presentibus testibus domino Armannino iudice et assessore domini Potestatis et Albiczo Rede precone Communis, et aliis.

Neri Attiglantis consuluit, quod electio dictorum sindicorum fiat per Potestatem et Priores et Vexiliferum.

Dominus Albicus Corbinelli consuluit, quod per dominum Potestatem, Priores et Vexiliferum, et illos Sapientes presentis Consilii quos eligere voluerint, eligantur dicti syndici.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit, quod dicta electio fiat per Priores et Vexiliferum, dummodo aliquis qui sit in presenti Consilio non possit esse syndicus.

Ser Donosdeus Dati consuluit, quod dicti syndici eligantur per presens Consilium, dummodo aliquis qui sit in presenti Consilio non possit eligi.

Neri Bonfigluoli consuluit, quod Priores et Vexilifer eligant dictos syndicos quos voluerint. Facto partito super predictis per dominum Potestatem ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti Neri.

Die iiiij^o mensis novembris. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "C".

² Concesse fuerunt represalie Lucchesio Bonaccursi et sociis contra Comune Reatis, scripte³ in quaterno bambacis, et Guiduccio Cotenaccii contra Comune Sancti Geminiani.

[c. 60^o] Die iiiij^o mensis novembris. Alibi notatum est in quacdam cedula.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero, infrascripta.

Primo, de balia danda dominis Prioribus et Vexilifero Iustitie super facto vini et ordi-
namentis vini quod ad minutum vendi debet.

Item, super securitate danda, usque ad kallendas aprelis proxime venturas, quibusdam, numero xxxviij^o vel circa dictum numerum, quod possint venire Florentiam et stare et reddere, non obstantibus aliquibus represaliis.

⁴Item, super familia d. Bindelli de Adimaris potestatis Civitatis Castelli, pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis ianuarii proxime venturis, aprobanda: quod sit de Parte Guelfa.

Presentibus testibus d. Manino de Persico de Cremona assessore collaterali Potestatis

¹ Il testo, per una trasposizione di lettere, facile a intendersi, ha "sindecari".

² Di fronte, nel margine interno: "per B." e le sigle "a. n."

³ Il testo: "scripta".

⁴ Precedono nel margine le sigle "|| a. n.".

et ser Oliverio de * Arpo *¹ de Trivisio notario Potestatis, et Tura del Grillo precone Comunis.

Dominus Lopus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter.

Die vj^o mensis novembris.

In Consilio generali Comunis proposuit Franceschus del Bene camerarius Comunis Florentie, pro se et sotiis suis, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie,² omnia infrascripta.

Primo videlicet, ea que deliberata fuerunt in Consilio Centum virorum die tertio mensis novembris presentis, et in aliis Consiliis domini Capitanei celebratis et factis die predicta, super expensis faciendis, usque in quantitatem librarum cccxv, in salario et expensis duorum Iudicum forensium et quatuor notariorum forensium, qui venerunt pro officio domini Capitanei exercendo.

Item, super expensis librarum centum in salario viginti berroariorum, qui nuper venerunt pro servitio Comunis Florentie faciendo.

Item, super petitionibus nuntiorum domini Potestatis et domini Capitanei et Iudicis appellationum et Sindici, pro mensibus septembris et octobris proxime preteritis.

Alexius Rinaldi consuluit secundum propositiones predictas.

Presentibus testibus Tura del Grillo precone Comunis et Bartholo Bandi nuntio Pallatii, et aliis.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclxxiii^{or}; nolentes fuerunt xiiij^{im}.

Die xj^o mensis novembris.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie, ea que deliberata fuerunt in Consilio Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, celebratis et factis die x presentis mensis novembris; excepto de facto expensarum.

Presentibus testibus domino Armannino iudice et assessore collateralis domini Potestatis et Albiczo Rede precone Comunis, et aliis.

Bartholinus Uguiccionis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Potestatem ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Bartholini.

Item constitutus fuit syndicus ad denuntiandum electionem Iudicis appellationum et Sindici.

[c. 61^r.] Die xi^o mensis novembris.

³ In Consilio generali Comunis proposuit * dominus * Franceschus del Bene camerarius Comunis Florentie, pro se et sotiis suis, omnia infrascripta.

¹ * Archu *.

² Qui omettiamo "proposuit", erroneamente ripetuto e non cancellato.

³ Di fronte, nel margine interno: "per B."

Primo videlicet, de solutione facienda Puccio domini Micchelis de Aritio, consistabili¹ l^x equitum, sua persona in dicto numero computata.

Item, solutionem Stefani filii Dini de Bibiena, consistabilis xlviij equitum, sua persona in dicto numero computata.

Item, solutionem Manentis comitis de Sartiano, consistabilis lxxxviiij equitum, sua persona in dicto numero computata.

Item, solutionem Scolayni domini Arrighi de Prato, consistabilis xx equitum, sua persona in dicto numero computata.

Item, solutionem Gherardini de Ramisinis, consistabilis xviiij equitum, sua persona in dicto numero computata.

Item, solutionem Francisci domini Mathey de Reate, consistabilis xviiij equitum, sua persona in dicto numero computata.

Item, de cxi libris florenorum parvorum expendendis² in reparatione Pontis Rubacantis. Secundum quod, de omnibus suprascriptis, firmatum fuit in Consilio Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, celebratis et factis die x presentis mensis novembris.

Presentibus testibus Tura del Grillo preconis Comunis et Bonfigluolo Rustichi nuntio dominorum Priorum et Vexiliferi.³

Ser Mattheus Belliocti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit celxxj secundum propositiones; nolentes fuerunt xviiij.

Die xiiij mensis novembris.

In Consilio generali Comunis iuravit d. Leone de Prato iudex d. Potestatis, subrogatus loco d. Usigioli; computato sibi iuramento per me B. notarium.

Presentibus testibus d. Manino assessore Potestatis et domino Iohanne iudice appellationum, de Sancto Miniato.

[c. 61^o] Die xviiij mensis novembris.

⁴In Consilio generali Comunis proposita fuerunt infrascripta per Franciscum del Bene camerarium Comunis Florentie, pro se et sociis suis, videlicet: De cxi libris florenorum parvorum expendendis in augendo salarium Iudicis appellationum et Sindici, secundum quod firmatum fuit in Consilio Centum virorum die xvij novembris, et in aliis Consiliis domini Capitanei factis die xviiij presentis mensis novembris.

Item, de solutione iam facta de libris xviiij florenorum parvorum domino Gerio de Compio castellano castri Laterine.

Presentibus testibus Albiczo Rede et Tura del Grillo preconibus Comunis, et Puccio Michelis nuntio Pallatii, et aliis.

Ser Ubertus de Cararia notarius consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Il testo: " consistabilis ".

² Il testo: " expendendarum ".

³ Il testo ha " Vexilifero ".

⁴ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: " per B. ".

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit ccliij secundum propositiones; nolentes fuerunt xxxviiij.

Eodem die et testibus.

In **Consilio** generali Communis proposuit dominus Potestas ea que deliberata fuerunt in **Consilio** Centum virorum die xvij mensis novembris, et in aliis Consiliis domini Capitanei factis die xviiij mensis presentis novembris; excepto de expensis.

Item, quod dominus Guelfus de Cavalcantibus, electus Potestas civitatis Vulterre pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis ianuarii proxime venturi, possit dictam electionem acceptare, satisdando Comuni Florentie ut debet.

Item, quod dominus Nepus de la Tosa, electus potestas civitatis Ravenne pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis ianuarii proxime venturi, possit dictam electionem acceptare, satisdando Comuni Florentie ut debet.

Ser **Ubertus** de Carraria notarius consuluit secundum propositiones. Item, quod dicti milites possint acceptare dictas Potestarias.

Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Uberti.

Die xxiiij mensis novembris.

In **Consilio** generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero,¹ omnia que die xxiiij presentis mensis novembris firmata fuerunt in **Consilio** Centum et in aliis Consiliis d. Capitanei et Capitudinum, super facto Pratensium.

Presentibus testibus domino Armanino iudice domini Potestatis, et Albizo Rede et Tura del **Grillo** preconibus Communis, et aliis.

Dinus **Pecora** consuluit secundum propositiones.

Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Dini.

[c. 62^r.] Die xxvij mensis novembris.

² In **Consilio** generali Communis proposuit Dedi de Falconeriis camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, omnia que firmata fuerunt in **Consilio** Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, celebratis et factis die xxvj presentis mensis novembris, super facto expensarum; presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie.

Presentibus testibus Tura del Grillo preconone Communis et Capellaccio filio Migloris nuntio Pallatii, et aliis.

Ser **Bene** de Vaglia notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclxij secundum propositiones; nolentes fuerunt xxxvij.

Eodem die.

³ In **Consilio** generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Ve-

¹ Qui si omette "proposuit", ripetuto e non cancellato.

² Di fronte, nel margine interno: "per A.".

³ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B.".

xilifero Iustitie, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, factis die xxvj presentis mensis novembris; excepto de expensis.

Item, quod dominus Cursus de Donatis, electus potestas civitatis Parme pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis ianuarii proxime venturi, possit et debeat dictam electionem acceptare, satisdando Comuni Florentie ut debet, secundum formam statuti Communis Florentie.

Presentibus testibus domino Armanino iudice et assessore collateralis domini Potestatis et Albiczo Rede preconis Communis, et aliis.

Dominus Albiczus Corbinelli iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Albiczi.

Die x mensis decembris.

In Consilio generali Communis proposuit Bernardus Manfredi camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, celebratis et factis die viij presentis mensis decembris, super facto expensarum.

Presentibus testibus Albiczo Rede et Tura del Grillo preconibus Communis, et Donato Rinaldi nuntio Priorum et aliis.

Alexius Rinaldi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclxxij secundum propositiones; nolentes fuerunt xxij.

Eodem die * et testibus *. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per " B ".

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas ea que deliberata fuerunt in Consilio Centum et in aliis Consiliis domini Capitanei, factis die viij mensis decembris presentis, super electione officialium eligendorum ad reinveniendum bona, iura, terrena et edificia et plateas Communis Florentie.

¹ Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere, videlicet Bonaccursus Villanuzzi et Paccinus Struffaldi, secundum modum solitum.

[c. 62.] Item constituti fuerunt syndici illi quos ² Priores eligerint ad vendendum de tereno et iuribus Communis, secundum provisionem suprascriptam.

³ Item constituti fuerunt syndici ad vendendum de bonis civium non solventium libras, secundum provisionem factam super offitio Exactorum librarum civitatis.

Presentibus testibus domino Mannino de Persico * iudice et collateralis assessore dicti d.* ⁴ Potestatis et Albiczo Rede preconis Communis, et aliis.

Neri Attigliantis consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum per dominum Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

¹ Precedono nel margine le sigle " a. n. ".

² Il testo ha " quem ".

³ Precedono nel margine le sigle " a. n. ".

⁴ * assessore *.

Die xx^o intrante mense decembris.

In publico Parlamento, congregato in ecclesia Sancte Reparate, dominus Pinus Vernaccius de Cremona novus Potestas et sui Iudices, Milites, berroarii et notarii iuraverunt eorum officia fideliter exercere; computato eis iuramento per me B. notarium subscriptum, in presentia domini Potestatis et domini Capitanei, Priorum et Vexiliferi Iustitie. Presentibus testibus ser Bono de Ungnano notario Priorum et Vexiliferi et Lapo Guidi precone Communis, et aliis.

Die xxvj^o mensis decembris.

In Consilio generali Communis proposuit Potestas: Si videtur Consilio quod d. Lopus Arnolphi, electus capitaneus terre Prati pro sex mensibus, initiandis in kallendis maii *proxime* preteritis, sub annis Millesimo cc lxxxv^o indictione viij, possit acceptare dictum regimen, satisdando ut tenetur.

Presentibus testibus d. Manino assessore Potestatis et Lapo Guidi precone Communis. Ser Lopus de Sexto notarius consuluit secundum propositionem predictam. Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Die xxvij^o mensis decembris.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas: Si videtur Consilio concedere et committere dicto d. Potestati quod ipse possit executioni mandare sententiam latam contra Vivam Boninsegne curie de Luculena, per olim potestatem Florentie, et etiam sententiam latam contra Iacobinum quondam Davanczi curie de Luculena, per d. olim potestatem Florentie; et contra Ianuarium nuntium, per presentem Potestatem, in libris iij^m; et si condemnationem predictam non solverit infra decem dies, quod sibi amputetur capud. Migliaccius peliparius consuluit, quod d. Potestas faciat, de predictis et super executione predictorum, quicquid sibi placuerit et videbitur pro honore Communis Florentie. Placuit quasi omnibus secundum propositionem et dictum predicti Sapientis. Presentibus testibus d. Manino assessore Potestatis et Lapo Guidi precone Communis.

[c. 63^r.] Die xxviii^o mensis decembris.

In Consilio novo generali et LXXX^{ta}, in ecclesia Sancti Laurentii congregato, proposuit dominus Pinus de Vernatiis novus potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero: Quomodo et per quos eligi debeant sex syndici eligendi ad sindicandum veterem Potestatem eiusque familiam et berroarios, et quot Iudices esse debeant inter ipsos syndicos; ac etiam quomodo et per quos eligi debeant avvocati et syndicus eligendi contra ipsum Potestatem veterem, et utrum dicti avvocati esse debeant tres vel quatuor. Presentibus testibus domino Aldricho de Cropello¹ assessore Potestatis et Tura del Grillo precone Communis, et aliis.

¹ Il testo, per errore, ha "Capello".

Dominus Bardus Angiollerii iudex consuluit, quod inter sex syndicos sint duo Iudices, et avocati sint tres; et eligantur dicti sex syndici et dicti tres avocati et etiam syndicus Communis per Priores et Vexiliferum.

* Facto partito *¹ per dominum Potestatem super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Bardi.

Item constitutus fuit syndicus quem Priores eligere voluerint.

Die veneris primo mensis ianuarii.

Die secundo mensis ianuarii.

² In Consilio generali Communis proposuit dominus Pinus de Vernacciis, de represaliis suspendendis, secundum quod firmatum est in Consilio * domini Capitanei *,³ facto die xxvij mensis decembris.

Item, quomodo eligantur syndici qui debeant syndicare Iudicem veterem appellationum et Syndicum, eius notarios et familiam; et quot esse debeant dicti syndici.

In eodem Consilio iuravit novus Iudex appellationum et Syndicus et sui notarii.

Presentibus testibus domino Aldricho de Capello assessore Potestatis et Tura del Grillo eius pecone, et aliis.

Dominus Neri Hostigiani de Pilliis consuluit secundum propositionem, super facto represaliarum suspendendarum. Item, quod electio dictorum syndicorum fiat ⁴ per Priores et Vexiliferum, in ea quantitate que eis videbitur.

Factis partitis super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Neri.

Item constitutus fuit syndicus, quem Priores et Vexilifer eligere voluerint, ad liberandum Comune Podii Boniczi.

[c. 63⁴] Die xij mensis ianuarii. Signati per "A" non interfuerunt Consilio.

⁵ In Consilio generali Communis proposuit Bectus del Biecho, camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, factis die penultimo mensis decembris proxime preteriti, super facto expensarum.

Item, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum facto die vij mensis ianuarii, et in aliis Consiliis domini Capitanei factis die viij dicti mensis ianuarii, super facto expensarum, et super facto Notarii Reformationum.

Presentibus testibus ser Bono de Unguano notario Priorum et Vexiliferi et Albiczo Rede precone Communis.

Dominus Arrighus del Bocchaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclxxxiiij^{or} secundum propositiones; nolentes fuerunt xiiij^{im}.

¹ * Factis partitis *.

² Di fronte, nel margine interno: "per B."

³ * Centum et in *.

⁴ Il testo: "fia".

⁵ Nel margine esterno, di fronte a questo e al seguente Consiglio: "per B."

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quadam cedula.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie, ea que firmata fuerunt in Consilio Centum facto die vij^o presentis mensis ianuarii, et in aliis Consiliis domini Capitanei factis die * vij^o eiusdem mensis ianuarii*;¹ excepto de expensis.

Dominus Locthus de Alleis iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per dominum * Potestatem *² super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero, quod dominus Bectus de Burneleschis, electus capitaneus terre Sancti Miniatis pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis februarii proxime venturi, possit et debeat dictum regimen acceptare, satisdando Comuni Florentie ut tenetur, secundum formam statuti.

Dominus Loctus consuluit, quod dominus Bectus possit dictam Capitaneriam acceptare, satisdando ut debet.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

³Item constitutus fuit syndicus super facto Paliacze et Burelle.

Eodem die et testibus. Hec electio notata in quaterno banbaxis signato per "E".

⁴In Consilio LXXXX proposuit dominus Potestas: Quomodo electio sex Approbatorum fieri debeat.

Dominus Nerlus de Nerlis consuluit, quod dicta electio fiat per unum vel duos per sextum, eligendos per dominos Priores et Vexiliferum.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti domini Nerli.

[c. 64^r.] Die xij^o mensis ianuarii.

⁵In Consilio LXXXX^a et Capitudinum xij^o maiorum Artium lecta et aprobata fuerunt ordinamenta Potestatis, a kallendis ianuarii proxime preteritis usque ad kallendas iulii proxime venturas; sine aliqua detractioe vel diminutione.

Ser Noddus Arrighi consuluit secundum propositionem, super facto ordinamentorum Potestatis aprobandorum.

Placuit cij secundum ordinamenta omnia, nolentes fuerunt v̄.

¹ * penultimo mensis decembris *. Segue, pur cancellato: "videlicet de obmissis per dominum Capitaneum eiusque familiam de mense novembris et decembris, vel per offitium Priorum et Vexiliferi, prorogentur in futurum".

² * Capitaneum *.

³ Precedono in margine le sigle "a. n.".

⁴ Di fronte, nel margine esterno: "per A.".

⁵ Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B.".

Presentibus testibus ser Bono de Ungnano notario Priorum et Vexiliferi¹ Iustitie et Albiczo Rede precone Communis, et aliis.

Die xvij^o mensis ianuarii. Signati per "B" *non interfuerunt Consilio.*

In Consilio generali Communis proposuit Bernardus Manfredi camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum et in aliis Consiliis domini Capitanei, factis die xv mensis ianuarii, super expensis.

Presentibus testibus Lapo Guidi precone Communis et Donato Rinaldi nuntio Priorum et Vexiliferi, et aliis.

Ser Torna de Remulo consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclxij secundum propositiones; nolentes fuerunt xxv.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas: Si videtur dicto Consilio quod dominus Rubeus de la Tosa, electus potestas terre Forlivi pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis martii proxime venturi, possit et debeat dictam Potestariam recipere et acceptare, satisfando Comuni Florentie ut debet.

Item, petitionem² Massariorum³ Camere, secundum quod deliberatum est per alia Consilia domini Capitanei et Centum, facta⁴ die xv mensis ianuarii presentis.

Dominus Bardus de Amiratis consuluit secundum propositiones.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die xxij^o intrante mense ianuarii. Alibi notatum est in quodam folio.

⁵In Consilio generali Communis constitutus fuit syndicus ad denuntiandum electionem domino Defensori et Capitaneo electo pro futuris sex mensibus, initiandis in kallendis mensis maii proxime venturi.

Presentibus testibus domino Aldrigho de Cropello iudice et collaterali assessore dicti domini Potestatis et Tura del Grillo precone Communis, et aliis.

Item, in eodem Consilio iuravit unus notarius d. Potestatis.

Die vj^o mensis februarii, facta fuit ser Ranerio quondam Restauri commissio quarumdam imbreviaturarum, sicut notatum est in quadam cedula.

[c. 64⁴] Die viij^o mensis februarii. Signati per "c"[†] et per "e" Capitudines *non interfuerunt Consilio.*

⁶In Consilio generali Communis proposuit Borghesius Meglorati camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie.

¹ Il testo ha, per errore di scrittura, "Vexiliferi".

² Qui si omette "Sex de" cancellato. Sembra volesse scrivere *Sex de blado*.

³ Il testo ha "Massarii". Ma nel corrispondente Consiglio de' Cento, de' di 15 (v. addietro pag. 343 e 344) *Massarii* sono due.

⁴ Il testo ha "factis".

⁵ Di fronte, nel margine interno: "per A.".

⁶ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B.".

Primo videlicet, super solutione cavallatarum anni preteriti.
Item, super restitutione prestantie florenorum auri.
Item, solutionem Cerre albergatoris.
Item, solutionem ser Lotheringho Anselmini et ser Berlingherio Bernardi Doradini.
Item, solutionem predicti ser Lotheringhi et ser Becto Bencivenni Rossi; secundum **quod** firmatum est per Consilium Centum et per alia Consilia domini Capitanei, facta¹ die quinto mensis februarii.
Item, de xlj libris, soldis xij et denariis iij florenorum parvorum solvendis Cambio Pella-
 galli, pro refectioe Palleacze.
Presentibus testibus Tura del Grillo precone Communis et Neri Giusti nuntio Pallatii, et aliis.
Dominus Arrighus del Bocchaccio consuluit secundum propositiones predictas.
Facto partito ad pissides et balloctas, placuit cclxxj secundum propositiones; nolentes fuerunt xxvj.

Eodem die. Alibi notatum est in quadam cedula.

In **Consilio** generali Communis proposuit dominus Potestas ea que deliberata fuerunt, in **Consilio** Centum et in aliis Consiliis domini Capitanei die quinto mensis februarii, super obmissis de mense ianuarii proxime preteriti.
Item, si videtur dicto Consilio quod Lotharius del Becchuto, electus potestas terre **Tredocii** de *Romannia*² per dominum comitem Salvaticum, possit dictam Potestariam acceptare, satsidando Comuni Florentie ut tenetur.
³**Item** constituti fuerunt syndici Guadagninus Gocitifredi populi Sancti Pauli et Lopus filius Valoris populi Sancte Marie de Peretola ad vendendum bona Mey quondam **Trebbii** populi Sancti Pancratii, fugitivi.
Presentibus testibus domino Aldricho iudice et assessore Potestatis et Tura del Grillo precone Communis, et aliis.
 Ser **Torna** de Remolo notarius consuluit secundum propositiones predictas.
Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Torne.

Die xx^o mensis februarii.

In **Consilio** generali Communis Iacchectus Rinuccii et Copus Ratoncini massarii Camere constituti fuerunt syndici Communis per Potestatem, Priores et Vexiliferum et **Consiliarios** dicti Consilii, ad solita negotia Communis facienda.
Presentibus testibus domino Aldrico de Cropello assessore collaterali Potestatis et Tura del Grillo precone Communis.

[c. 65^r.] Die xxvj mensis februarii.

In **Consilio** generali Communis proposuit Borghese Meglorati camerarius Communis Florentie,

¹ Il testo: "factis".

² *Romaniola*.

³ Precedono in margine le sigle "a. n."

pro se et sociis suis, de solutione facienda ^{ba}xxij berroariis dominorum Priorum et Vexiliferi, pro tribus mensibus, ad solitam rationem, initiatis in medio mensis februarii presentis; secundum quod firmatum est per Consilium Centum et per alia Consilia domini Capitanei, facta¹ die xxij presentis mensis februarii.

Dominus Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit celxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt ^{cim}xv.

Presentibus testibus Tura del Grillo precone Communis et Omodeo Mercati nuntio Palatii, et aliis.

Eodem die.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexilifero, de obmissis per Potestatem, Capitaneum eorumque familias, Priores et Vexiliferum,² de presenti mense februarii, prorogandis in futurum mensem martii; secundum quod firmatum est per Consilium Centum et per alia Consilia domini Capitanei, facta³ die xxij presentis mensis februarii.

Item, quod ser Bindus Vernacie, electus potestas terrarum infrascriptarum, videlicet castri et terre Susinane, castri Pagani, Rocche, Plani Castelli, castri Visani, Bubiane, Mantigni, Campanarie, Pedemontis, Montis Bovarii, Cippede et Crespini, cum omnibus terris curiis et iurisdictionibus ad ipsas terras pertinentibus, Maghinardi de Susinana, pro uno anno incepto in medio mensis februarii presentis, possit dictam electionem acceptare, satisdando Comuni Florentie ut debet, secundum formam statuti.

Presentibus testibus domino Aldrigho de Groppello assessore Potestatis et Tura del Grillo precone Communis, et aliis.

Dominus Bardus de Amiratis consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Quaderno VI, cm. 30 × 21. Carte 69 — 86, delle quali le 78 — 86 sono bianche.

1292, 28 gennaio — 1293, 3 dicembre.

[c. 69^r.]⁴ Die xxvij mensis ianuarii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Prioribus Artium, in domo Priorum Artium, proposuit d. Palmerius de numero Priorum: Quid videtur Consilio providere super petitionibus factis per⁵ ser Giannem de Syminectis pro parte Iudicis Gallure, electi capitanei tallie.⁶

¹ Il testo: " factis ".

² Il testo ha " Vexilifero ".

³ Il testo, anche qui, ha " factis ".

⁴ Precede uno spazio bianco di 6 o 7 righe, lasciato per la intitolazione del Quaderno, che non fu poi scritta.

⁵ Qui è la parola " Comune " cancellata.

⁶ Seguono due righe bianche.

Die xij̄ mensis februarii.

In **Consilio** quamplurium Sapientum congregato coram Potestate et Capitaneo et Prioribus proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio providere et respondere ambaxiatoribus Comunis tractoribus pacis et concordie.¹

Dinus Compangni consuluit,² quod provideatur quod petitiones fiant pro Comuni generales; et quod scribatur ambaxiatoribus quod super articulo tractent et sentiant et **sciant** finalem voluntatem predictorum Pisanorum et aliorum eis adherentium, ita quod quilibet articulus reducatur ad convenientem modum, sicut melius fieri poterit; ita quod eorum voluntas et etiam nostra super hiis aperte sciatur.

D. Oddo Altoviti consuluit, quod tres vel quatuor Sapientes iuris habeantur ad providendum ea que dicti nostri ambaxiatores petere habeant.

D. Iacobus de Certaldo consuluit †

Die xvj̄ februarii.

In **Consilio** quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus et **Vexilifero** Iustitie proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio providere super facto tractatus pacis que tractatur in terra Sancti Miniatis cum Pisanis intrinsecis et aliis **Ghibellinis** de Tuscia: auditis petitionibus hinc inde factis seu fiendis, et auditis hiis que **dixit** d. Andreas de Cerreto.

Placuit omnibus quod sit in ambaxiatoribus propterea missis tractatus et modus tractatus, ita quod hoc facere possint modo et forma, et de hiis et super hiis que videbuntur eisdem ambaxiatoribus.

[c. 69⁴] Die xxij̄ mensis februarii.

In **Consilio** quamplurium Sapientum congregato coram d. Capitaneo, Prioribus et **Vexilifero** Iustitie, in domo Circulorum, in qua morantur Priores et Vexilifer Iusticie, occasione providendi super pace et tractatu pacis qui nunc fit apud Sanctum Miniatem cum Pisanis intrinsecis et Ghibellinis de Tuscia, lectis petitionibus et responsionibus hinc inde factis et licteris missis, proposuit d. Capitaneus: Quid videtur dicto Consilio in hiis providere et respondendum fore.

Dominus Bertus de Frescobaldis consuluit, quod in dicto tractatu ulterius non procedatur; et quod ambaxiatoribus Comunis Florentie scribatur quod Florentiam redeant.

Dinus Peccora consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores et Vexilifer habeant duodecim sapientes viros desiderantes bonum statum civitatis Florentie, per quos provideatur in predictis, secundum quod viderint convenire.

Dominus Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod si contingerit firmari secundum dictum Dini predicti, providenda per illos Sapientes reducantur in alio Consilio simili isti vel maiori.

Dominus Foresius d. Bonaccursii consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Ca-

¹ Un'altra riga bianca.

² Ripetuto "consuluit".

pitaneo et Prioribus et Vexilifero cum uno Consilio vel pluribus, et cum illa quantitate Sapientum que videbitur eisdem, tam illa que sint mictenda ambaxiatoribus Comunis Florentie et domino Iudici quam Lucensibus et aliis.

Nutus Marignoli consuluit, quod mictatur ambaxiatoribus nostris quod ipsi exquirant ab ambaxiatoribus Pisanis si ipsi volunt meliorare per eos petita vel responsa: quod si facere voluerint, rescribant, alioquin redeant.¹

Placuit quasi omnibus secundum dictum d. Foresii.

* Die lune secundo *² mensis martii.

In Consilio Capitulum ^{sim} xij maiorum Artium congregato coram Prioribus, in domo Circulorum, in qua Priores morantur pro eorum officio exercendo, facta propositione per d. Albiczonem Corbinelli iuris peritum super auxilio pecuniali quod Comuni Florentie petitur pro parte d. Regis Karoli, occasione passagii quod facere intendit contra hostes et rebelles suos, et audito consilio Sapientum; placuit duabus partibus et ultra quod nichil fiat de petitis, sed pulcra responsio fiat qualiter Comune Florentie gravatum est multis expensis.

[c. 70^r] Die tertio mensis martii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Circulorum, proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio providere super litteris missis per d. Regem Karolum et suos ambaxiatores, super auxilio pecunie petite pro parte d. Regis iamdicti, occasione passagii quod facere intendit ad partes Sycilie. D. Burnectus de Bruneleschis consuluit, quod servitium fiat; sed quando et quomodo fieri debeat et in quanta quantitate, sit in dominis Prioribus. Et de responsione facienda dictis ambaxiatoribus non fuit reformatum.

Eodem die.

In Consilio quam plurium Sapientum et Capitulum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Circulorum, proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio providere super facto tractatus pacis faciende inter Pisanos intrinsecos et extrinsecos et alia Comunia Tuscie: auditis hiis que responsa sunt ultimo per Pisanos intrinsecos. Dinus Compagni consuluit, quod in nomine Domini in tractatu pacis procedatur.

D. Tadeus de Bosticis consuluit †

Ser Clarus de Varaczano consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores, cum duobus vel quatuor per sextum, hoc sero provideant in predictis.

Migliaccius pelliparius consuluit, quod super predictis habeatur Consilium Sapientum, popularium et magnatum.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod Potestas, Capitaneus³ et Priores, per se vel cum aliis, provideant in predictis.

¹ Nel testo è lasciata in tronco questa parola così: "red".

² * Die lune primo *.

³ Il testo ha "quod predicta per Potestatem, Capitaneum"

- Ser Arrighus** Gratie consuluit, quod Consilia habeantur super predictis; et demum **de-**
liberentur cum Sapientibus, quatuor per sextum ad plus.
- Dinus Peccora** consuluit, quod Potestas, Capitaneus, Priores et Vexilifer provideant in
predictis, per se et illa Consilia que eisdem videbuntur, semel et pluries.
- D. Oddo Altoviti** consuluit †

[c. 70^o] Die **iii**^o mensis martii.

- In quodam** magno Consilio militum et magnatum congregato coram Potestate, Capitaneo
et Prioribus, in domo Circularum, proposuit d. Potestas: Quid videtur Consilio **pro-**
videre super facto pacis tractate et que tractatur in terra Sancti Miniatis: lectis **ul-**
timis responsionibus factis per Pisanos intrinsecos.
- D. Gerardus** de Tornaquincis consuluit, quod mittatur ambaxiatoribus florentinis ut
mictant petitiones et responsiones omnium Comunium Tuscie et d. Iudicis, et respon-
siones adversariorum; et postea habeatur Consilium super predictis, examinando **pre-**
dicta ad articulum ad articulum.
- D. Rossus** de la Tosa consuluit, quod mittatur ambaxiatoribus florentinis, quod si **Pi-**
sani volunt facere que petita sunt per Iudicem, et facere quod civitas Aretii **refor-**
metur in comuni statu, procedatur; alioquin reddeant.
- D. Lambertuccius** de Frescobaldis consuluit, quod habeantur Sapientes¹ usque in qua-
tuor per sextum, inter quos sint litterati, qui provideant in predictis, et per plura
Consilia.
- D. Gianni** Bonaguide consuluit, quod cras summo manne provideatur in predictis ad
capitulum ad capitulum.
- D. Guelfus** de Cavalcantibus consuluit secundum dictum d. Gianni.
- Nutus Marignoli** consuluit, quod ante quam Consilium teneatur super predictis mictan-
tur predicta ad Comunia Societatis, et ab eis sciatur eorum voluntas super predictis.
- D. Ciprianus** de Tornaquincis consuluit, quod per Priores et Sapientes, magnates et po-
pulares, provideatur in predictis.
- D. Giovenchus** de Arrigucciis consuluit, quod Priores habeant Sapientes qui provideant
in predictis; et valeat quicquid providerint et fecerint.²

[c. 71^o] Die **x**^o mensis martii.

In Consilio Capitudinum **xij** maiorum Artium et aliorum Sapientum, congregato coram
Potestate, Capitaneo, Prioribus et Vexilifero Iusticie in domo Circularum; lectis per
ser Noddum Arrighi hiis que facta sunt in parlamento habito et facto super tractatu
Pacis faciende inter Comunia Societatis Tuscie ex una parte et Comune Pisarum et
Ghibellinos exiticios ex alia parte; et auditis hiis que super hiis dixit et narravit
d. Andreas de Cerreto, in presentia Symonis Rote et dicti ser Noddi ambaxiatorum
Comunis³ Florentie in negocio predicto, una cum aliis qui remanserunt ad ipsum
parlamentum; proposuit d. Potestas: Quid videtur dicto Consilio⁴ providere super

¹ Qui è ripetuto "habeantur" e non cancellato.

² Segue uno spazio di circa 8 righe.

³ Prima di "Comunis" aveva scritto "Comunium", e cancellò.

⁴ Si omette "in hiis" cancellato.

- facto castris et vallis de Buiti, quod et quam Comune Luce tenet nec restituere vult Pisanis: et hoc, cum ipsi Pisani velint ipsum castrum et vallem.
- Item, super facto Potestatis et Capitanei et Antianorum Comunis Pisanorum et eorum electione, quam Pisani volunt facere, stando in civitate Pisanorum comes Guido et masnada; et Iudex et sui volunt Comitem et masnadam primo discedere de ipsa civitate, antequam ipsa electio fiat.
- Item, super¹ facto reformationis et concordie civitatis Aretii: utrum fieri debeat pax cum Pisanis nisi fiat reformatio et pax Aretinorum, vel non.
- D. Bardus Angiolerii iudex consuluit, quod pax non fiat cum Pisanis, nisi Guelfi de Aretio remictantur in civitate Aretii cum bona et comuni concordia et pace. Item, quod in negotio non procedatur, nisi electio predictorum rectorum et officialium fiat secundum petitionem Iudicis. Item consuluit, quod, rebus sic existentibus,² in negotio non procedatur, secundum voluntatem Lucensium.
- D. Tadeus de Bosticis consuluit, super electionibus Potestatis, Capitanei et Antianorum, quod fiant secundum dictum predicti d. Bardi, idest secundum petitionem d. Iudicis Gallure. Item, super pace Aretinorum, consuluit idem. Item, de facto castris et vallis de Buyti, quod suo loco et tempore restituantur Comuni Pisanorum.
- Catalanus Rinierii consuluit, super electione rectorum et officialium Comunis Pisanorum, quod fiat secundum quod petitum est per Iudicem, si fieri potest; alioquin pax propterea non remaneat,³ sed in ea procedatur. Item, quod super facto de Buiti fiat secundum petitionem Lucensium, si fieri potest; alioquin propterea pax non remaneat, sed procedatur, secundum oblationem Pisanorum. Item, de facto Aretinorum, quod fiat secundum quod petitum est, si fieri poterit; alioquin propterea pax Pisanorum non remaneat, sed in ea procedatur, ut supra dictum est.
- [c. 71⁴] Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum dictum d. Bardi, super facto pacis Aretinorum. Item, super electione Rectorum et Antianorum Pisanorum, consuluit idem. Item, super facto castris et vallis * de Buti, nichil consuluit *.⁴
- Ser Rogerius Hugonis Albiczi consuluit, quod certa quantitas magnatum et popularium habeantur super predictis.
- Ghinus Davancci consuluit, quod habeantur Sapientes in modica quantitate, qui sint amatores boni status Comunis Florentie; qui provideant in predictis, et secundum eorum provisionem procedatur.
- Dinus Compangni consuluit, quod Potestas, Capitaneus, Priores et Vexilifer Iusticie et ambaxiatores tractatores provideant in predictis omnibus; et secundum eorum dispositionem et voluntatem in omnibus procedatur et fiat.
- Pela Gualduccii consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et iij bonis viris per sextum: in quo Consilio sint d. Andreas de Cerreto iudex et Symon Rote, ambaxiatores tractatores dicti negotii.
- D. Lopus Saltarelli doctor legum consuluit, quod habeantur Sapientes utriusque conditionis super predictis.
- Placuit xxxv, super facto Aretii et pace Aretinorum, secundum dictum Catalani: illi qui noluerunt, et voluerunt secundum dictum d. Bardi, fuerunt xxviii^{am}.

¹ Scritto due volte "super".

² Qui si omette "consuluit quod", ripetuto e non cancellato.

³ Prima di "remaneat" avea scritto "fiat", e cancellò.

⁴ * Calcis consuluit * t.

Item placuit xxxij, super electione Potestatis, Capitanei et Antianorum civitatis **Pisarum**, secundum dictum Catalani predicti: illi qui voluerunt in hiis procedi debere secundum dictum d. Bardi fuerunt xxxij.

Item placuit xliij, super facto castri et vallis de Buiti, secundum dictum Catalani predicti: illi qui voluerunt procedi debere secundum dictum d. Bardi fuerunt xxj.

Item placuit liij, quod Sapientes habeantur iterum super predictis.

Die xj mensis martii.

In **Consilio** quamplurium Sapientum magnatum et popularium, congregato in domo **Circularum** coram Potestate et Capitaneo et Prioribus et Vexilifero Iusticie, proposuit d. **Potestas**: Quid et quomodo videtur dicto Consilio providere super facto tractatus **pacis**, videlicet super illis tribus articulis heri propositis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod in pace facienda procedatur sicut melius fieri poterit; non obstante eo quod Pisani intrinseci non facerent que petuntur pro parte **Comunis** Florentie, d. Iudicis et **Comunis** Luce, in predictis articulis.

D. **Ciprianus** de Tornaquincis consuluit, quod Lucenses rogentur, si contingerit Pisanos eis **dare** nolle castrum et valle de Buiti, quod in hoc consentiant secundum quod **volunt** Pisani; et si contingerit Lucenses non consentire, nichilominus in negotio **procedatur**, scilicet in pace facienda. **Item**, quod procuretur quod electiones Regiminum et **Antianorum** **Comunis** **Pisarum** fiant post separationem Comitum et masnade, et si fieri **non** posset, cum Pisanis intrinsecis procedatur; sed fiat quod postea subito se separent, **facta** ipsa reformatione. **Item**, quod fiat quod pax **comunis** fiat inter Aretinos extrinsecos et Aretinos; alioquin, in pace **Pisanorum** non procedatur. Verum,¹ postea dixit, **quod** si Lucenses non consentirent ut dictum est, non videtur sibi quod bonum esset **quod** negotium fiat sine voluntate Lucensium.

[c. 72^r.] D. Andreas de Cerreto †

D. **Rubeus** de la Tosa consuluit, quod in pace facienda procedatur, si Pisani intrinseci **consenserint** et contenti fuerint petitis super predictis articulis; alioquin non. Sed **rogentur** Lucenses ut restituant castrum et vallem de Buiti Pisanis, secundum eorum **petitionem**. Et si Lucenses non consenserint, tunc fiat super hoc Consilium.

D. **Bondelmonte** de Bondelmontibus consuluit secundum dictum dicti Rubei predicti, **super** predictis duobus articulis, scilicet **Pisanorum** et **Aretinorum**: in alio, nichil dixit. **Arrighus** Paradisi consuluit secundum dictum Bandini predicti.

Nutus Marignoli consuluit, quod electio **Antianorum**, Potestatis et Capitanei non fiat in **civitate** Pisana, sed in loco **comuni**; et quod Comes et masnada se separent de **civitate** et fortia **Pisanorum**. Et quod in predictis nichil fiat, nisi primo exiticii **Aretini** **repositi** in **comuni** statu et equali fuerint in civitate **Arecii**; et postea in negotio **Pisano** procedatur.

Placuit xxj^{cm} super facto **Aretinorum**, secundum dictum Bandini; volentes dictum d. Rubei fuerunt xij^{cm}.

Item, super facto electionis Potestatis, Capitanei et officialium **Pisarum**, placuit xviiiij^{cm} secundum dictum predicti Bandini; nolentes, et volentes dictum d. Rubei, fuerunt xiiij^{cm}.

Item, super facto de Buiti, placuit xxiiiij^{cm} secundum dictum Bandini; nolentes fuerunt viiiij^{cm}.

¹ Qui si omette un "quia", che avrebbe dovuto esser cancellato.

Die xviii^o mensis maii.

In Consilio quam plurimum Sapientum congregato coram d. Capitaneo, in domo Priorum, proposuit d. Capitaneus: Quid videtur Consilio providere super dampno inimicorum: lectis litteris missis per Senenses, de victoria habita in partibus Maretime.

D. Rossus de la Tosa consuluit¹

[c. 72¹] Die vii^o mensis iunii.

In Consilio Capitulum^o xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus, in domo Circulorum, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super eo quod dictum fuit in dicto Consilio per d. Vicedominum ex parte d. Iudicis Gallure, et etiam per d. Novellum iudicem ex parte d. comictis Locti, super facto tractatus pacis inter Comune Luce et Comune Pisarum.

D. Fantonus de Rubeis consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus; dummodo provideatur ita quod predictis resistatur.

D. Teghia Bondelmontis consuluit, quod ambaxiatores populares et magnates, quos et quot placuerint Potestati, Capitaneo et Prioribus et Vexilifero, *mictantur*; et si ultra in predictis faciendum est, provideatur per predictos dominos Potestatem, Capitaneum et Priores.

D. Albicus Corbinelli iudex consuluit, quod Comune Florentie de predictis se non imisceat.

D. Bardus Angiolerii consuluit, quod ambaxiatores mictantur Lucam, occasione predicta; et etiam mictantur littere ad Communia Societatis ut Lucam mictant ambaxiatores occasione predicta. Et quod syndicus fiat ad predicta per Comune Florentie ad protestationem faciendam in Comuni Luce super predictis.

Dominus Rossus de la Tosa consuluit secundum dictum d. Teghie.²

Die xviii^o mensis iunii.

In Consilio Capitulum^o xij^o maiorum Artium congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus et Vexilifero Iustitie, proposuit Potestas: Quid videtur Consilio providere super executione capituli Constituti d. Capitanei, loquentis quod, singulis duobus mensibus, haberi debeant Capitulum^o xij^o maiorum Artium ad providendum super facto mercatorum, lecto dicto statuto.

Item, super facto Neri Ardinghelli et fratrum, occasione processus per Pistorienses facti contra ipsum Nerium et fratres etc.: recitata ambaxiata dicta occasione facta apud Comune Pistorii pro parte Communis Florentie, per ser Rogerium Hugonis Albiczi notarium.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi consuluit, quod duo Sapientes vel quatuor per sextum habeantur super facto predicti Neri Ardinghelli et fratrum; per quos provideatur in predictis quicquid eisdem videbitur convenire. Item †

¹ Segue uno spazio bianco di 8 righe.

² Seguono due righe bianche.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, super facto Neri Ardinghelli, quod per opportuna Consilia firmetur quod aliqua persona non debeat alberghare vel receptare in suo hospicio vel domo aliquem pistoriensem civitatis vel districtus Pistorii, ad penam librarum c (et banniatu); excepto in hospicio Neri et fratrum.

Placuit quasi omnibus super facto Neri et fratrum, secundum dictum ser Rogerii.

[c. 73^r] Die xxvijⁱ mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate veteri et novo et Capitaneo et Prioribus et Vexilifero,¹ in domo filiorum d. Gerardini de Circulis; lecto tractatu pacis facto per Lucenses cum Comuni Pisarum, secundum commissionem alias factam eisdem Lucensibus per Comune Florentie, super dicto tractatu pacis faciendo, petunt etiam Consilium generale et magnum.²

Catalanus Raynerii Conse consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Vexilifero et Sapientibus quos habere voluerint; et quod Consilium detur Lucanis ad eorum velle.

Ser Arrighus Gratie consuluit, quod, ante quam detur Consilium Lucensibus,³ habeantur de maioribus civitatis Florentie, et coram eis exponantur et proponantur predicta; et audito eorum consilio, si concordaverint in predictis, proponantur hec ad Consilia opportuna.

P'ela Gualduccii consuluit, quod Consilium detur Lucensibus ad eorum velle; et ante quam respondeatur ambaxiatoribus Lucensibus, requirantur Comunia Societatis Tuscie ut suos ambaxiatores mictant ad civitatem Florentie, occasione predicta, et cum ipsis ambaxiatoribus tractentur predicta.

Arrighus Paradisi consuluit secundum dictum Catalani predicti.

Meliore Guadagni consuluit ut dictum est: hoc addito, quod dicatur ambaxiatoribus Tuscie quod predicta placent Comuni Florentie.

Placuit omnibus, quod Consilium detur Lucensibus ad eorum velle.

Eodem die.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate veteri et novo et coram Capitaneo, Prioribus et Vexilifero, in domo Circularum, occasione providendi super prescriptis, proposuit Potestas: Quid videtur in hiis providere.

Nicti Cacciafuori consuluit, quod in dicta pace procedatur secundum tractatum.

Neri Attiliantis consuluit, quod quoddam magnum Consilium magnatum habeatur super predictis, et secundum eorum velle procedatur in predictis.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod pax fiat; et Consilium detur Lucensibus per eos petitum; et quod bailia petatur super facto pacis a Consiliis opportunis: et postea procedatur in pace, non diminuendo predicta in scriptis reducta.

[c. 73^v] D. Albiczus Corbinelli consuluit, quod unus vel duo per sextum habeantur super predictis, et per eos provideatur in predictis, secundum quod viderint convenire.

D. Donatus Alberti iudex consuluit, quod super predictis habeatur Consilium Sapientum

¹ Qui si ripete "congregato".

² Così il testo. Chi chiedeva il grande Consiglio erano, come si vede appresso, gli ambasciatori lucchesi.

³ Qui è ripetuto "quod".

de magnatibus civitatis Florentie; et quod exempla tractatus mictantur ad Comunia Societatis, et requirantur ipsa Comunia Societatis ut mictant Florentiam suos sufficientes ambaxiatores occasione predicta; et cum eorum voluntate procedatur in predictis.

D. Teghia de Ciprianis consuluit, quod¹ ambaxiatoribus Lucensibus detur Consilium petitum; et quod bailia detur per Consilia opportuna Prioribus super predictis: et quod in hiis et super hiis Priores *habeant* Sapientes, quos et quot habere voluerint.

D. Guidoctus de Canigianis consuluit secundum dictum d. Donati: hoc addito, quod Comunia Societatis requirantur per ambaxiatores.

D. Iacobus de Certaldo consuluit, quod Consilium detur Lucensibus: tamen, propositio ibidem non fiat; et in dicto tractatu pacis non procedatur nisi primo convocentur ambaxiatores Communium Societatis, et cum eorum consilio et voluntate in hiis procedatur.

D. Aldobrandus de Cerreto consuluit †

D. Boninsegna de Becchenugiis doctor legum et decretorum consuluit, quod Priores habeant certos Sapientes super predictis, et predicta examinentur; et postea reducantur ad maius Consilium magnatum et popularium; et secundum quod tunc firmabitur procedatur.

Mongia del Rosso consuluit, quod habeantur Sapientes quos habere voluerint Potestas, Capitaneus et Priores; et cum ambaxiatoribus Lucensibus et aliis ambaxiatoribus Communium Societatis provideant in predictis, secundum quod viderint convenire.

Placuit omnibus, quod in dicto facto pacis procedatur, proponendo predicta ad Consilia opportuna, et deliberando predicta cum illis Sapientibus quos habere voluerint.

Die xxviii^o mensis iunii.

In Consilio quamplurium Sapientum, inter quos fuerunt milites et populares in magna quantitate, congregato coram Potestate veteri et novo et Capitaneo, Prioribus et Vexilifero Iustitie, in domo Circularum; lecto tractatu pacis facto per fratrem Franciscum de ordine Sancti Augustini priorem provincialem et per x Sapientes Communis Luce, ad hoc per Comune Luce deputatos: unde proposuit Potestas quid sit in hiis providendum.

[c. 74^r.] Ser Chiarus de Varaczano consuluit, quod predicta fiant cum voluntate Communium Societatis Tuscie; que Comunia rogentur quod predicta velint: et quod Consilium detur Lucensibus, secundum eorum petitionem.

D. Fantonus de Rubeis consuluit, quod secundum dictum modum non procedatur ad dictam pacem faciendam; et Consilium detur Lucensibus, secundum quod videbitur Prioribus.

D. Gerardus de Tornaquincis consuluit, quod Comunia Societatis requirantur occasione predicta, et cum eorum consilio et voluntate procedatur in predictis; et requirantur Iudex et comes Loctus ad predicta: et quod Consilium detur Lucensibus, secundum quod videbitur Prioribus.

D. Rogerius de Tornaquincis consuluit, quod in facto predicto procedatur; et procuretur quod articulus seu articuli loquentes de regimine civitatis Pisarum meliorentur pro

¹ Qui si omette "Consilium detur" ripetuto appresso.

utilitate et securitate Iudicis et exiticiorum de Pisis; et etiam procuretur quod immunitas et franchisia, tam super victualis quam super aliis, concedatur Comuni Florentie, sicut melius fieri poterit.

D. Bertus de Frescobaldis consuluit, quod magnum Consilium non detur Lucensibus; et si daretur, non fiat propositio in dicto Consilio: et quod in pace non procedatur per modum predictum, modo aliquo.

Melliore Guadagni consuluit, quod Consilium detur Lucensibus; et quod in dicto facto procedatur, meliorando que dicuntur de factis Iudicis et exiticiorum de Pisis, si fieri poterit; et providendo sicut melius fieri poterit, quod deceptionibus que possent committi in predictis [†] 1

Alfannus Iannis consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et Sapientibus quos habere voluerint, examinando predicta.

D. Guelfus de Cavalcantibus consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus, et Sapientibus quos habere voluerint.

Dinus Pecora consuluit, quod Consilium detur ambaxiatoribus Lucensibus; et quod petatur et procuretur quod negocia Iudicis et exiticiorum meliorentur pro eorum securitate, sicut melius fieri poterit.

Placuit omnibus, uno excepto, quod procedatur super pace secundum modum qui videbitur Potestati, Capitaneo et Prioribus, et Sapientibus quos habere voluerint.

[c. 74^t] Die penultimo mensis iunii.

In Consilio Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium, novorum et veterum, congregato coram Prioribus et Vexillifero Iustitie, in domo Circulorum; lectis articulis tractatus pacis, de quibus supra dicitur, proposuit d. Dogius de Burgo de numero Priorum, voluntate sociorum suorum: Quid videtur dictis Capitudinibus in hiis providere.

Clarus Salvi del Chiaro consuluit, quod predicta fiant ut supra dictum est et compleantur in nomine Domini; et quod Consilium detur Lucensibus, illud quod eis placuerit.

Lapus Tramontani consuluit idem: hoc salvo et addito, quod per Sapientes provideantur ea que petenda sunt pro Comuni Florentie a Comuni Pisarum.

Ser Rogerius Ughi Albiczi consuluit, quod super predictis habeatur consilium et voluntas Communium Societatis Tuscie; et quod Consilium eis detur secundum quod petunt Lucenses.

Nicti Cacciafuori consuluit, quod predicta fiant et compleantur, etiam sine consilio Communium Societatis; et quod Consilium eis detur, scilicet Lucensibus.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit [†] 2

D. Dinus Peccora consuluit, quod predicta fiant; et meliorentur predicta, si fieri poterit, maxime in dominio terre Pisane et electione Antianorum; et etiam de facto obsidum. Et quod, si videbitur Prioribus, requirantur Comunia Societatis.

D. Cavalcante de Puliciano consuluit, quod Iudex Gallure requiratur, et etiam Comunia Societatis; et cum eorum voluntate predicta fiant.

¹ Qui si potrebbe togliere la sospensione, aggiungendo per esempio *obrietur* o altro verbo equivalente. Ma può anche suporsi che il notaro omettesse di cassare il "quod" ch'è poco innanzi: con che il senso rimarrebbe ugualmente compiuto.

² Segue una riga bianca.

Ser Guido de Lucho consuluit, quod Consilium detur Lucensibus, et quod negotium fiat sicut tractatum: tamen meliorentur, si fieri potest.

D. Tadeus de Bosticis consuluit secundum dictum ser Rogerii predicti.

D. Iohannes Rustichelli consuluit †

Placuit omnibus, quod in pace predicta facienda et complenda procedatur, sub felici nomine, secundum quod videbitur Prioribus et Sapientibus per eos habendis.

[c. 75^r.] Die xviii^j mensis augusti.

In Consilio quamplurium Sapientum, congregato in domo filiorum domini Gherardini de Circulis, presentibus dominis Potestate et Capiteo et Prioribus et Vexillifero Iustitie, proposuit dominus Potestas: Quid videtur Consilio providere super licteris missis per dominum Nerlum de Nerlis capitaneum Montis Pulciani, et super licteris missis per Capitaneos Partis Guelfe castri de Laterino.

Dominus Guatanus de Pillis consuluit, super dictis licteris missis a dicto domino Nerlo, quod regratiaretur eidem de bona solitudine et cautela; et postmodum deberent sollicitari terre circumstantes, et loca et homines astantium partium, ut cautelam sibi assumerent in quantum possent.

Dominus Teghia de Bondelmontibus consuluit, quod mictatur quidam probus vir, super huiusmodi negotiis informatus, ad civitatem Senarum et ad terram Montis¹ Pulciani et ad terram de Clusi et ad alias partes circumstantes et loca: qui diligenter moneat et ortetur et sollicitet gentes ut bene custodiant terras suas, civitates et loca comitatus, in quantum melius possunt; exponendo, circa presens negotium et circa bonam adibendam custodiam, que presentis negotii viderint expedire.

Die xxj^j mensis augusti.

In Consilio quamplurium Sapientum, congregato in domo filiorum domini Gherardini de Circulis, coram domino Potestate, Capiteo, Prioribus et Vexillifero Iustitie, proposuit dominus Potestas: Quid videtur Consilio providere super licteris missis a domino comite Guidone de Monteferetro: lectis dictis licteris in dicto Consilio.

Pela Gualduccii consuluit, quod societetur honorifice secundum pacta pacis; et quod scribatur aliis Comunitatibus Societatis Tuscie quod faciant illud idem per eorum fortias² et districtus: tamen, ante omnia, cerciorentur per licteras, quando, quomodo et per quas partes, intendit transire.

Meglore Guadagni consuluit, quod notificetur dicto Comiti ut scribat Comuni Florentie de tempore sui discessus; et si contingat ipsum velle transire per comitatum Florentie, assignentur sibi he³ mansiones, videlicet in terra de Empoli et in terra de Fighino.

Noffus Guidi consuluit, quod predicta remaneant in Potestate, Capiteo et Prioribus et Vexillifero, cum illo Consilio quod habere voluerint.

[c. 75^v.] Arrighus Paradisi consuluit, quod respondeatur domino Comiti quod Comune Florentie paratum est ipsum sociare secundum pacta pacis; et etiam quod scribatur

¹ Il testo: "Montis",

² Il testo ha "fortia".

³ Il testo ha "e".

aliis Comunitatibus Societatis Tuscie, si ipsi receperunt similem licteram a domino Comite, quod ipsum societ, si contingat eundem transitum facere per eorum fortiam et districtum.¹

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit, quod scribatur eidem Comiti quod determinet loca et contratas per quas transire debet, et quod predicta remaneant in domino Potestate, Capitaneo, Prioribus et Vexillifero Iustitie, cum illo Consilio quod habere voluerint.

Dominus Niccola de Acciaiuolis iudex consuluit, quod scribatur *ad* eundem Comitem quod per Comune Florentie provisum est quod transitus eius fiat et esse debeat per partes Marittime; et si opus fuerit societur, secundum quod videbitur dominis Prioribus et Vexillifero Iustitie.

Dominus Albicus Corbinelli iudex consuluit, quod respondeatur dicto Comiti quod Comune Florentie paratum est dare sibi securitatem secundum pacta pacis: dum tamen primo determinet contratas et loca per quas transire intendit.

Dominus Loctus de Alleis iudex consuluit, quod respondeatur eidem domino Comiti, per quemdam probum ambaxiatorem Comunis Florentie, quod Comune Florentie paratum est dare sibi securitatem decentem, si contingat ipsum velle transire per comitatum Florentie; et quod significetur Comunitatibus Societatis Tuscie quod cautelam sibi assumant, si forte contingat ipsum transire per eorum districtum.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit omnibus quod predicta remaneant in Potestate, Capitaneo et Prioribus et Vexillifero Iustitie cum illo Consilio quod habere voluerint.

Die xxiij mensis augusti.

In Consilio Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium et aliorum Sapientum, congregato in domo filiorum domini Gherardini de Circulis, proposuit dominus Oddo Altoviti de numero Priorum, presentibus sociis suis et Vexillifero Iustitie: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata *olim missa*² per Comune Florentie ad civitatem Lucanam et *ad terram* Sancti Miniatis, ad petitionem Uberti de Pulcis, Giachomini Alfani et Masi domini Rogerini, per ser Rogerium Ughonis Albiczi.

Item, quid videtur dicto Consilio providere super negotium domini Giamboni olim iudicis et officialis Comunis Florentie, super condemnatione de eo facta per syndicos [c. 76^r] qui positi fuerunt ad sindicandum ipsum dominum Giambonum, in quantitate *centum* quinquaginta octo librarum et soldorum xvj^{cim} florenorum parvorum: cum dictus dominus Giambonus paratus sit solvere dictam condemnationem Comuni Florentie, et finem facere dicto Comuni de omni eo et toto quod petere posset dicto Comuni occasione sui officii vel salarii seu ingiurie, vel aliqua alia causa; si dicta finis recipiatur ab eo hoc modo, vel alio modo procedatur in predictis.

Pela Gualduccii consuluit, quod dicta finis recipiatur ab eo, soluta prius dicta condemnatione per eum.

Passa Finiguerra consuluit, quod ponatur ad Consilium domini Capitanei antequam re-

¹ Il testo ha "districtu".

² *mitenda*.

cipiatur dicta finis a dicto domino Giambono; et secundum quod in dicto Consilio reformabitur, ita procedatur in predictis.

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit secundum dictum suprascripti Pele.

Noffus Guidi consuluit, super facto domini Giamboni, secundum dictum Pele. Item, super facto dicte ambaxiate consuluit, quod mitatur in dicto Consilio ad pissides et balloctas, si debet revocari an non.

Arrighus Paradisi consuluit, quod ambaxiatores mictantur ad Comunitates Societatis Tuscie, ut non paciantur quod aliquod pedagium exigatur per aliquem in eorum fortia et districtu, videlicet pedagium Imperii. In alia propositione, consuluit secundum dictum suprascripti Pele.

Migliaccius Salvi consuluit, secundum dictum Arrighi Paradisi, super facto dicte ambaxiate. Super facto domini Giamboni, consuluit secundum dictum Passe.

Bandinus de Falchoneriis consuluit, super facto domini Giamboni, secundum dictum Pele suprascripti.

Facto partito ad sedendum et levandum super facto domini Giamboni, placuit duabus partibus dicti Consilii secundum dictum dicti Pele.

Super facto dicte ambaxiate, facto partito ad pissides et balloctas, placuit lvij secundum dictum dicti Noffi; nolentes fuerunt j.

Facto partito ad pissides *et balloctas* super facto dicte ambaxiate, secundum quod consuluit Arrighus, placuit lvij; nolentes fuerunt j.

[c. 76^o] Die tertio mensis decembris.

In Consilio Capitudinum xij^{im} maiorum Artium et aliorum Sapientum, electorum per officium dominorum Priorum Artium et Vexiliferi Iustitie, congregato¹ coram Potestate, Capitaneo et Prioribus Artium et Vexilifero, in domo filiorum domini Gherardini de Circhulis, in qua ipsi Priores et Vexilifer morantur pro eorum officio exercendo, proposuit dominus Potestas omnia infrascripta.

Primo videlicet, de cavallatis imponendis, quot et quibus et per quos et quibus modis et formis, et quanto salario.

Item, de facto pedagii Imperii quod exigitur apud Sanctum Miniatum et in comitatu Lucano, et alibi ubicumque, per Tusciam.

Item, de gabella que exigitur in Sancto Miniato.² preter dictum pedagium.

Item, de facto Arbitrorum, si videtur Consilio suspendere hinc ad unum annum electionem.

* Item, quod ambaxiatores mictantur pro parte Comunis Florentie ad civitates et terras Tuscie, pro pace manutenenda et fienda in eisdem*.

Nicti Cacciafuori consuluit, quod cavallate non imponantur. Item, quod Arbitri eligantur, unus pro Arte. Item, quod pedagium et gabella de quibus supra dicitur omnino cassentur et tollantur.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit, quod Potestas, Capitaneus et Priores et Vexilifer, cum uno vel duobus³ per sextum, provideant super facto cavallatarum, secundum quod eis videbitur; et eorum provisio reducatur ad Consilium Capitudinum. Item, quod

¹ Il testo ha "congregatis".

² Il testo ha "Sanctum Miniatem".

³ Il testo ha "duo".

Arbitri eligantur. Item, quod super facto pedagii Imperii provideatur per Potestatem, Capitaneum et Priores et Vexiliferum, cum uno per sextum;¹ ita quod dictum pedagium omnino tollatur. Item, quod gabella Sancti Miniatis cassetur.

Pela Gualduccii consuluit, super facto cavallatarum illud idem: salvo quod Priores possint eligere ad hoc illos Sapientes quos et quot habere voluerint. Item, quod pedagium Imperii omnino cassetur; dummodo satisfiat convenienter illis qui habent ius dicti pedagii, si eis integraliter non * est *² satisfactum de eo quod habere voluerint. Item, quod gabella Sancti Miniatis omnino cassetur. Item, quod in Prioribus et Vexilifero remaneat de Arbitris eligendis vel non.

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit, quod cavallate imponantur, a ducentis supra usque in trecentas; et imponantur solummodo popularibus, modo et forma et cum salario quod videbitur Prioribus et Vexilifero. Item, quod Arbitri eligantur, dummodo ea que fecerint Arbitri reducantur et aprobentur per Priores et Vexiliferum Iustitie. Item, super facto pedagii procedatur secundum consilium maioris partis Artium: et hoc facto, provideatur et fiat quod gabella Sancti Miniatis removeatur.

[c. 77^r.] Caruccius del Verre consuluit, super facto cavallatarum, secundum dictum domini Palmerii. Item, quod Arbitri non eligantur. Super facto pedagii, procedatur secundum consilium Artium Pellipariorum et Magistrorum lapidum. Item, quod per unum nuntium precipiatur Comuni Sancti Miniatis, ad penam mille librarum, ut nullam gabellam exigant a³ Florentinis.

Neri Bonfiguoli consuluit, super facto cavallatarum, quod non imponantur. Item, quod Arbitri non eligantur.

Vanni Ugholini consuluit, quod trecente cavallate imponantur. In aliis omnibus opportunis circa hoc provideatur per Priores et Vexiliferum cum duobus per sextum.

Alexius Rinaldi consuluit, quod cavallate imponantur pro Comuni solummodo popularibus, in ea quantitate et modo et cum salario quod videbitur Prioribus et Vexilifero. Item, quod gabella Sancti Miniatis cassetur.

Noffus Guidi consuluit, quod cavallate imponantur, in quantitate modo et forma et cum salario quod videbitur Potestati, Capitaneo, Prioribus et Vexilifero. Item, quod pedagium Imperii quod exigitur apud Sanctum Miniatum et in comitatu Luce, et etiam gabella Sancti Miniatis, omnino cassetur et tollantur, per illum modum quem Potestas, Capitaneus, Priores et Vexilifer, cum illis Sapientibus quos habere voluerint,⁴ viderint convenire.

Factis partitis particulariter super predictis propositis ad sedendum et levandum, placuit omnibus quod negotium cavallatarum et que providenda sint super hoc, et etiam electio Arbitrorum facienda vel non facienda, remaneant in Potestate, Capitaneo, Prioribus et Vexilifero et Sapientibus quos habere voluerint. Et illud idem provideatur super gabella que exigitur in terra Sancti Miniatis, dummodo ipsa gabella omnino cassetur et removeatur.

Facto partito ad pissides et balloctas super facto pedagii, quod exigitur sub pretexto Imperii, placuit ^{an}xlviij secundum consilium Artis Pellipariorum: illi qui voluerunt procedi debere secundum consilium Artis Lane, fuerunt ^{an}xij.

¹ Qui omettiamo "provideatur super predictis", ripetizione che doveva esser cancellata.

² * fuerit *.

³ Il testo: "ad".

⁴ Qui s'omette "secundum quod", che fu erroneamente aggiunto dopo.

Item placuit super eodem negotio liij, secundum consilium Artis Magistrorum lapidum et lignaminum: illi vero qui voluerunt procedi secundum consilium Artis Campsororum fuerunt viiiij.

Item placuit super eodem negotio lvij, secundum consilium Artis Calzolariorum: illi vero qui voluerunt procedi debere secundum consilium Mercatorum Kallismale fuerunt v.

Item placuit super eodem negotio lvj, secundum consilium Artis Mercatorum Porte Sancte Marie: illi vero qui voluerunt procedi debere secundum consilium Iudicum et notariorum fuerunt vj.

Item placuit super eodem negotio lij, secundum consilium Artis *Rigateriorum*:¹ illi vero qui voluerunt procedi debere secundum consilium Medicorum et Spetiariorum fuerunt x.

[c. 77^r] Item placuit super eodem negotio lvj, secundum consilium Artis Fabrorum: illi vero qui voluerunt procedi debere secundum consilium Artis Becchariorum fuerunt vj.

Quaderni VII-IX, cm. 31 × 21. Carte 87-120. Le carte o pezzi di carta 109, 110, 111 e 117 hanno rispettivamente le dimensioni 30 × 21, 11 × 25, 10 × 26 e 12 × 23.

1293, 7 marzo — 1294, 10 febbraio.

[c. 87^r] Sancti Spiritus nobis adsit gratia amen.

Liber continens proposita provisiva et deliberata in Consiliis Centum virorum et domini Defensoris, tempore regiminis nobilis viri domini Bernardini de la Porta de Parma, defensoris et capitanei civitatis et Comunis Florentie Millesimo ccc lxxxiiij, indictione septima.

Die vij mensis martii. Alibi notatum in quaterno bambacis signato per †

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Iacobus iudex domini Capitanei, presentibus Prioribus et Vexilifero Iustitie, omnia infrascripta.

Primo videlicet, si videtur dicto Consilio utile fore pro dicto Comuni teneri opportuna Consilia super absoluteione quorumdam verborum quorumdam statutorum loquentium de Consilio non tenendo super absoluteione vel deliberatione statutorum loquentium de non refirmando³ vel de non eligendo in aliquo officio Comunis aliquem officialem dicti Comunis etc.

⁴Item, super expensis faciendis, usque in quantitatem centum quadraginta librarum florenorum parvorum, in viginti una banderia pro peditibus Iustitie, et in duobus vexilis militum cavallatarum, et in duobus drapis deauratis delatis supra dominum Karolum regem Ungarie, solvendarum Giacchetto Rinuccii et socio massariis Camere. Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas.

¹ * Medicorum *.

² Nel margine interno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: "per A."

³ Nel testo è scritto "refremando".

⁴ Precedono in margine le solite sigle "a. n."

Placuit lvijj secundum propositiones, nolentes fuerunt || ||.
Presentibus testibus ser Bindo Cambii notario Priorum et Leone Poggi precone, et aliis.

* Die viij^o mensis martii.*¹

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposuit dominus * Iacobus iudex domini Capitanei*² omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum facto die septimo presentis mensis martii.

Presentibus testibus ser Bindo Cambii notario Priorum et Leone Poggi precone Communis, et aliis.

Nerus Cambii consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit idem.

Factis partitis super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pisces et balloctas, placuit lvijj secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposuit || dominus Iacobus iudex et assessor dicti domini Capitanei omnia suprascripta, secundum ||quod firmatum|| est per alia Consilia.

Macza de Amiratis consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum d||icti Macze||.

[c. 87⁴] ||Die mensis martii. Alibi|| notatum in quaterno bambacis s||ignato per ||.

||In|| Consilio Centum ||virorum proposuit dominus || collateralis assessor domini Capitanei, ||pre||sentibus Prioribus et Vexi||lifero, infrascripta||.

||Primo videlicet, si videtur dicto ||Consilio teneri Consilia opportuna super absolut||ione statutorum facientium ||devetum, quacumque de causa, de hiis qui vetiti sunt p||osse eligi in Potest||atem Communis Florentie pro sex mensibus venturis, initiandis in kallen||dis ||mensis iulii proxime|| venturi.

Item, de xxv libris expendendis ad voluntatem Priorum et Vexiliferi, que expendi possunt de presenti mense martii, de summa librarum centum.

Presentibus testibus domino Francisco de Ferro milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Lotheringhus de Montespertoli iudex consuluit, quod non est utile teneri Consilium super absolute dictorum statutorum. In alia propositione consuluit secundum propositionem predictam.

Pela Gualduccii consuluit secundum dictum suprascripti Manecti.

Rimbaldus de Minutolis consuluit secundum dictum domini Lotheringhi.

Ser Rustichellus Bernardi notarius consuluit secundum dictum primi Sapientis.

¹ * Eodem die et testibus *.

² * Capitaneus *.

Dominus Gualterius de Gangareto iudex consuluit, quod si dicta absolutio dictorum statutorum fieri potest, fiat; alioquin non. In alia *propositione* consuluit secundum *propositionem*.

Iohannes Donati Olliverii consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit xxxiiij super absoluteione dictorum statutorum, secundum *propositionem*; nolentes fuerunt *xxxviiiij*¹.

Item, super alia *propositione*, placuit lxx secundum *propositionem*; nolentes fuerunt iij.

Die viiiij^o mensis martii.

²* In Consilio Centum virorum, congregato in coro ecclesie Sancti Petri Scradii, proposuit dominus³ Iacobus iudex et assessor domini Capitanei, presentibus Prioribus et Vexilifero*:⁴ Si videtur dicto Consilio teneri Consilia opportuna super absoluteione statutorum [facientium] devetum quacumque de causa, de hiis qui vetiti sunt posse eligi in [Potestate]m Comunis Florentie, pro sex mensibus venturis, initiandis in kalendis mensis iulii [proxime] venturi: salvo in eo quod dicitur quod Potestas sit milex et etatis triginta sex annorum.

Presentibus testibus [domino Francisco de Ferro milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

[c. 88^r] Dominus Gualterius de Gangareto iudex consuluit secundum *propositionem* predictam [.

Dominus Loetheringhus de Montespertoli iudex consuluit secundum *propositionem* predictam [.

Facto partito super predictis [.] placuit lviiiij secundum [.] *propositionem*; nolentes [fuerunt] [.]

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum Iudicem et assessorem domini Capitanei, presentibus Prioribus et Vexilifero.

Dominus Maffeus Tedaldi iudex consuluit secundum *propositionem* predictam.

Factis partitis super predictis per dictum Iudicem, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lij secundum *propositionem*; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum Iudicem.

Macza de Amiratis consuluit secundum *propositionem*.

¹ * xlv*.

² Di fronte, nel margine esterno: "per A."

³ Qui aveva cominciato a scrivere *Capitaneus* ("Cap"), e cancellò.

⁴ * In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium, et etiam in Consilio Centum virorum proposuit dominus infrascripta*.

⁵ Nel margine interno, di fronte a questo e ai due successivi Consigli: "per A."

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Macze.

Die xvij^o mensis martii.

In Consilio speciali domini Defensoris proposuit dominus Franciscus miles¹ d. Capitanei: Si videtur dicto Consilio quod Potestates dentur et concedantur pro Comuni Florentie infrascriptis terris, videlicet: Comuni et hominibus populi Sancti Laurentii de Plano Alberti; item Comuni et hominibus castri Sancti Mariani Vallis Arni, usque ad kallendas ianuarii proxime venturi; item Comuni et hominibus Montis Varchi, usque ad kallendas iulii proxime venturi; item Comuni et hominibus de Barbarino, usque ad kallendas ianuarii proxime venturi; item Comuni et universitati de Capraria, usque ad kallendas ianuarii proxime venturi; item Comuni et hominibus populi Sancti Stefani de Monteficalli, usque ad kallendas ianuarii proxime venturi; item populis Sancti Iohannis et Sancti Iacobi et Sancti Andree de Monterappolli, usque ad kallendas ianuarii proxime venturi; item Comuni et hominibus de Gangalandi, usque ad kallendas iulii proxime venturi; item populo et Comuni Sancte Marie de Riccasoli.

Presentibus testibus ser Bindo Cambii notario Priorum et Vexiliferi et Leone Poggi precone domini Capitanei, et aliis.

Noffus Guidi consuluit, quod dicte Potestates concedantur, et vadant ad scriptinium.

Dominus Maffeus Tedaldi iudex consuluit, quod dividantur per sextum, et vadant ad brevia.

Massarius Raffacanis consuluit, quod vadant ad brevia.

Factis partitis super predictis ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti Massarii.

[c. 88^o] ¶ In Millesimo cc^o lxxxiiiij^o, indictione vij^o.

Die xxviii^o mensis martii. Alibi notatum in quaterno ¶ signato per "G".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium et Vexilifero Iustitie, omnia infrascripta.

Primo videlicet, super obmissis de presenti mense martii prorogandis in futurum mensem aprilis.

²Item, super expendendo libras centum sedecim florenorum parvorum in sex et pro sex drappis deauratis emptis pro Comuni, pro honorando dominum regem Karolum et dominum Regem Ungarie et dominam Reginam; solvendas³ Fino Dricte commoranti ad Cameram Communis, pro ipsis expendendis dicta de causa.

Item, super solutione facienda domino Cactello comiti de Colligalli consistabili xxxviiiij^{em} militum, non computata persona sua in dicto numero, pro se ipso et dictis militibus, per tempus duorum mensium iniciatorum die xv presentis mensis martii, ad rationem

¹ Il testo ha "milit".

² A questo e a tutti i successivi "Item" stanno di fronte, nel margine esterno, le sigle "a. n."; le quali forse precedevano anche al paragrafo primo, ma non si veggono per esser lacera e macchiata la carta.

³ Il testo ha "solvendarum".

librarum xxiii^{ff} florenorum parvorum pro ipso consistabili, paga dupla, banderia et trumbecta; et librarum duodecim florenorum parvorum pro quolibet ipsorum militum; per mensem.

Item, super emendatione equi Bartholomei Inluminati de Pistorio olim soldati dicti Communis, in quantitate xxv florenorum auri minus soldos xx florenorum parvorum, secundum formam stantiamenti super hoc editi et scripti per ser Tancredum notarium.

Item, super eo quod ultra numerum berrovariorum quos domini Priores et Vexilifer Iustitie nunc habent, qui numero sunt trigintaduo, dicti domini Priores et Vexilifer possint habere et tenere, ad stipendia dicti Communis et ad eorum et dicti Communis servicia, octo berrovarios ad stipendia et salarium librarum quinque florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem, usque ad medium mensem maii proxime venturi, pro tempore futuro, iniciando die qua ipsi berroarii venient ad civitatem Florentie et iurabunt de eorum officio exercendo.

Item, super viginti pedibus conducendis ad servitia Communis Florentie, usque ad kalendas mensis ianuarii proxime venturi, ad salarium duorum florenorum auri per mensem pro quolibet eorum pro futuro tempore, iniciando die qua ipsi iuraverint eorum officium, et per sex dies ante pro eorum adventu: qui teneantur et debeant servire et ad sindicatum stare, secundum provisionem dominorum Priorum et Vexiliferi presentium et futurorum.

Item, super libris xv^{im} florenorum parvorum dandis Canonicis ecclesie Sancti Petri Scradii, pro copertura dicte ecclesie.

Item, super libris *ij*^m*¹ et ij^c modiis calcine dandis, secundum formam statuti, fratribus Sancte Marie Novelle in subsidium dicte ecclesie, in termino duorum annorum: que solutio fiat terminis in statuto contentis.

Item, super iiiij libris solvendis Falcho de Falchoneriis, Passe Finiguerre, Riccho del Magistro et Mandato Pilastri, officialibus per officium dominorum Priorum et Vexiliferi electis super opere ecclesie Sancte Reparate, pro ipsis expendendis in dicto opere, sicut viderint convenire.

Presentibus testibus domino Francisco dal Ferro milite domini Capitanei et Leone Pogii eius preconis, et aliis.

[c. 89^r] Dominus Gualterius de Gangareto iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et ballotatas, placuit omnibus numero || secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt †

Die penultimo mensis martii.

²In Consilio speciali domini Defensoris et Capitulum^{im} xij maiorum || Artium proposuit dominus Capitaneus omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, facto die xxviii presentis mensis martii.

Presentibus testibus domino Francisco dal Ferro milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius preconis, et aliis.

¹ * iiiij *.

² Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per A."

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit secundum propositiones predictas.
Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit omnibus numero lx secundum propositiones predictas.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitulum^{cin} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum, presentibus Prioribus et Vexilifero.

Item, quomodo electio Sex de blado fieri debeat et eorum sex nuntiorum, pro duobus mensibus venturis, iniciandis in kallendis mensis aprilis proxime venturi.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones. Item, quod dicta electio dictorum Sex de blado et eorum nuntiorum fiat¹ secundum formam statuti.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Latini.

Die septimo intrante mense aprilis. Alibi notatum est in quadam cedula et in quaterno Camere signato per "G".

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexilifero.

Primo videlicet, petitionem Approbatorum securitatum magnatum, de solutione eis facienda pro duobus mensibus, videlicet ianuarii et februarii proxime preteritis.

³Item, de quinquaginta carceratis obferendis in Pascate Resurexionis Domini nostri Iehsu Christi; et quomodo eligi debeant dicti carcerati obferendi.

Item, de quadringentis libris solvendis Fratribus Sancti Spiritus, secundum formam statuti.

Item +⁴

[c. 90^r] Nitti Cacciaf^uori consuluit, quod

{per officium domin||

{carcerati cern||antur per duodecim bonos viros eli||gendos per Priores || et Vexiliferum||, videlicet duos p||er sextum||.

Ser Uguccione Ruge||rocti consuluit, quod Approbator||es habeant salarium consuetum.

{Item||, quod utile est teneri Consili||a super || propositionibus.

Item, quod carcerati ||obfe||rendi cernantur per Priorem fratrum|| ,

Guar||dianum fratrum Minorum et Priorem Sancti Spiritus.

Dinus Pecora consuluit, quod dicti carcerati cernantur per duodecim bonos viros eligendos per Priores et Vexiliferum, videlicet duos per sextum. In aliis omnibus consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Qui omettiamo "hoc modo videlicet", che il notaro avrebbe dovuto cancellare dopo scritto "secundum formam statuti".

² Di fronte, nel margine interno: "per B.".

³ Precedono nel margine le sigle "a. n.".

⁴ Il resto di questa carta 89^r (circa una diecina di righe) e tutto il tergo son bianchi.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lxvij. super salario Approbatorum, secundum dictum ser Ugniccionis; nolentes fuerunt iiij.

Item, super aliis omnibus placuit lxiiij. secundum propositiones; nolentes fuerunt¹ vij. Presentibus testibus domino Francisco dal Ferro milite domini Capitanei et Leone Poggi eius preconone, et aliis.

Die octavo mensis aprilis.

²In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum, facto die septimo presentis mensis aprilis: excepto de salario Approbatorum securitatum magnatum.

Presentibus testibus domino Francisco dal Ferro milite domini Capitanei et Leone Poggi eius preconone, et aliis.

Neri Rube consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liiij secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Defensorem et Capitaneum.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Arrighi.

Eodem die.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus de via mictenda per viam Sancti Proculi, secundum provisionem Priorum et Vexiliferi.

Nerus Cambii consuluit secundum propositionem, et quod Priores et Vexilifer eligant illos ||qui|| debeant dividere pecuniam solvendam pro expensis neccessariis pro dicta v|ia mictenda|.

Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Neri.

[c. 90⁴] ||Die mensis aprilis .

||In|| Consilio Capitudinum ||xij||^{cim} maiorum Artium et aliorum Sapientum elect^orum per officium dominorum Priorum et Vexiliferi Ius||titie|| proposuit dominus Capitaneus: Quomodo el||lectio|| futurorum Priorum fieri debeat.

Presentibus testibus ser Bindo Cambii notario P||riorum|| et Braccino Bracc||ii|| et Leone Poggi preconibus domini Capitanei.

Ser Torna de Remolo notarius consu||luit||, quod electio dominorum|| Priorum|| fieri debeat

¹ Il testo ha "fue", manca cioè l'r con la relativa abbreviatura.

² Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B."

hoc modo, videlicet: quod quelibet¹ Capitudo eligat bonos viros per sextum, et Sapientes cuiuslibet sextus eligant duos per sextum; et postea fiat scrupinium more solito.

Borghus Rinaldi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant sex per sextum; dummodo illi de uno sextu faciant illos sex de alio sextu: et sit in provisione dominorum Priorum et Vexiliferi, qui sextus debeat eligere illos sex de alio sextu. Et postea fiat scrupinium more solito.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit maiori parti secundum dictum dicti Borghi.

Eodem die et testibus.

²In Consilio Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum, electorum per officium dominorum Priorum et Vexiliferi Iustitie, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio * illorum sex quibus voces dentur pro officio Vexiliferi Iustitie fieri debeat *.³

Pela Gualduccii consuluit, quod Priores et Vexilifer eligant dictos sex, de sextu Burgi. Ser Datus Cacciafuori consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus nominent unum in sextu Burgi.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Pele.

Die xxij^o mensis aprelis.

⁴In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio utile fore teneri Consilia opportuna super provisione per Priores et Vexiliferum facta super sententiis latis et ferendis per Potestatem et Capitaneum.

Item, super obmissis per Potestatem et Capitaneum eorumque familias, Priores Artium et Vexiliferum, de presenti mense aprelis, prorogandis in futurum mensem maii.

Presentibus testibus domino Francisco del Ferro milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone.

Ser Uguccione Rugerocti notarius consuluit secundum propositiones; et quod illud idem intelligatur et observetur de sententiis et pronuntiationibus ferendis et faciendis toto tempore regiminis presentis Potestatis.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit idem: hoc salvo, quod terminus sit solummodo usque ad kallendas iulii super sententiis ferendis.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxx, super facto sententiarum latarum et ferendarum usque ad kallendas iulii, secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super obmissis placuit lxxij secundum propositionem, nolentes fuerunt j.

¹ Il testo ha "qualibet".

² Di fronte, nel margine esterno: "per A.".

³ * Vexiliferi Iustitie fieri debeat *.

⁴ Di fronte, nel margine esterno: "per B.".

[c. 91^r] [Die xxiii^o mensis aprilis].¹

² In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, facto die xxiiij presentis mensis aprilis.

Presentibus testibus domino Francesco del Ferro milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Girolamus Salvi consuluit, quod terminus in futuris sententiis sit solummodo usque ad kallendas mensis maii.

Ser Neri Orlandi notarius consuluit idem.

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit secundum dictum superscripti Girolami.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liiiij, super facto sententiarum hactenus latarum, secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item placuit xlvij super facto sententiarum de cetero ferrendarum per dominum Potestatem usque ad kallendas maii: illi vero qui voluerunt usque ad kallendas iulii fuerunt xiiij.

Item placuit lviiij super obmissis secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii Potestatis, sex nuntii Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris condemnationum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici.

Bindus Neri Ambroxii consuluit secundum propositiones. Item, quod dicti nuntii eligantur per sextus.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti * Bindi *³

Eodem die et testibus.

⁴ In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum, electorum per offitium dominorum Priorum et Vexiliferum Iustitie, proposuit dominus Capitaneus de parlamento suspendendo toto tempore presentium Priorum et Vexiliferi.

Benci Amati consuluit, quod parlamentum suspendatur.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Benci.

¹ Questa data si rileva dal testo del corrispondente Consiglio generale del Comune nel Registro IV delle *Provisioni*, a c. 3.

² Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B."

³ * Neri *.

⁴ Di fronte, nel margine interno: "per A."

Die veneris xxij^o aprilis.

¹ **In** Consilio et Parlamento congregato in ecclesia Sancte Reparate ad sonum campane, coram Potestate et Capitaneo et Prioribus et Vexilifero Iustitie iuraverunt d. Raynaldus d. Manentis de Spoletto novus capitaneus, et sui Iudices, Milites, notarii et berroarii; computato eis iuramento per me B. notarium subscriptum.
Presentibus testibus ser Marcho Consilii notario Priorum et Leone Poggi precone, et aliis.

[c. 91^o] [Die xxvij^o mensis aprilis].²

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus presentibus Prioribus et Vexilifero [infrascripta].

Primo videlicet, [de coquina Pallatii Comunis Florentie]³ de locho in quo nunc est removenda et alibi facienda, et de habitatione et mora domini [Potestatis crescenda; et super expensis de pecunia Comunis propterea faciendis, usque in quantitatem librarum v florenorum parvorum, solvendarum [officialibus ad hoc eligendis per Priores et Vexiliferum.

Item, in construendo et reactando carcere Comunis in quo detineri et custodiri debent magnates, possit expendi de [pecunia] Comunis usque in quantitatem librarum ij florenorum parvorum, solvendarum illis personis qui ad hec per Priores et Vexiliferum electi fuerint.

⁴ **Item**, pro fonte vivo, qui est ante hospitale Bigalli, in strata publica per quam itur Aretium,⁵ reatando, possit expendi usque in quantitatem librarum xxx florenorum parvorum de pecunia Comunis, solvendarum officiali ad hoc eligendo per dominos Priores et Vexiliferum.

Item, super petitione domini Giani de Cierchis, facta super emendatione cuiusdam sui equi, in quantitate viginti florenorum auri.

Item, quod de mensibus maii iunii iulii augusti et septembris, et de quolibet dictionum mensium, Priores et Vexilifer possint ponere et eligere in Consilio Centum usque in numerum viginti Consiliariorum.⁶

Presentibus testibus domino Francisco dal Ferro milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit lviiiij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

² Questa data è espressa nel corrispondente Consiglio del Comune, del dì 5 maggio, nel citato Registro IV delle *Provisioni*, a c. 5^o.

³ Supplito qui ed appresso col Protocollo II delle *Provisioni*, a. c. 121.

⁴ A questo e all' "Item" che segue precedono in margine le sigle "a. n."

⁵ Il testo ha "Aretii".

⁶ Nel margine, di fronte a questo paragrafo, è appuntato: "Super hoc aliquid notatum in Consilio Potestatis".

* Die xxviii^o mensis aprelis *.¹

² In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum^{ci} xij maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum.

Presentibus testibus domino Francisco dal Ferro milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Neri Guidinghi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit omnibus numero lviii^o secundum propositiones.

Eodem die et testibus.

³ In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum^{ci} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Loctus Uberti consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum super predictis, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Locti.

[c. 92^r.] Die xiii^o mensis maii .⁴

⁵ In Consilio Centum virorum, presentibus Prioribus et Vexilifero, proposuit dominus Raynaldus domini Manentis,⁶ de Spoleto, capitaneus et defensor civitatis Florentie, infrascripta.

⁷ Primo videlicet, de xxv^o libris expendendis ad provisionem Priorum, de summa librarum centum que possunt expendi de presenti in ense maii.

* Item, factum hospitalis Sancti Galli, videlicet cui Ar^s ti^o correctio dicti hospitalis debeat assignari*.

¹⁰ Item, de libris iiii^o florenorum parvorum expendendis in opere Sancte Reparate, de pecunia Communis, et dandis officialibus positus vel ponendis per Priores et Vexiliferum ad ipsum opus procurandum.

Item, de libris iiii^o florenorum parvorum dandis et solvendis Dominabus de Burgo Sancti Laurentii, pro edificanda ecclesia Beati Salvatoris, que edificatur in loco qui

¹ * Eodem die et testibus*.

² Di fronte, nel margine esterno "per A.", sostituita a "B.".

³ Di fronte, nel margine esterno: "per A.".

⁴ Si supplisce questa data col testo della prima proposta nel cit. Protocollo II delle *Provisioni*, a c. 121.

⁵ Di fronte, nel margine interno: "per B.".

⁶ Si supplisce il nome del Capitano con la intestazione di altri Consigli presieduti dal medesimo, che si leggono nel Registro IV delle *Provisioni*, a c. 8 e 9.

⁷ Precedono, nel margine, le sigle "a. n.".

⁸ Supplito col testo d'un Consiglio speciale e generale del Capitano e Popolo e delle Capitadini delle Arti del 19 maggio, a c. 8 del Reg. cit. delle *Provisioni*.

⁹ Qui si omette un "debeat", meglio ripetuto appresso.

¹⁰ A questo e ai tre seguenti "Item" precedono nel margine le solite sigle "a. n.", e la indicazione "per h", cioè di un quaderno o foglio segnato per h.

dicitur Croce de Via; quas dicte Domine habere debent pro residio vij l^{ra} librarum eisdem solvendarum secundum formam statuti, occasione predicta.

Item, quod triginta berroariis dominorum Priorum solvatur eorum solitum salarium pro tribus mensibus iniciandis in medio mensis maii presentis, ad rationem librarum quinque florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem.

Item, super eo quod domino Bernardino de la Porta de Parma olim defensori et capitaneo civitatis Florentie, pro sex mensibus preteritis, vel suo legitimo procuratori, satisfiat integraliter de omni salario quod ipse et Iudex gabelle habere debent a Comuni predicto per formam statutorum et ordinamentorum dicti Comunis, ac si venisset cum tota sua familia in termino in statuto contento; non obstante quod ipse et sua familia solummodo fuerint in civitate Florentie die xij intraute mense *novembris*¹ proxime preteriti.

² **Item**, super eo quod domino Capitaneo presenti addantur duo notarii forenses, qui cum eo et sua familia morentur usque ad kallendas novembris proxime venturi; et finito eorum officio stent ad syndacatum; cum salario librarum centum florenorum parvorum pro dicto tempore a Comuni solvendo. Item addantur sibi sex berroarii forenses pro predicto tempore et modo predicto, cum salario librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem et ad rationem mensis. Et inicietur eorum solutio die qua iuraverint in Consilio domini Capitanei vel coram dominis Prioribus et Vexilifero de eorum officio faciendo; et ultra dictum tempus satisfiat eisdem pro quatuor diebus pro eorum adventu, ad rationem predictam.

³ **Item** negocium Guidi Guscialferri.

Presentibus testibus domino Licto de Spoleto milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Niti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod hospitale Sancti Galli detur in custodia Artis Lane, pro uno anno proxime venturo.

Rugerinus domini Benci consuluit idem: salvo quod hospitale Sancti Galli detur in custodia Artis Lane, Artis Campsorum et Artis Mercatorum Porte Sancte Marie.]

Ser Carradore Giraldi consuluit secundum propositiones; et quod in Capitaneo et Prioribus et Vexilifero remaneat provisio Sancti Galli.

* Facto partito*⁴ super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit l] secundum propositionem; nolentes fuerunt xxvij.

[c. 92^{ra}] [Eodem die].

[In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea que d[ic]te predicto firmata fuerunt in Consilio Centum virorum: ex[ce]pto de xxv libris expendendis ad voluntatem Priorum].

Presentibus testibus domino Licto milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi consuluit secundum propositiones predictas.

¹ *decembris*.

² Precedono nel margine le sigle "a. n. c.", che vuol dire "alibi notatum" in un quaderno o foglio segnato per "C"; come appresso vuol dire, in un quaderno o foglio segnato per "R".

³ Precedono nel margine le sigle "a. n. R".

⁴ *Factis partitis particulariter*.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvij secundum propositiones; nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, de fornacibus faciendis pro Comuni, et de precio calcine et matonum ordinando, secundum formam statuti domini Capitanei.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones. Item, quod predictum capitulum loquens de fornacibus suspendatur ad presens quousque placuerit Prioribus et Vexilifero.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Nini.

Die xvij^o maii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "h" et per "j".

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, si videtur Consilio utile fore teneri Consilia super infrascriptis.

²Primo, super eo quod *possit expendi* usque in quantitatem librarum centum quinquaginta florenorum parvorum in facto concordie tractande et faciende inter Comune Senarum et Comune *Montispulciani*,³ per Camerarios solvendarum et assignandarum Piero Lupi de Isola, et per ipsum Pierum expendendarum dicta de causa.

⁴Item, super facto monete auree, silicet super ordinamentis noviter factis.

Presentibus testibus domino Liecto milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Niti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxv secundum propositiones; nolentes fuerunt viij.

Die xviii^o maii.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea que firmata fuerunt in Consilio Centum, facto die xvij^o presentis mensis maii.

Presentibus testibus domino Nicchola de Spoleto milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Dominus Donatus Alberti iudex consuluit secundum propositiones; salvo quod ordinamentum quod loquitur quod bilanciole possint teneri, sit cassum.

Manectus Tiniozzi consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Di fronte, nel margine esterno, le sigle "a. n."

³ * Podii Boniczi *.

⁴ Di fronte, nel margine esterno: "a. n. j"; cioè nel quaderno segnato per "j".

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit l*j* secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

[c. 93^r] Eodem die et testibus¹.

² In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum x*j*^{ci}m maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

³ Item factum hospitalis Sancti Galli civitatis Florentie, quod recipiatur sub protectione et defensione Comunis Florentie; et cui Arti custodia et correctio dicti hospitalis debeat assignari; et per quantum tempus.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum propositiones. Item, quod hospitale Sancti Galli remaneat in provisione Priorum et Vexilliferi: cum hac tamen conditione, quod illa Ars cui assignabitur dictum hospitale, fiat dicta assignatio⁴ per unum annum.

Miglaccius Salvi consuluit secundum propositiones. Item, quod dictum hospitale recipiatur pro Comuni, et assignetur per unum annum Arti Campsorum vel Arti Lane vel Arti Mercatorum Porte Sancte Marie; et cui ipsarum Artium assignari debeat sorte dirimatur; et illa Ars cogatur eum recipere.

Lapus Rinuccini consuluit secundum propositiones. Item, quod dictum hospitale detur in custodia Artis Lane si dicte Arti placuerit, ad terminum quem Capitaneus et Priores voluerint.

Taldus domini Maffey Tedaldi consuluit secundum propositiones. Item, quod propositio hospitalis Sancti Galli differatur.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones et dictum Migliacci supra-scripti.

Facta sorte secundum tenorem dicte reformationis, sors venit Arti Porte Sancte Marie.

Die xx*j* mensis maii.

In Consilio Capitudinum x*j*^{ci}m maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quomodo eligi debeant Domini monete auree, qui esse debent duo, et alii officiales, silicet duo affinatores et duo remitatores, et unus notarius.

Ghinus Davancci consuluit, quod dicta electio fiat ad scrupinium.

Borghus Rinaldi consuluit, quod Capitudines x*j*^{ci}m maiorum Artium eligant quatuor mercatores⁵ Kallismale, quatuor campsores, octo orifices et quatuor notarios; et postea fiat scrupinium, et qui plures voces habuerint sint⁶ in dictis offitiis.

Albertus de Iudice consuluit, quod quelibet Ars det in scriptis dictos officiales, et postea fiat scrupinium.

¹ Questa e le successive mancanze di questo Consiglio si suppliscono, in parte, col testo del Consiglio medesimo del 19 maggio, ora citato.

² Di fronte, nel margine interno: "per B."

³ Di fronte, nel margine interno: "per A."

⁴ Così il testo.

⁵ Il testo ha "mercatore".

⁶ Il testo ha "sit".

Presentibus testibus domino Licto milite domini Capitanei et¹ Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Alberti.

Die xxiiij^o mensis maii. Alibi notatum in quaterno bambacis signato per "H". Congregatum fuit hoc Consilium ad sonum campane Potestatis.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta. Primo videlicet, de feriis indicendis usque ad kallendas mensis iunii proxime venturi, super omnibus et singulis [causis], excepto super maleficiis criminaliter cognoscendis. Item, de obmissis de presenti mense maii prorogandis in futurum mensem iunii. Item, super eo quod Banitores Communis Florentie potuerint et possint fecisse et [facere] officium bannitorum, quousque dictum officium vendetur vel concedetur pro Comuni predicto.

[c. 93^o] [Item] [exa ctione librarum et]

[.]²
[Item, su^o per solutione] facienda d. Catello de Colligalli consistabili Communis Florentie, pro duo³ bus mensibus initiatis die xv^o presentis mensis maii, ad [rationem] [.]

Item, super solutione facienda [Pesce filio Guscii Pescis castellano Montis] Chuccheri, ad solitam rationem, pro duobus mensibus initiatis in medio mensis aprilis proxime preteriti.

Item, super eo quod Bonaccursus [de Boscholis et Ingilbertus Acciarii] possint et debeant assignare dominis Prioribus [et Vexilifero] presentibus centum septuaginta quatuor ballistas et unum archonem quem et quas emerunt pro Comuni, pro pretio mille xxxiiij librarum et soldorum xv^o florenorum parvorum, que sunt in domo Priorum; et quod Priores teneantur assignare futuris Prioribus et Vexilifero, et sic fiat de offitio in offitium.

Presentibus testibus domino Licto milite domini Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

Ser Uguccione Rugerocti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxxvij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus. Congregatum fuit dictum Consilium ad sonum campane Communis Florentie.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, presentibus dominis Prioribus et Vexilifero.

¹ Qui il notaro aveva cominciato a scrivere Leone Poggi ("Leo"), e cancellò.

² Questa proposta concerneva la balia da darsi ai Priori e al Gonfaloniere di provvedere circa l'esazione delle lire, prestanze e fazioni del Comune imposte e non pagate, dall'aprile del 1286 in poi; deputando anche a ciò ufficiali ec. Vedasene il testo nel Reg. IV delle *Provisioni*, a c. 9^o.

³ Si supplisce, qui ed appresso, col testo del cit. Reg. delle *Provisioni*, a c. 10 e 10^o.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvj secundum propositiones; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, super ambaxiata et petitione ambaxiatorum Comunis Bononie.

Ghinus Davanczi consuluit, quod responsio fiat ambaxiatoribus Bononie secundum provisionem domini Capitanei, Priorum Artium et Vexiliferi Iustitie et duodecim bonorum virorum ad hoc habendoram. In aliis consuluit secundum propositiones.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones: hoc addito, quod questiones remaneant in eo statu in quo nunc sunt; et quod testes qui iuraverunt possint deponere dicta sua. Item, quod negocium ambaxiate Comunis Bononie remaneat in Capitaneo, Prioribus et Vexilifero, secundum quod eis videbitur.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones factas in aliis Consiliis.

Item, super facto ambaxiate Comunis Bononie, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti Ghini.

[c. 94^r.] ||Die mensis iunii||.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, de xxv ||libris expendendis|| ad provisionem Priorum de presenti mense maii||.

²Item, de uno notario eligendo medium
mensem iulii proximi, cum salario ||.

Item, super solutione G|| salario offitii
consignandi stipendiarios.

Item, super solutione librarum v|| salario offitii
extimandi equos ambaxiatorum.

Item, super solutione librarum xxv || secundum formam sue
petitionis.

Item, super solutione facienda *Doffo *³ || castellano Montistignosi et quinque
suis peditibus, pro tribus mensibus.

Item, super libris c expendendis in refficiendo|| tonatum Pontis
Veteris, dandis officiali ad hoc electo.

Item, super solutione soldorum c florenorum parvorum facienda ser Rogerio Ughi Albiczi et Cambio Aldobrandini Bellincionis, quas ipsi asserunt expendisse pro Comuni.

Item, *super* solutione librarum cxxxv florenorum parvorum facienda ser Rustichello Bernardi et sotiis emptoribus gabelle vini, pro restitutione dampnorum suorum habitorum pro vino grecho vendito per quosdam Pisanos sine gabella.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e a' due Consigli che seguono: "per B."

² A questo e a tutti i successivi "Item", eccetto che all'ultimo, precedono in margine le sigle "a. n."

³ * Bindo *.

Item, super solutione librarum xvj florenorum parvorum facienda Cerre albergatori, pro pensione et stalatico sui hospitii, in quo hospitatus fuit d. Capitaneus eiusque familia.

Item, super petitione Consulium Artis Mercatorum Porte Sancte Marie, super quodam pedagio ordinato in civitate et districtu Mantue.

Item, super petitione Vanni Angellocti, facta super cambio faciendo de una petia terre cum d. Abbate Sancti Salvi.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones.

Placuit lxvij secundum propositiones, nolentes fuerunt vij.

Presentibus Leone Poggi precone et Rubeo Rustichelli populi Sancti Benedicti nuntio Capitanei.

Eodem die. Signati per "d", Capitudines; et per "q", Credencia, *non interfuerunt Consilio.*

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cm}xij maiorum Artium proposita fuerunt omnia suprascripta, firmata in suprascripto Consilio Centum virorum; excepto de libris vigintiquinque expendendis ad provisionem Priorum, de presenti mense iunii. Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Ser Torna de Remolo notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cm}xij maiorum Artium ||proposita|| fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Bachinus ser Guidonis de Lucho consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Bacc||hini||.

[c. 94¹] | Die mensis iunii .

|| In Consilio speciali domini Defensoris proposuit dominus Capitaneus: Si videtur¹ Consilio quod ||Potestate s conceda ntur pro Comuni Florentie infrascriptis terris, videlicet et Comuni Ganghareti, ||item|| Comuni et populo Sancti M||

|| Ruffignani de Somaia, item Comuni Gaville.

Ser Ninus de Cantoribus notarius ||consuluit, quod Potestates concedan tur hominibus de Gaville et de Ganghareto et aliis ||

Ruffolus de Ruffolis consuluit, ||quod Potestates concedantur su||prascriptis quatuor terris, et dividantur per sextus.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Ruffoli.

¹ Supplito, qui ed appresso, col riscontro di altri consimili luoghi di questi Consigli speciali del Capitano.

Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius
precone, et aliis.

Die xiiij mensis iunii.

¹ In Consilio Capitudinum xij ^{cin} maiorum Artium et aliorum Sapientum per Priores et
Vexilliferum electorum, requisitione nuntiorum, sequendo formam Ordinamentorum
Iustitie, et congregato in ecclesia Sancti Petri Scradii, proposuit dominus Capitaneus:
Quomodo videtur dicto Consilio quod electio novorum Priorum fieri debeat.

Presentibus testibus ser Marcho Consilii *notario Priorum*² et Leone Poggi precone.
Borghus Renaldi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant sex
bonos viros in suo sextu, et quilibet Prior eligat duos in suo sextu; et postea fiat
scriptinium more solito.

Dante Renaldi consuluit, quod Capitudines et Sapientes eligant xij ^{cin} bonos viros in alio
sextu, et postea fiat scriptinium: et hoc modo illi de sextu Ultrarni eligant illos de
sextu Sancti Petri Scradii, et illi de sextu Porte Domus eligant illos de sextu Ultrarni,
et illi †

Neri Guidinghi consuluit, quod³ Capitudines cuiuslibet sextus, cum Sapientibus eius-
dem sextus, eligant quatuor bonos viros *pro suo sextu*;⁴ et postea fiat scriptinium.

Pierus Foresii consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant in suo
sextu xij ^{cin} de duodecim Artibus, qui vadant ad scriptinium.

Ghinus Davancci consuluit, quod Capitudines cuiuslibet sextus eligant sex bonos viros
in suo sextu, et Sapientes alios sex; et postea fiat scriptinium solito more.

Girolamus Salvi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant
*duos*⁵ per sextum; et postea fiat scriptinium.

Iacobi consuluit, quod Capitudo cuiuslibet Artis det duos per sextum, et
Sapientes || per sextum; et postea fiat scriptinium.

Placuit secundum dictum Girolami predicti.

[c. 95^r] Eodem die et testibus.

In Consilio Capitudinum et duorum Sapientum per sextum proposuit dominus Capita-
neus: Quomodo electio illorum sex quibus dentur voces pro Vexillifero Iustitie
fieri debeat.

Noffus Guidi consuluit, quod || illo sextu in quo electio
debebit fieri, eligant unum bonum et sufficientem virum.⁶

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis || || su-
prascriptis.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² * milite Capitanei *.

³ Qui si omette "quolibet" cancellato. Pare volesse scrivere *quolibet Capitudo*.

⁴ * per sextum *.

⁵ * unum *.

⁶ Riempite questa e le precedenti lacune col riscontro della rubrica degli *Ordinamenti di Giustizia* che tratta dell'elezione del Gonfaloniere, e col testo di altre consimili proposte bimestrali, in questi Consigli.

Die xxj^o iunii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus: Si videtur Consilio utile fore pro Comuni teneri oportuna Consilia super provisione facta per dominos Priores et Vexilliferum super facto Naddi Ferrantini.

Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et ser Lapo Cinghiecti notario Priorum, et aliis.

Ser Ugniccione Rugerocti notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxx^o secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Ghinus Davanzi consuluit secundum propositionem predictam.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvij^o secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Miglaccius Salvi consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Migliaccii.

Item, in dicto Consilio, iuraverunt novi berroarii domini Pini potestatis.

[c. 95^o] Die xxvj^o mensis iunii¹.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Hegidius Petri de Bevangna iudex et assessor d. Capitanei, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie, omnia infrascripta. Primo videlicet, de obmissis per dominum Capitaneum et suam familiariam et etiam per Priores Artium et Vexilliferum Iustitie, de presenti mense iunii, prorogandis in futurum mensem iulii, et quod de eo licite et impune possint compleri.

Item, omnia que scripta sunt || ser Lapum Cinghiecti notarium Priorum et Vexilliferi Iustitie.

Item, de balia danda dominis Prioribus et Vexillifero Iustitie super exactione librarum, et super alibrando non alibratos, secundum solitum modum.

Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et ser Lapo Cinghiecti notario Priorum, et aliis.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Supplito, qui ed appresso, col testo intero di questo Consiglio nel Registro IV delle *Provisioni*, a c. 22 e 39, e col riscontro dei Consigli che qui seguono.

Facto partito super predictis per predictum Iudicem ad pissides et balloctas, placuit omnibus numero lxxxv secundum propositiones.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium **proposita** fuerunt predicta per predictum Iudicem et assessorem dicti domini Capitanei. **Ser Rogerius** Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas. **Factis** partitis super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit omnibus numero lvj secundum propositiones.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium **proposita** fuerunt predicta. **Latinus** Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas. **Facto** partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti **Latini**.

Eodem die et testibus.

¹ **In Consilio** speciali et Capitudinum, et aliorum Sapientum electorum per dominos **Priores** et Vexilliferum, proposuit dominus Hegidius assessor domini Capitanei de parlamento suspendendo, tempore presentium Priorum et Vexilliferi. **Ser Torna** de Remulo notarius consuluit, quod suspendatur secundum propositionem. **Facto** partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti ser **Torne**.

[c. 96^r] || Die mensis iunii.

² **In Consilio** proposuit dominus * || Egidius || ³ assessor domini Capitanei || de stipend ||. **Dominus Palmerius** Altoviti consuluit, quod suprascripta omnia remaneant in Prioribus et Vexillifero. **Facto** partito †

Die ultimo mensis iunii.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Egidius Petri de Bevangna assessor domini Capitanei: Quomodo eligi debeant sex nuntii domini Potestatis, sex nuntii domini Capitanei, quatuor nuntii Iudicis condemnationum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici. **Ghinus** Davanczi consuluit, quod dicti nuntii eligantur per Consiliarios et Capitudines dicti Consilii, per sextus.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per A."

² Nel margine interno, di fronte a questo e ai tre Consigli che seguono: "per A."

³ * Hegidius*.

Presentibus testibus ser Lapo Cinghietti notario Priorum et Braccino Braccii precone domini Capitanei, et aliis.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Ghini.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Egidius assessor domini Capitanei: Quomodo electio magistrorum mensuratorum et eorum notariorum fieri debeat. Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit, quod fiant per sextus.

Facto partito, placuit †

Die v̄ mensis iulii. Alibi notatum est in quodam medio folio banbaxis signato per "CC".

In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Egidius iudex et assessor domini Capitanei, presentibus Prioribus et Vexillifero: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis terris: primo videlicet terre Montis Varchi, usque ad kallendas ianuarii; item Comuni Montis Luchi de la Bernardingha, usque ad unum annum; item Comuni Montis Lupi, usque ad kallendas ianuarii; item Comuni et hominibus populi Sancti Donati de Castronovo et eius curia, pro uno anno iniciando die qua Potestas iverit ad dictum officium exercendum;¹ item Comuni et hominibus de Fighino, usque ad kallendas mensis ianuarii proxime venturi.

Presentibus testibus ser Lapo Cinghietti notario Priorum et Vexilliferi et Braccino Braccii precone d. Capitanei, et aliis.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit, quod concedantur. Item, quod dividantur per sextus, et postea fiat scriptinium in quolibet sextu per se; et qui plures voces habuerit sit Potestas.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit, quod fiat ad scriptinium per totum dictum Consilium, datis tribus in scriptis in quolibet sextu et qualibet terra.

Manectus Tiniozzi consuluit, quod vadant ad scriptinium.

* Factis partitis *² super predictis ad sedendum et levandum, placuit maiori parti dicti Consilii secundum dictum dicti ser Rogerii.

[c. 96^t] Die xiii^j mensis iulii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad voluntatem et secundum provisionem dominorum Priorum et Vexilliferi, de summa librarum centum que expendi possunt de presenti mense iulii.

Item, de solutione facienda || consistabilis quinquaginta novem militum seu equitum stipendiariorum Communis Florentie, non computata persona ipsius Puccii in dicto numero; pro tempore et termino || mensium iniciatorum in || kallendis mensis iulii; ad rationem videlicet xxiii^j florenorum

¹ Il testo ha "exercendo".

² * Facto partito *.

- auri pro pre dicto | Puccio, tanquam conistabili, et eius paga dupla, banderia et trumbecta, et octo florenorum auri pro quolibet dictorum stipendiariorum, per mensem.
- Item**, domino Cattello comiti de Colligalli conistabili xxxviii^m equitum, non computata persona ipsius in dicto numero, pro tempore et termino sex mensium iniciatorum die xiii^o mensis iulii; ad rationem duodecim florenorum auri pro sua persona, paga dupla, banderia et trumbecta, et sex florenorum auri pro quolibet dictorum militum, per mensem.
- Item**, Scolayno domini Arrighi de Prato conistabili xviii^m equitum, persona ipsius Scolayni non computata in dicto numero, pro dicto tempore sex mensium iniciatorum in kallendis iulii; ad rationem quatuordecim florenorum auri pro dicto Scolaino conistabili, et eius paga dupla, banderia et trumbecta, et ad rationem quinque florenorum auri et dimidii pro quolibet dictorum militum, per mensem.
- Item**, super solutione Castellanorum et suorum peditum pro sex mensibus; dummodo fiat eis solutio presentialiter pro tribus mensibus tantum.
- Item**, super emptione quorundam domorum et terrenorum existentium iuxta pratum Comunis, et super precio ipsarum domorum et terrenorum, de pecunia Comunis¹ solvendo, in quantitate et summa librarum mille xli^{arum} florenorum parvorum; et super ipsis domibus destruendis pro prato Comunis ampliando.
- Item**, super x^m libris solvendis Francisco Lombardo, purgatori Pallatii Potestatis et Capitanei, pro suo salario unius anni incepti in kallendis mensis ianuarii proxime *preteriti*².
- Item**, super solutione facienda Gano Foresii et ser Becto Viviani notario, officialibus super opere domorum que fiunt pro Comuni iuxta Pallatium Potestatis, pro eorum salario duorum mensium inceptorum die undecimo mensis maii proxime preteriti, ad rationem librarum iii^o ipsi Gano et librarum trium dicto ser Becto.
- Item**, Lucchesio Bonaccursi officiali qui tenet claves carceris mulierum, pro suo salario quinque mensium inceptorum die x^o mensis februarii proxime preteriti, ad rationem soldorum quadraginta florenorum parvorum per mensem.
- Item**, super expensis faciendis in quantitate librarum xxxvij et soldorum xvij et denariorum sex florenorum parvorum, solvendarum Piero serviciali Camere, pro ipsis expendendis, occasione rerum emptarum et expensarum factarum in festo et pro festo Beati Iohannis Baptiste, et pro panchis factis in ecclesia Sancti Petri Scradii, et in domo in qua fit moneta aurea pro Comuni.
- [c. 97^r] consuluit secundum propositiones
- Factis par titis ||
- existen |
- nolentes f uerunt |
- Item, super aliis | " nolentes # fuerunt ||.
- Presentibus testibus domino Niccola | milite domini Capitanei et Br accino Br accii eius precone, et aliis

¹ Il testo ha "Comuni".² *venturi*.

Die xv̄ mensis iulii.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus omnia |ea que firmata|| fuerunt in Consilio Centum virorum, facto die xiiij̄ presentis ||mensis iulii, excepto de|| xxv̄ libris expendendis ad provisionem Priorum.

Presentibus testibus domino Nicchola milite domini Capitanei et Leone Poggi ||eius precone, et aliis||.

Ser Ughuiccione Rugerocti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij super facto emptionis domorum prati; nolentes fuerunt viij.

Item, super aliis omnibus, placuit lvij secundum propositiones; nolentes fuerunt iiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Cecchus de Castello consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die xxj̄ mensis iulii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "h" et in quodam folio signato per "s".

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, super Pallatio pro Comuni Florentie faciendo, et de loco ubi Pallatium debeat fieri inveniando; * et de extimatione domorum, hedificiorum et terrenorum ubi Pallatium fiat. *

Item, super oblatione xxv̄ carceratorum, facienda die Beati Iacobi, vel ea die que videtur Prioribus et Vexillifero; dummodo nemo possit offerri nisi fuerit in carceribus Comunis ante kallendas mensis maii proxime preteriti: et quomodo et per quos provideantur deliberentur et eligantur * ipsi carcerati offerendi*.²

Item, super facto iuris redendi inter Florentinos et Pisanos, secundum ordinem adinventum per Sapientes utriusque Comunis.

³Item, de cccc libris dandis in opere Sancte Liperate, et assignandis Falcho de Falchneriis, Passe Finiguerre, Riccho del Magistro et Mandato Pillastris, officialibus pro Comuni ad hoc positis.

Item, de ducentis libris expendendis in reparatione Pontis Rubacontis, et de libris septuaginta expendendis in reparatione Pontis Veteris, dandis et assignandis officialibus electis seu eligendis ad reparationem ipsorum pontium, pro Comuni faciendam.

¹ Di fronte nel margine interno: "per B."

² * viginti *. Stava per ripetere *vigintiquinque*, e cancellò e sostituì come si vede.

³ A questo e al successivo "Item" precede in margine la lettera "h".

[c. 97⁴] ||Item et tenendo ||
	que dicitur	
	magnatum faciendo	
	et de loco	
	Potestatis et de	

Presentibus testibus domino Nichola milite domini Capitanei et Leone¹ Poggi eius
 precone, et aliis.

Nicti Cacciafuori² consuluit secundum || le^o ponatur
 in domo Guarda || ubi moratur || . Item, quod Priores
 et Vexillifer eligant || xij bonos viros ||³ per quos cernantur carcerati obferendi. Item,
 quod Priores⁴ et Vexillifer, cum || per sextum, provideant super loco in-
 veniendo in quo Pallatium fiat, et super || extimatione || et emptione domorum et ter-
 renorum ponendorum in dicto Pallatio.

Dominus Neri de la Gataia iudex consuluit secundum propositiones. Item, quod de
 facto Pallatii faciendi⁵ nichil proponatur in presenti Consilio, et quod differatur toto
 tempore presentium Priorum.

Pela Gualduccii consuluit, quod Priores et Vexillifer habeant septem postas, trium vel
 quatuor virorum per sextum, super loco Pallatii inveniendo; et in quo maior pars
 concordaverit procedatur. Item, simili modo habeant septem postas bonorum virorum
 per sextum, super extimatione domorum et terreni; et duo⁶ maiores summe et duo
 minores tertiantur,⁷ et de qualibet trie⁸ mediocrum⁹ vocum tollatur tertia pars.
 Item, quod leo ponatur ubi videbitur Prioribus et Vexillifero.

Gianus de la Bella consuluit †

Girolamus Salvi del Chiaro consuluit, quod Priores et Vexillifer eligant quos et quot
 voluerint ad providendum locum Pallatii, et ad faciendum extimationem predictam.

Fatius de Micciole consuluit secundum dictum domini Ranerii.

Dominus Albicuzus Corbinelli iudex consuluit †

Noffus Guidi consuluit secundum dictum dicti Girolami, super facto Pallatii.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit lvj quod
 super provisione facienda super facto Pallatii procedatur: volentes quod suspendatur
 dictum negotium tempore presentium Priorum fuerunt xxxj.

Item placuit lxxvij super expensis ecclesie Sancte Reparate secundum propositionem,
 nolentes fuerunt x.

Item placuit lxxxv super aliis omnibus secundum propositiones, nolentes fuerunt ij. Hoc
 addito, in ordinamentis cum Comuni Pisarum firmandis, quod terminus unius mensis
 aumentetur, si fieri poterit.

Item, quod in Prioribus et Vexillifero sit de xij^{cin} bonis viris, duobus per sextum, eligendis

¹ Supplito col riscontro delle *Provisioni*, Registro IV, c. 46⁴.

² Supplito c. s.

³ Supplito c. s.

⁴ Il testo ha "Priore".

⁵ Il testo ha "faciendo".

⁶ Il testo, qui ed appresso, ha "due".

⁷ Così argomentiamo che volesse scrivere il notaro, ma il testo ha "etiantur".

⁸ Così il testo.

⁹ Lezione incerta: potrebbe anche aver voluto scrivere *mediorum* e *mediarum*.

ad providendum deliberandum et eligendum predictos xxv⁶ carceratos inter masculos et feminas, ut dictum est offerendos; et illi de quibus ipsi xij^{6im} boni viri providerint offerantur ut dictum est.

[c. 98^r] Die xxij¹ mensis iulii.

In Consilio

et de loco ubi Pallatium pro Comuni Florentie fieri debeat inveniando, et de extimatione et emptione domorum, edificiorum et terrenorum.

Dominus Ranerius de la Gataia consuluit, quod Capitaneus, Priores et Vexillifer, cum certa quantitate Sapientum cum quibus postis Sapientum provideant super Pallatio. Et quod ad presens domus et terrena extimationis et valute librarum florenorum parvorum ad p.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit, quod Priores et Vexillifer, cum tribus vel quatuor postis Sapientum, provideant locum ubi Pallatium fieri debeat; dummodo locus predictus tangat in aliqua sui parte tres sextus ad minus; et quod secrete, secundum quod videbitur Potestati,² Capitano et Prioribus, fiat extimatio terreni et domorum omnium ponendorum in dicto Pallatio.

Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit secundum propositiones, Item, super loco Pallatii inveniando, consuluit quod Priores habeant v⁶ mutas Sapientum, in quantitate sex per sextum pro muta, de loco Pallatii; et secundum quod maior pars concordaverit ita fiat. Et quod, secundum formam statuti, secrete fiat extimatio terreni et loci.

Melliore Guadagni consuluit, quod provideatur locus per Sapientes, et secrete.

Pella Gualduccii consuluit secundum propositionem; et quod Capitaneus et Priores et Vexillifer inveniant modum inveniendi locum Pallatii, et quomodo extimatio fieri debeat: et hoc provideatur per quamplures mutas Sapientum.

Dinus Peccora consuluit, quod per Sapientes, habendos per plures mutas, reducantur in scriptis loci in quo³ Pallatium fieri debeat; et postea habeatur Consilium Civium cum sedecim Sapientibus per sextum per Priores eligendis, et tunc fiat scriptinium super dictis locis; et in quo maior pars concordaverit valeat. Et si extimatio fieri poterit secundum formam statuti, fiat; alioquin Capitaneus et Priores habeant bailiam inveniendi modum extimationis domorum et terreni.

Placuit lxx secundum propositionem, scilicet quod utile est de Pallatio faciendo, et quod utile est de hoc et super hoc teneri et fieri Consilia opportuna; nolentes fuerunt xvij. Item placuit lxx, quod in Prioribus et Vexillifero presentibus remaneat de habendo et eligendo illas et quas et quot mutas Sapientum voluerint, super loco Pallatii ordinando et stantiando; nolentes fuerunt xvij. Et in quo maior pars concordaverit sit firmum. Presentibus testibus domino Niccola Francisci de Spoleto milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone.

¹ Ved. appresso a pag. 421 il Consiglio speciale del Capitano e delle Capitadini, dove si approvarono cose fermate in un Consiglio del dì 22, verisimilmente de' Cento, e che non può esser che questo.

² Il testo ha "Potestate".

³ Così il testo.

[c. 98^r] [Die xxij^o mensis iulii].¹

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposuit² dominus Capitaneus omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum facto die xxj presentis mensis iulii.

Ser Uguicione Rugerotti notarius consuluit secundum³ propositiones; salvo quod ordinamenta firmanda cum Pisanis³ aliequin ordinamenta non firmentur.

Migliaccius Salvi consuluit [quod utile] non est teneri Consilium super dictis ordinamentis firmandis. In aliis consuluit secundum propositiones.

Catalanus Rinerii consuluit, quod leo non ponatur in aliqua domo Operis Sancti Iohannis. Dominus Neri de la Gataia consuluit secundum propositiones. Item, quod in presenti Consilio nichil reformetur super facto dictorum ordinamentorum.

Placuit, factis partitis particulariter, xlv quod supersedeatur ad presens super predictis ordinamentis Comunis Florentie et Comunis Pisarum: volentes quod in presenti Consilio fiant partita fuerunt ^{cin}xiiij.

Item, super facto leonis, liij placuit quod remaneat in Prioribus et Vexillifero de loco inveniundo ubi leo ponatur: nolentes quod non possit poni in domo Operis Sancti Iohannis fuerunt v.

Item, super aliis omnibus propositionibus, placuit lvij secundum propositiones; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus. Alibi notatum in quodam folio signato per "h".

³ In Consilio generali d. Defensoris proposita fuerunt predicta: salvis ordinamentis cum Pisanis tractatis.

Ser Baldus de l'Amore consuluit secundum propositiones.

Ser Neri Orlandi consuluit, quod aliquis magnas non possit offeri qui ibi esset pro offensa Comunis vel pro sodamento non facto.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, et secundum dictum ser Neri.

Die xxiiij^o mensis iulii.

In Consilio speciali et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium, congregato in domo Priorum, proposuit Geri Cardinalis prepositus Priorum: Quomodo electio futuri Capitanei fieri debeat. Et facta fuit electio ipsius Capitanei.

[c. 99^r] [Die mensis iulii].

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposita fuerunt [ea que] firmata fuerunt in Consilio facto [die xxij presentis] mensis iulii.

¹ Supplito col testo delle *Provisioni*, Registro IV c. 46^r.

² Supplito c. s.

³ Precede in margine la lettera "h".

Presentibus testibus domino et Leone Poggii
eius precone, et aliis.

Dominus Ranerius de la Gataia consuluit secundum propositionem.

Factis partitis particulariter per predictum dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Migliacci.

Die secundo mensis *augusti*.¹ Signati per "S" non interfuerunt Consilio. Alibi notatum est in quodam folio bambacino.

²In Consilio Centum virorum et in Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xxj Artium,³ et in Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum Artium predictarum, proposuit dominus Capitaneus petitionem porrectam per syndicum Communis Montis Varchi et syndicum Communis Moncionis.

Alexius Rinaldi consuluit †

Niti Cacciafuori consuluit secundum *petitionem*⁴ predictam.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit, quod petitio amictatur secundum provisionem dominorum Priorum et Vexilliferi cum Sapientibus quos habere voluerint; et valeat quicquid fecerint.

Manectus Tinioezi consuluit secundum dictum suprascripti Niti.

Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti Manecti.

⁵Item constituti fuerunt syndici Lippus Manecti populi Sancti Petri Maioris et Lucchisius Bonacchursi populi Sancti Remigii ad inveniendum et vendendum bona Cassini et Dati.

Die tertio mensis augusti. Signati per "t" non interfuerunt Consilio.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, omnia infrascripta.

Primo videlicet, provisionem factam per Priores et Vexilliferum contra magnates qui

¹ * iulij *.

² Di fronte, nel margine interno: "per B.".

³ Così pare che abbia il testo, corretto da "^{cim}xij maiorum Artium". Ma "^{cim}xij maiorum Artium" ha questo medesimo Consiglio nel Registro IV delle *Provisioni*, a c. 49.

⁴ * propositionem *.

⁵ Precedono, nel margine, le sigle "a. n.".

satisdedissent¹ pro maiori quantitate librarum ij, qui comisserint aliquod maleficium, et contra magnates qui non satisdedissent de v libris, quod non possint defferre arma defensibilia.

Item, provisionem factam in favorem illorum qui porexissent petitionem, quod propterea non intelligantur incidisse in penam.

Item, provisionem factam contra exbannitos, duraturam usque ad kallendas ianuarii proxime venturi.

Item, quod stantiamta et ordinamenta olim edita super officium Sex de blado sint et fuerint firma a² kallendis martii proxime preteriti citra; et quod possit procedi per dominum Capitaneum et suos Iudices contra illos qui commisissent a dicto tempore citra; et qui de cetero facerent || secundum formam ipsorum ordinarum.

[c. 99^o] Item, quod Camerarii Comunis Florentie³

|| Cuculla, possint expendere libras ducentas florenorum parvorum, dandas et assignandas officiali superstiti posito vel ponendo per Priores et Vexiliferum super ipso opere fieri faciendo.

Item, de libris xxiii florenorum parvorum, dandis et solvendis Cerre albergatori, pro pensione hospitii sui, pro undecim diebus mensis iunii proxime preteriti, quibus familia domini Potestatis ibidem fuit et stetit pro Comuni.

Item, de libris sex florenorum parvorum solvendis Carruccio Spagnoli hospitatori, pro undecim diebus mensis iunii proxime preteriti quibus pars berroariorum⁴ dicti domini Potestatis ibidem fuit et stetit pro Comuni.

Item, de obmissis per Potestatem, Capitaneum eorumque familias, Priores Artium et Vexilliferum Iustitie, de mense iulii proxime preteriti, prorogandis in presenti mense augusti: salvis Ordinamentis Iustitie.

Presentibus testibus domino Nichola milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Ser Uguiccione Rugerocci notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxx secundum propositiones; nolentes fuerunt viiij.

Eodem die * et testibus * Signati per "t" non interfuerunt Consilio.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum ea omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum die predicto, tertio presentis mensis augusti.

¹ Il testo: "satisdadissent".

² Il testo ha "ad".

³ Supplito, qui ed appresso, col riscontro del Registro IV delle *Provisioni*, a c. 56^o, dove questa proposta comincia così: "Item, super providendo ordinando et firmando quod, de ipsius Comunis pecunia, Camerarii dicti Comunis, tam presentes quam futuri, expendant dent et solvant et expendere dare et solvere possint teneantur et debeant licite et impune infrascriptis personis infrascriptas pecunie quantitates... Primo videlicet, in quadam et pro quadam porta, pro Comuni Florentie, secundum formam statuti eiusdem Comunis, facienda in muris civitatis, in sextu Ultrarni; ita quod via que asummit initium a Ponte Carrarie et vadit usque Cuculam recta linea, habeat exitum extra dictos muros per ipsam portam, et in opportunis pro ipsa porta ut predicatur facienda, libras ducentas florenorum parvorum, solvendas dandas et assignandas per ipsos Camerarios officiali superstiti" ec.

⁴ Così stampiamo per riguardo al "fuit et stetit" che segue. Ma nel testo cit. delle *Provisioni* si parla di berrovieri del Potestà e non di una sola parte di loro. Forse anche qui il testo, ora mancante, avea *berroarii*, e il "fuit et stetit" è una delle solite sconcordanze del notaro.

Presentibus testibus domino Nicchola milite dicti domini Capitanei et Leone Poggii eius precone, et aliis.

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liiij secundum propositiones; nolentes fuerunt vij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Defensoris et Capitulum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Ser Macteus Billiocti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Macthei.

[c. 100^r] Die viiiij mensis augusti^l.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero infrascripta^l.

Primo, de x² una
libr.

³Item, de salario solvendo || domus pro
Comuni, iuxta loggiam in qua morari |debeat| leo, * et qu et * ||
pro duobus mensibus, inceptis die xxj^o mensis
iulii proxime preteriti || pro predicto Gano,
* || || vj^o*⁴ florenorum auri.

Item Goccie Iacobi Barth || ⁵ ad exigendum pro Comuni red-
ditum et gabellam molendinorum et gualcheriarum civitatis et comitatus Florentie,
pro duobus mensibus inceptis die xij mensis iunii proxime * preteriti *⁶, ad rationem
librarum iij florenorum parvorum per mensem, in summa librarum et pro aliis
duobus mensibus inceptis die xxvij mensis martii proxime preteriti.

Item Gano Detaiuti, Feo Iacobi, Caregio Boni, Corso Cambii, Bati Iunte et Spicchio d.
Alioeti, aurificibus, officialibus pro Comuni positus ad sagiandum et ponderandum flo-
renos auri pro Comuni, pro eorum salario sex mensium inceptorum die xxvj^o mensis
maii proxime preteriti et finiendorum die * xxvij^o*⁷ mensis novembris proxime venturi;
ad rationem librarum quinque florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem:
dummodo ad presens solvatur eisdem solummodo pro tribus mensibus; et circa finem
et ante finem aliorum trium mensium eisdem solvatur ad rationem predictam. Et hoc

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

² Sopra, tra riga e riga, si vedono due "x", forse in correzione della cifra precedentemente scritta.

³ A questo primo "Item", al terzo, al quarto e a' due ultimi, precede nel margine un punto.

⁴ * et duorum florenorum auri pro predicto ser Becto || in summa inter ||
^{com}
ambos x *

⁵ Sopra, tra rigo, e rigo era un'aggiunta di cui ora non rimane che l'ultima parola "not.", forse *notario*.

⁶ * venturi *.

⁷ * xxvij *.

cum alias hoc ordinatum fuerit per omnia Consilia; non obstante quod electio eorum non reperiatur.

Item xxx^{ia} beroariis *dominorum Priorum*,¹ pro eorum salario iij mensium *initiandorum*² in medio³ mensis augusti presentis, ad rationem librarum v̄ florenorum *parvorum*⁴ pro quolibet eorum, per mensem.

Item Pesci filio Guscii Pescis, castellano pro Comuni Florentie castri Montiscuculi et xvij peditum, ad rationem librarum x^{cem} florenorum parvorum pro ipso castellano et librarum iij^{or} florenorum parvorum pro quolibet ipsorum peditum, pro duobus mensibus inceptis in medio mensis iunii proxime preteriti.

Item ser Rustichello Bernardi notario, pro se et sociis suis, libras quinquagintaduas et soldos x florenorum parvorum, pro restitutione gabelle vini grecchi, venditi et vendendi per Pisanos in civitate Florentie.

Item, de libris cc solvendis et expendendis in reparatione fontis *de*⁵ Sancto Gaczo po siti, in strata publica per quam itur Senas, dandas superstiti eligendo etc.

Item, de ij libris expendendis in reparatione Pontis Rubbacontis, dandis officialibus ad hoc electis etc., scilicet Manno Staregonis et Aldiberto Pescatori etc.

Item, provisionem super expensis Sancti

Presentibus testibus d. Niccola Francisci milite Capitanei et Leone Poggi preconne Communis, et aliis.

[c. 100^{ta}] ^oDie x̄ mensis augusti].

⁷In Consilio speciali d. Defensoris et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposuit] d. Capitaneus predicta, heri proposita in Consilio C viro]rum].

Presentibus testibus d. Niccola milite [Capitanei

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositiones.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit liij^{or} secundum propositiones, nolentes fuerunt iij^{or}.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quodam folio bambacino.

In Consilio generali domini Defensoris et Capitudinum proposita fuerunt predicta.

⁸Item constituti fuerunt syndici Lippus Manecti et Franccus basterius, in solidum, ad vendendum bona *Matini*⁹ filii Iacobi populi Sancti Georgii.

Dinus Compagni consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

¹ *domini Capitanei*.

² *inceptorum*.

³ Ripetuto e non cancellato "in medio".

⁴ *auri*.

⁵ *ad*. Voleva scrivere *ad Sanctum Gaczum*.

⁶ Le 1 rime due o tre linee, che doveano contenere il partito del precedente Consiglio, sono scomparse per la consunzione e lacerazione della carta.

⁷ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B."

⁸ Precedono nel margine le sigle "a. n."

⁹ *Batini*.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in duabus cedulis.

In Consilio Capitulum ^{ci}m maiorum Artium et Consilii specialis d. Capitanei proposuit Capitaneus de via de Columbaria facienda et reparanda. Migliaccius Salvi pelliparius consuluit secundum petitionem et propositionem. Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Eodem die * et testibus *. Alibi notatum est in quodam folio bambacino.

¹In Consilio speciali domini Defensoris proposuit d. Niccola miles Capitanei, de Potestariis dandis Comuni de Signa et de Quarantola. Manectus Tinioczi consuluit, quod concedantur Potestates, et fiant ad scriptinium. Placuit * quasi * omnibus secundum propositiones, et dictum predicti Sapientis. ²

[c. 101^r] Die mensis augusti .

³In Consilio Capitulum ^{ci}m maiorum Artium et aliorum sapientum virorum, electorum per officium dominorum Priorum Artium et Vexilliferi Iustitie, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat. Presentibus testibus L eone Poggi precone domini Capitanei, et aliis. Migliaccius Salvi pelliparius consuluit, quod Sapientes cuiuslibet sextus eligant sex bonos viros in suo sextu, et postea fiat scriptinium de eis, more solito. Dante Rinaldi consuluit, quod Capitulum, cum Sapientibus sue Artis, debeant eligere tres per sextum, et postea fiat scriptinium de eis, ut dictum est. Et si aliquis ex Sapientibus non esset de dictis Artibus, vadat ad illam Capitulum quam voluerit. Pela Gualduccii consuluit, quod Capitulum ^{ci}m maiorum Artium eligant duodecim pro quolibet sextu, et postea Capitulum quinque minorum Artium et Sapientes eligant sex ex dictis nominatis per sextum; et postea fiat scriptinium. Bertus del Barone consuluit, quod Capitulum et Sapientes sextus Ultrarni eligant sex bonos viros in sextu Porte Domus, et illi de sextu Sancti Petri Scradii eligant sex in sextu Sancti Pancratii, et illi de sextu Porte Sancti Petri eligant sex in sextu Burgi; et e converso: et postea sorte fiat electio unius Prioris per sextum. Dominus Palmerius Altoviti iudex consuluit secundum dictum superscripti Dantis. Landus Albiczi consuluit secundum dictum superscripti Migliaci. Noffus Guidi consuluit, quod quilibet Capitulum det in scriptis duos per sextum, et Sapientes cuiuslibet sextus per se dent duos per sextum; et postea fiat scriptinium, more solito. Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit * duabus partibus et ultra *,⁴ secundum dictum dicti Noffi.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Il resto della pagina, per quasi un quarto di essa, è bianco.

³ Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consilio: "per A."

⁴ * quasi omnibus *:

Eodem die et testibus.

In Consilio Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio sex bonorum virorum fieri debeat, in sextu Porte Domus, qui vadant ad scrupinium pro Vexillifero Iustitie.

Noffus Guidi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant unum in sextu Porte Domus; et postea fiat scrupinium.

Ser Uguiccione Rugerocti notarius consuluit, quod illi de sextu Porte Domus eligant dictos sex; et postea fiat scrupinium.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti Noffi.

[c. 101¹] ||Die mensis augusti||.

||In Consilio ||g||enerali

||orum Sapientum ||infrascripta ambaxiata||

||dominus Potestas et Capitaneus Comunis et Populi||

||exposita et facta in dicto Consilio||

||terre, pro populo et Comuni terre predicte.

In quo quidem Consilio dicti Priores ||

|| domino

Capitaneo, Prioribus et Vexillifero Iustitie Populi et Comunis ||

|| et exhibuerunt eorum ambaxiatam sigillatam.

Presentibus testibus Leone Poggi et Braccino Braccii preconibus, et aliis.

Die xxvij^o mensis augusti. Signati per “x” *non interfuerunt Consilio.*

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, de obmissis de presenti mense augusti prorogandis in futurum mensem septembris.

Item, de ^{tin}cc libris expendendis in reparatione Pontis Rubacontis.

Item, petitionem Vanni Boczoli de Alleis.

Item, petitionem porrectam per Fantinum de la Lastra et Arrighum Venture et socios.

Item, de ^{tin}cc libris expendendis in carcere magnatum et in domo leonis.

Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius preconibus, et aliis.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxviii^o secundum propositiones; nolentes fuerunt iii^o.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt per dominum Capitaneum omnia suprascripta in suprascripto Consilio Centum virorum scripta, prout et secundum quod firmata fuerunt in suprascripto Consilio.

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: “per B.”.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones predictas.
Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lx secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

[c. 102^r] [Eodem die et testibus].

¹In Consilio [generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium [proposita] fuerunt predicta per dominum Capitaneum].
Cecchus [de Castello consuluit secundum] propositiones predictas.
Facto partito ad sedendum et levandum, placuit || secundum dictum dicti Cecchi.

Eodem die [et testibus].

²In Consilio generali et speciali [domini Capitanei] et aliorum Sapientum proposuit dominus Capitaneus de p[ar]lamento suspendendo.
Migliaccius Salvi consuluit, quod parlamentum suspendatur ad presens, toto tempore presentium Priorum et Vexilliferi.
Placuit omnibus secundum dictum dicti Migliacci.

Die ultimo mensis augusti. Signati per "y" non interfuerunt Consilio.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio, quod usque in quantitatem librarum vj florenorum parvorum possint expendi in quadam campana facienda pro Comuni, et in opere et edificio faciendo in domo in quomorantur domini Priores et Vexillifer Iustitie.
Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.
Niti Cacciafuori consuluit secundum propositionem predictam.
Dinus Pecora consuluit idem.
Ser Carradore Giraldi notarius consuluit, quod in domo Priorum non ponatur aliqua campana.
Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositionem predictam.
Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad pissides et balloctas, placuit lxij secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.
Ser Uguiccione Ruggerocti notarius consuluit secundum propositionem predictam.
Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

² Nel margine interno, di fronte a questo e ai tre Consigli che seguono: "per A."

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii Potestatis, sex nuntii Cap[itanei], quatuor nuntii Iudicis exactoris condempnationum, duo nuntii Iudicis appellationum et Sindici.

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositiones. Item, quod dicti nuntii eligantur || per ||.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Mig[liaccii].

[c. 102⁴] ||Die xj^o mensis septembris. Alibi notatum est in ||. s[ignat].¹ per “h” et signat. ||per “j”||.

||In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlic[et], de || iij^o libris || expendendis in opere ecclesie Sancte Reparate, et ||² dandis Falcho de Falcho[neriis], ||Passe Fi[n]niguerre et Riccho del Magistro, officialibus || superstitibus dicti operis.

³ ||Item de libris centum florenorum parvorum expend[en]dis in reparando et coperiendo domum Communis, que ||est iuxta carcerem magnatum nuper|| factum; dandis Gano Foresii ||, offitiali ad hoc electo.

Item, de libris quin[quaginta] dandis per Camerarios ser Lothe[r]ingho Anselmini et Carbono || Dietauti massariis Camere; expendendis ||secundum provisionem|| dominorum Priorum et Vexilliferi, in lumeriis, panellis, emendis, et in aptando pavesios et ballistas Communis, existentes in castro Laterini; ||et pro|| solvendo unam banderiam pro Comuni datam peditibus de Decomano; et in tribus penoncellis missis ad castrum Laterini.

Item, de bailia danda Prioribus et Vexillifero, more solito, super exactione librarum et prestantiarum, et super alibrando non alibratos.

⁴ Item, quod iuramentum peditum comitatus, qui iverunt ad civitatem Pistorii, receptum per ser Cambium filium ser Bindi Cambii, valeat et teneat ac si factum et receptum esset per dictum ser Bindum ad hoc deputatum.

Niti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxviii^o secundum propositiones; nolentes fuerunt vij.

Presentibus testibus domino Niccola milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Die xij^o mensis septembris. Signati per “?” non interfuerunt Consilio.

⁵ In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit

¹ Per la lacuna che precede, qui ed appresso, non può conoscersi la desinenza.

² Supplito, qui ed appresso, col citato Registro IV delle *Provisioni*, a c. 66 e 67.

³ A questo e al successivo paragrafo corrispondono, nel margine esterno, le sigle “a. n. j.”.

⁴ A questo “Item” corrispondono nel margine le sigle “a. n. h.”.

⁵ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: “per B.”.

dominus Capitaneus omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, facto die xj dicti mensis septembris.

Presentibus testibus domino Niccola milite dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvij secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Cecchus de Castello consuluit secundum propositiones.

Facto partito, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Cecchi.

[c. 103^r] | Die mensis septembris |.

¹In Consilio |Centum virorum proposuit d. | Capitaneus omnia infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi, de summa |librarum c que expendi possunt de presenti mense septembris.

Item, de xxv libris solvendis || | de Florentia et Todino de Turano olim sindicis Comunis Florentie || |.

²Item, de libris centum quinquaginta expendendis in reparatione Fontis de Sancto Gaggio.

Item, de libris centum expendendis in reparatione Pontis Carrarie.

Item, super facto iuris redendi inter Florentinos et Pisanos, secundum ordinem adinventum per Sapientes utriusque Comunis: scilicet, de balia danda Prioribus et Vexillifero presentibus.

Item, ordinamenta noviter edita super facto vini.

Item, super absolutione capituli Constituti Comunis Florentie loquentis quod Potestas Florentie sit milex.

Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxvj secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

³In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta: salvo de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi.

¹ Di fronte, nel margine interno, "per A."; e sotto, le sigle "a. n. j."

² Precedono, anche qui, in margine, le sigle "a. n. j."

³ Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per A."

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones predictas.
Factis partitis particulariter, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides
et balloctas, placuit lj secundum propositiones; nolentes fuerunt x.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium
proposita fuerunt predicta.

Ser Lippus Luche notarius consuluit secundum propositiones.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

[c. 103^o] ||Die . Alibi notatum est in ||
et in quaterno || ||.

||In Consilio ||Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta||.

Primo videlicet, salarium || ||.

Item, electionem Notarii Reformationum Con||siliarum ||
in kallendis mensis ianuarii proxime venturi.

¹ Item || ||s que est inter nobiles de Paczis ex una parte et ||
||, secundum provisionem Priorum.

Item, super correctione|| vide||licet super || ||endo precium vini
grechi, ad rationem xxvij || || pro medio quarto; et etiam super ordinando
quod omnes vinaterii vendentes vinum ad minutum teneantur et debeant facere si-
gnari omnes vegetes que erunt in cella in qua vinum vendetur.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius
precone.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxvij secundum propositio-
nes; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

² In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita
fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum, et post-
modum ad pissides et balloctas, placuit lv secundum propositiones; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium
proposita fuerunt predicta.

¹ A questo "Item" corrispondono nel margine esterno le sigle "a. n."

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B."

Guastapane filius Bianchi consuluit secundum propositiones.
Placuit quasi omnibus.¹

[c. 104^r] [Die xj^o mensis octobris].²

³ In Consilio Centum [virorum proposuit dominus] Capitaneus omnia infrascripta.

Primo [videlicet, super petitione Van ni quondam Ugholini super] cambio faciendo de quibusdam terris cum Mansione Sancti Iohannis [Ierosolimitani] et Sancti Sepulcri de Florentia.

⁴ Item, super foveis Comunis splanandis a Porta Gibellina usque ad Portam Sancti Simonis; et quod nulla soczura ibidem ponatur vel [prohiciatur], ad penam soldorum c pro quolibet contrafaciente et qualibet [vice]: et super expendendo in hoc de pecunia Comunis usque in quantitatem librarum xx florenorum parvorum, solvendarum ser Lapo Donati [notario], electo ad predicta fieri facienda.

Item, super ordinando [quod bannitores] Comunis et Populi Florentini, presentes et futuri, teneantur et debeant banna Consiliorum, et quecumque alia banna que de cetero pro Comuni et Populo Florentino bannientur, bannire in Platea Sancti Iohannis, in capite Vie Nove Spadariorum; tenendo faciem * versus ipsam viam, banniendo ibidem *.⁵

⁶ Item, super solvendo Pangno Bellaiiffe et ser Bandeccho de Singna notario, olim officialibus ad faciendum mactonari Pontem Veterem, pro eorum salario unius mensis, ad rationem soldorum xxx florenorum parvorum pro quolibet eorum.

Item, super solvendo Falcho de Giungnis, Pino Bonaccursi del Forese, Girolamo Salvi, Guilielmo del Rosso mariscalcho et ser Bono de Ungnano notario, officialibus electis ad consignandum stipendiarios, pro duobus mensibus inceptis die xxvij^o mensis iunii proxime preteriti, ad rationem librarum trium florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem.

Item, super solvendo de pecunia Comunis libras cc florenorum parvorum, pro amplianda platea ecclesie Sancti Spiritus, in precio domorum dicta de causa emendarum, secundum extimationem de ipsis domibus iam facta per officiales pro Comuni ad hoc electos; que domus sunt ex latere orti dictorum Fratrum: quas Camerarii solvant Lapo Bonaiuti, Dono de Barberino et Filippo de Lombardo, officialibus ad hoc electis.

Item, super solvendo Maso olim Iohannis et Bianco Pellafichi et ser Bonaiuto Orlandi notario, olim officialibus castaldis Comunis, pro tribus mensibus, ad rationem soldorum xl florenorum parvorum per mensem pro quolibet eorum.

Item, super locando carcerem magnatum ad custodiendum in termino unius anni, cum pactis et conditionibus infrascriptis, videlicet Nerio filio olim Neri Simonis de Abbatis et Locto Goccie de Tedaldis.

¹ Segue, in fine della pagina, uno spazio bianco capace di altre 7 o 8 righe.

² Supplito, qui ed appresso, col testo di questo medesimo Consiglio nel Registro IV delle *Provisioni*, a c. 81 e segg. passim.

³ Di fronte, nel margine interno: "per B."

⁴ Precedono in margine le sigle "a. n. j."

⁵ A queste parole cancellate doveano esser sostituite quest'altre, che si leggono nel citato Registro delle *Provisioni*, a c. 83: "in ea parte que bannitori bannum mictenti videbitur convenire".

⁶ A questo e ai quattro successivi "Item" precedono nel margine le sigle "a. n. j."

¹Item, de ^{cim}xv libris florenorum parvorum dandis presbitero Iacobo rectori ecclesie Sancti Petri Scradii, de summa librarum centum florenorum parvorum que possunt expendi de presenti mense octobris; pro reaptando et coperiendo tectum dicte ecclesie.

Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Datus Cacciafuori notarius consuluit secundum propositiones, salvo de ^{cc} libris expendendis in amplianda² platea Sancti Spiritus.

[c. 104⁴] || ||placuit xlv^o

|| ||; nolentes

fuerunt || ||.

Item, super facto || ||secundum|| propositio-
nem; nolentes fuerunt xxj.

Item, super aliis omnibus, placuit lj ||secundum propositiones; nolentes|| fuerunt xviiiij.

Eodem die et testibus.

³In Consilio speciali domini Defensoris et Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ea omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum, facto die predicto xj presentis mensis octobris; salvo propositione de ^{cim}xv libris expendendis in coperiendo tectum ecclesie Sancti Petri Scradii.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xl^o secundum propositiones; nolentes fuerunt xvij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum.

Guccius de la Manghanella consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Guccii.

Eodem die et testibus. Alibi notatum in quodam folio banbacino signato per "A".

⁴In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit dominus Egidius iudex domini Capitanei duas petitiones, porrectas dominis Prioribus et Vexillifero, super Via Sancti Proculi mictenda et aperienda usque ad portam noviter factam in muris civitatis, et super alia via mictenda a Chaffagio Episcopi usque ad Pontem Mugnonis.

¹ Precedono nel margine le sigle "a. n.".

² Il testo: "ampliando".

³ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai due successivi Consigli: "per B.".

⁴ Precedono nel margine le sigle "a. n.".

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dictum Iudicem ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti Migliaccii.

Eodem die * et testibus *. Alibi notatum est in quodam folio banbacino signato per "b".

¹In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Egidius: Si videtur dicto Consilio quod concedantur Potestates infrascriptis terris, videlicet: * Comuni et universitati et hominibus *² Collis Gonzi, pro sex mensibus venturis; item Comuni Cepparelli pro sex mensibus venturis, ad instantiam Nerii Bonchristiani et Tancredi Bonifatii sindicorum dicti Comunis, cum salario competenti;³ item Comuni⁴ de Leccio Vallis Arni, pro sex mensibus venturis.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod concedantur, et vadant ad balloctas.

Ruffolus de Rufolis consuluit, quod concedantur et vadant ad scrupinium.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti Roffoli.

Presentibus testibus domino Niccola milite domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

[c. 105^r.] ||Die mensis octobris||.

⁵In Consilio ||Capitudinum^{cim} xij maiorum Artium et aliorum sapientum virorum, electorum|| per officium dominorum ||Priorum et Vexilliferi Iustitie, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat||.

Presentibus testibus domino Niccola ||milite|| Capitanei, ser Fredericho notario Priorum et Vexilliferi Iustitie et Leone Poggi precone domini Capitanei, et aliis.

Ser Ughuiccione Rugerocti notarius consuluit, quod quelibet Capitudo eligat duos per sextum, et postea fiat scrupinium de nominatis ||more|| solito.

Dinus Pecora consuluit idem, salvo ||quod|| Sapientes cuiuslibet Artis sint cum Consulibus sue Artis ad dandum in scriptis predictos.

Ser Tancredi Bencivenni notarius consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant sex bonos viros solum in suo sextu; dummodo de una progenie non possit dari nisi unum.

Dinus Compangni consuluit, quod quelibet Capitudo dent in scriptis tres per sextum, et Sapientes cuiuslibet sextus dent alios tres pro quolibet sextu; et quod in scriptis dandis non fiat remissio aliquorum Sapientum, nisi de necessitate fieri oppoteret.

Jacobus Giambolarius consuluit, quod quelibet Capitudo det unum per sextum in scriptis, et Sapientes cuiuslibet sextus dent in scriptis totidem.

Manectus Tiniozzi consuluit, quod Capitudines et Sapientes sextuum Ultrarni, Burgi et Sancti Pancratii, eligant sex bonos viros pro quolibet aliorum sextuum; et e converso fiat.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per A. ".

² * Communis et universitatis et hominum *.

³ A questo "item" corrispondono nel margine esterno le sigle "a. n. ".

⁴ Il testo: "Comunis".

⁵ Di fronte, nel margine interno: "per A. ".

Pela Gualduccii consuluit secundum dictum suprascripti ser Tancredi, salvo quod sint novem pro quolibet sextu.

Dante Rinaldi consuluit, quod Capitudines cuiuslibet sextus, cum Sapientibus sue Artis, dent in scriptis tres per sextum.

Bindus Neri Ambroxii consuluit, quod Capitudines et Sapientes eligant sex in suo sextu.

Migliaccius Salvi consuluit, quod Capitudines, et Sapientes cuiuslibet sextus eligant sex vel novem in suo sextu.

Dominus Boninsegna de Becchinugiis iudex consuluit, quod Priores et Vexillifer eligant et habeant Capitudines et Sapientes illius sextus quem voluerint, et faciant quod eligant in uno aliorum sextuum sex bonos viros; et sic fiat de singulis sextibus.

Facto partito super predictis per dominum Capitaneum ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti Dini Compagni.

[c. 105^a] ||Eodem die et testibus||.

/In Co|nsilio Capitudinum ||xiij^{cim} maiorum Artium et duorum Sa||pientum per sextum proposuit dominus Capitaneus: Quomodo ||electio|| *sex bonorum virorum *¹ fieri debeat in s|extu Sancti Petri Scradii;² qui va||dant ad scrupinium pro Vexillifero Iustitie. Noffus Guidi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant unum per sextum.

Placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Noffi.

Die sabati xxiiij^o octobris. D. Guilielmus de Madiis de Brixia, novus capitaneus, iuravit, et sui Indices, Milites, notarii et beroarii, in Parlamento, in ecclesia Sancte Reparate; computato eis iuramento per d. Donatum Alberti iudicem: presentibus Potestate et Capitaneo et Prioribus et Vexillifero; et presentibus testibus ser Manno Talenti notario Priorum et Leone Poggi preconne Capitanei.

Die xxv^o mensis octobris.

³In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

Primo videlicet, de obnisis per Potestatem, Capitaneum eorumque familias, Priores Artium et Vexilliferum Iustitie, de presenti mense octobris, prorogandis in futurum mensem novembris proxime venturum.

Item, petitionem super facto Hospitalis Sancti Galli, porrectam per Consules Mercatorum Porte Sancte Marie.

Item, quod aliquod pactum conventionis non fiat nec fieri possit vel debeat per Comune Florentie vel per syndicos dicti Comunis, ad aliquam personam, ad florenos auri, set solum fiat ad florenos parvos.

Item, petitionem porrectam super receptione testium facta super questionibus que agitabantur⁴ coram Potestate.

¹ * || Vexilliferi || Iustitie *.

² Supplito col riscontro del *Priorista* originale di questo R. Archivio.

³ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: "per B."

⁴ Il testo: "aitabantur".

Item, petitionem Communis Certaldi super duabus libris arienti quas anuatim solvere debebant Comuni Florentie.

Presentibus testibus domino Niccola milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

Ser Guido de Toricchio notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxvij secundum propositiones; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum, secundum quod firmata fuerunt in superscripto Consilio Centum virorum.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit xlvij secundum propositiones; nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii Potestatis, sex nuntii Capitanei, quatuor nuntii Iudicis exactoris condempnationum, duo nuntii Iudicis appellationum.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicti nuntii eligantur per sextus.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Rogerii.

[c. 106^r] Die mensis octobris.

¹In Consilio speciali||
videtur Consilio de susp^o endendo parlamento quod fieri debet||

Presentibus testibus Leone Poggi precone ||domini Capitanei et ser Manno Talenti|| notario Priorum.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositionem.

||Placuit|| omnibus secundum dictum dicti Sapientis||.

Die penultimo mensis octobris²

In Consilio generali Communis proposuit Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero:
Si videtur Consilio quod d. Pinus domini Stoldi Iacoppi, electus potestas civitatis Asi-

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B. "

² Di fronte a questa data è, nel margine interno, questo ricordo: "Debet scribi in Consilio Potestatis", cioè nel quaderno dei Consigli del Potestà o generali del Comune. Ma questo quaderno manca.

sinatensis pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis decembris proximis, et dominus Neri de Bardis, electus capitaneus Vulterre pro sex mensibus predictis, possint acceptare, satisfando ut tenentur.

D. Lopus de Rinucciis consuluit secundum propositionem.

Placuit omnibus secundum propositionem.

Presentibus testibus domino Arivabene assessore Potestatis collaterali et Albiczo Redde precone.

Die vj̄ mensis novembris. * Alibi notatum est in quaterno banbaxis signato per "f" *.

¹In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum * xxj *² Artis proposuit dominus Guillielmus quondam domini Curradi de Madiis: Si videtur dicto Consilio quod sex fornaces pro Comuni fiant, et quod pretium mactonorum, planelarum et calcine † Item, quomodo eligantur duo Approbatores in curia domini Capitanei, pro duobus mensibus.

Presentibus testibus * ser Manno Talenti notario Priorum et Vexilliferi *³ et Braccino Braccii precone domini Capitanei, et aliis.

Manectus Tinioczi consuluit, quod Priores et Vexillifer habeant certos Sapientes ad providendum super predictis fornacibus faciendis, et super pretio predictarum rerum, vel non. Item, quod Priores et Vexillifer habeant unum per sextum, qui eligant dictos Approbatores.

Factis partitis particulariter super predictis, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Manecti.

Die viiīj mensis novembris. Alibi notatum est in quaterno banbaxis signato per "f" et in quodam folio signato per "R".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta.

⁴Primo videlicet, de xxv̄ libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi, de summa librarum centum que possunt expendi de presenti mense novembris.

Item, negotium illorum de Podio Boniczi.

Item, salarium xxx̄ berroariorum dominorum Priorum, pro tribus mensibus initiandis in medio mensis novembris.

Item, petitionem Neri Rube.

Item, de ccxxv̄ libris expendendis in campana Priorum.

Item, de c libris expendendis in aptatione et reparatione fontis de Sancto Gaggio.

⁵Item, petitionem Capi orbi.

Item, petitionem Nay orbi.

Presentibus testibus domino Ansaldo de Fossacapraria de Cremona iudice et collaterali assessore dicti domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B.".

² * xij m̄^{cim} *. Avea cominciato a scrivere ^{cim} xij maiorum Artium.

³ * domino Montanoso de *

⁴ A questo e al seguente paragrafo, e al quinto e al sesto, corrispondono nel margine interno le sigle "a. n. f.".

⁵ Precedono nel margine le sigle "a. n. R."

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxviiiij secundum propositiones predictas; nolentes fuerunt v̄.

[c. 106⁴] "Die x̄ mensis novembris".¹

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium propositum dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, omnia que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum, facto die viiiij presentis mensis novembris; salvo de xxv libris.

Presentibus testibus domino Ansaldo iudice domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lxij secundum propositiones; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit secundum propositiones.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Die xv̄ mensis novembris. Signati per "f" non interfuerunt dicto Consilio. Alibi notatum in quodam folio signato per "Z" et in quodam quaterno signato per "j".

²In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, omnia infrascripta.

³Primo, super oblatione facienda, die qua videbitur Prioribus et Vexillifero, de Vanni de Montevarchi, solutis v̄ libris Comuni, ante diem xxj mensis presentis; et quod condempnatio, de eo facta per d. Corradinum de Savignano, et bannum cancellentur.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero Iustitie super exactione librarum, et super allibrando non allibratos, solito more.

Item, provisionem alias factam de mense decembris proxime preteriti super impositionibus faciendis illis qui, in solutionibus librarum, tam in civitate quam in comitatu, Comune deceperunt: que provisio initietur in kallendis mensis decembris proxinis.

Item, quod Grignocto de Monteclaro, Fedrighino et Iohannino de Urceis, Maffeo Carenti, Martino et Delay de Liurio, berroariis d. Capitanei, solvatur, pro viiiij^{om} ultimis diebus mensis octobris proxime preteriti, ad rationem soldorum duorum pro quolibet per diem.

¹ Si supplisce questa data col Registro IV delle *Provisioni*, a c. 104^t.

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per B."

³ Di fronte, nel margine esterno: "a. n. Z."

Guido domini Orlandi Rustichelli consuluit secundum propositiones predictas.
Placuit lxxvj secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt j solum.
Presentibus testibus d. Ansaldo assessore Capitanei et Leone Poggi preconone Capitanei,
et aliis.

Eodem die. Signati per "S" non interfuerunt Consilio.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{ei^m} xij maiorum Artium proposita fuerunt omnia que firmata fuerunt in suprascripto Consilio Centum virorum.
Presentibus testibus Leone Poggi preconone domini Capitanei et Bentacorda Cambii nuntio dicti domini Capitanei, et aliis.
Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.
Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lvij secundum propositiones; nolentes fueruntij.

[c. 107^r.] ||Eodem die et testibus||.¹

²I||n Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{ei^m} xij maiorum Artium ||pro||posita fuerunt suprascripta||.
Ser Pepus Gherardini|| notarius consuluit secundum propositiones predictas||.
Facto ||partito ad|| sedendum et leva||ndum, placuit quasi omnibus secundum dictum ||dicti Sapientis.

Die xviii^o mensis novembris.

In Consilio Centum virorum proposuit ||dominus|| Capitaneus ||omnia infrascr||ipta, presentibus Prioribus et Vexillifero.
Primo, de quadam domo seu apotheca pro Comuni facienda super casolari turris Bardalonis; in qua ponderatores florenorum auri morentur pro Comuni; non obstantibus ordinamentis continentibus quod alibi morentur. Et quod in dicto opere possint expendi usque in quantitatem librarum lx florenorum parvorum, solvendarum Gano Foresii officiali ad predicta fieri facienda.
Item, in reparatione fontis et aqueductus de Bigallo, libras l florenorum parvorum, solvendas pro Comuni Lando Albiczi et Duccio domini Bernardi Capecchi officialibus ad predicta.
Item, super ordinando quod Pistorienses habentes possessiones in civitate vel comictatu Florentie, propterea non graventur, usque ad unum annum proxime venturum, de libris et factionibus: et hoc, si Pistorienses, hinc ad decem dies, illud idem firmaverint vel non firmaverint.
Presentibus testibus ser Manno Talenti notario Priorum et Leone Poggi preconone d. Capitanei.
Ser Datus Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.
Placuit lxxij secundum propositiones, nolentes fuerunt vj.

¹ Supplito qui ed appresso col cit. Registro delle *Provisioni*, a c. 108^r.

² Di fronte, nel margine interno: "per B."

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quaterno banbacis signato per "h".

¹In Consilio Centum virorum proposuit Tediccus Manovelli, prior Artium, presentibus sociis suis, provisionem Priorum super facto duorum notariorum et sex berroariorum concedendorum d. Capitaneo.

Ser Guido de Toricchio notarius consuluit secundum propositionem.

Placuit lxxvij secundum propositionem, nolentes fuerunt ij.

Eodem die * et testibus*.

In Consilio speciali d. Defensoris et Capitulum proposuit Capitaneus predicta, primo deliberata in primo Consilio Centum virorum.

Presentibus testibus Leone Poggi precone et Ceccho Compagni populi Sancti Laurentii nuntio Capitanei.

Migliaccius Salvi pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Tancredi notarius consuluit, quod que dicuntur de facto Pistoriensium solum locum habeant in libris ser †

Placuit xlvij secundum propositiones predictas, nolentes fuerunt xviiiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali d. Defensoris proposuit Capitaneus predicta.

Ser Stephanus ser Lapi Cienghiecti consuluit secundum propositiones.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

[c. 107[†]] ||Eodem die||.²

||In Consilio|| speciali ||domini|| Capitanei et Cap||itudinum xij^{em} maiorum Artium proposuit Tediccus Manovelli ||ea que hodie|| fir^mata fuerunt in alio Consilio|| Centum virorum||.

Presentibus testibus Leone Poggi et Bentacorda ||Cambii nuntio d. Capitanei||.

Neri Attiliantis consuluit secundum propositionem predictam.

||Placuit lvij|| secundum propositionem, nolentes fuerunt viiiij^{em}.

Eodem die ||et testibus||.

In Consilio generali d. Defensoris proposuit ||supradictus|| Tediccus predicta.

Ser Arrighus Gratie consuluit secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: "per B."

² Supplito, qui ed appresso, col testo corrispondente nel cit. Registro IV delle *Provisioni*, a c. 112.

Die xxij^o mensis novembris. Signati per “h” *non interfuerunt Consilio*. Alibi notatum est in quaterno banbaxis signato per “K”.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, omnia infrascripta.

²Primo videlicet, de *xxv*³ libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi, de summa librarum centum que possunt expendi de presenti mense novembris.

Item, de balia danda Potestati, Capitaneo, Prioribus et Vexillifero, super exercitibus et cavalcatis faciendis et fieri faciendis, et super providendo omnia circa hoc.

Presentibus testibus Leone Poggi precone domini Capitanei et Chacciante filio Ubaldini nuntio domini Capitanei, et aliis.

Lapus Rinuccini consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxj secundum propositiones; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum xij^{clm} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie, de balia danda Potestati et Capitaneo, Prioribus et Vexillifero, super exercitibus et cavalcatis faciendis et fieri faciendis, et super providendo omnia circa hoc.

Dinus Pecora consuluit secundum propositionem predictam.

Dominus Boninsegna de Becchinugiis iudex consuluit idem.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et balloctas, placuit lxij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{clm} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositionem.

Placuit omnibus secundum dictum dicti Latini.

[c. 108^r.] ||Die ultimo mensis novembris||.

⁴In ||Consilio Centum virorum proposuit dominus|| Capitaneus, presentibus Prioribus ||et Vexillifero|| omnia infrascripta.

||Primo videlicet||, de obmissis per Potestatem, Capi||taneum||, Piores⁵ et Vexillif||erum,

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: “per A.”.

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al seguente paragrafo: “a. n. K.”.

³ *centum*.

⁴ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: “per B”.

⁵ Il testo ha “Prioribus”.

de presenti men^{se} novembris, prorogandis in futurum m^{ensem} decembris proxime
||venturi||.

Presentibus testibus Leon^e Poggi || preconē dicti domini Capitanei et Bentacorde
Cambii nuntio domini Capitanei.

Benci Amati consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxv; nolentes fuerunt j.

Die mercurii primo decembris.

Die secundo mensis decembris. Alibi notatum est in quaternis banbaxis signato per
"K" et signato per "L".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presen-
tibus Prioribus et Vexillifero.

Primo videlicet, de cccc^{im} libris de pecunia Communis expendendis in opere Sancte Reparate.¹

²Presentibus testibus Leone Poggi preconē domini Capitanei et Puccio Dietisalvi nuntio
Priorum.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

³Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxiij super
facto Sancte Reparate; nolentes fuerunt xij.

Item placuit lxxij super reparatione Pontis Sancte Trinitatis, nolentes fuerunt iij.

⁴Item placuit omnibus, numero lxxv, super facto pontis Santerni * nolentes fuerunt *.

Item placuit lxxj super facto cavallatarum, nolentes fuerunt iiij.

Item placuit lxxv, super facto * Podii Boniczi, *⁵ secundum propositionem; nolentes fue-
runt x.

⁶Item placuit lxxj, super facto Sancti Galli, secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.

[c. 108⁴] ||Eodem die||.

||In|| Consilio speciali domini Def^{ens}oris et Capitudinum^{im} xij maiorum Artium || proposuit
dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et ||Vexillifero, omnia ea que firma||ta fue-
runt in Consilio Centum virorum facto die p||redicto||.

Item, ea que firmata fuerunt ||in Consilio Centum|| virorum facto die ultimo mensis no-
vembris proxime preteriti, super ||obmissis de|| dicto mense novembris.

Presentibus testibus Leone Poggi prec^{one} domini Capitanei et || Cacciante Ubaldini
nuntio dicti domini Capitanei.

Ser Uguiccione Rugerocti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et post-
modum ad pissides et balloctas, placuit lviiij secundum propositiones; nolentes fue-
runt iiij.

¹ Segue uno spazio bianco per un buon terzo della pagina.

² Di fronte, nel margine interno, è ripetuto "per B."

³ Precedono in margine le sigle "a. n. K."

⁴ Precedono anche qui in margine le sigle "a. n. K."

⁵ * Sancti Galli *.

⁶ Precedono in margine le sigle "a. n. L."

Eodem die et testibus.

¹ In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Latini.

² Eodem die. Alibi notatum est in quodam medio folio signato per "Q".

In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis terris, videlicet Comuni et hominibus Burgi Sancte Floris usque ad unum annum, item Comuni et hominibus de Gaville a kallendis ianuarii usque ad unum annum. Item, si videtur dicto Consilio quod Potestas concedatur Comuni et hominibus de Gambassi, et quomodo eligi debeat, et quis esse debeat potestas, usque ad kallendas ianuarii proxime venturi et deinde ad sex menses. Presentibus testibus Braccino Braccii precone *domini Capitanei*,³ et Picchio Guidi nuntio dominorum Priorum et Vexilliferi.

Neri Attigliantis consuluit, quod dicte Potestates concedantur, et vadant ad scrupinium. Facto partito ad sedendum et levandum, placuit *quasi* omnibus.

[c. 109^{r.}] ⁴ Die ij mensis decembris. Millesimo c^o lxxxiiiij, indictione viij; tempore d. Guilielmi de Madiis.

⁵ In Comuni de Gambassi. Cambius Aldobrandini Bellincionis.⁶

In Comuni Burgi Sancte Floris. Ricomannus de Bosticis xiiij,⁷ Zaniolus del Bangno iij, Burnellinus de Boniczis v, Guadagninus Gocifredi viij, Lapus de Orciolinis v.

In Comuni de Gaville. Ser Ganus Bonaxii notarius v, Grigorius de Raffacanis xij,⁸ Nucius Pretaczi vij, Gaddus de Falchoneriis vij, Banchus Bonaccii j, Lapus de l'Amo-nito iij.

[c. 109^{v.}] ⁹ In Dei nomine, amen. Anno sue salutifere Incarnationis Millesimo c^o lxxxiiiij, indictione viij, die secundo mensis decembris.

|| In Consilio || speciali domini Defensoris et Capitanei civitatis Florentie, precona convoca-

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Di fronte c. s.: per A."

³ *Comunis*.

⁴ In alto, in mezzo della facciata è la lettera "Q"; ed è questo il mezzo foglio ricordato nel Consiglio precedente.

⁵ Scrutinio per l'elezione dei Potestà deliberati concedersi nel precedente Consiglio.

⁶ Seguono 35 "a", che rappresentano il numero dei voti da esso ottenuti nello scrutinio. Precedono anche al nome, 6 punti, e a questi il verbo "est"; che qui ed appresso indica l'eletto.

⁷ Questa e le seguenti cifre rappresentano i voti c. s., e sono c. s. precedute da altrettante "a". A questo nome inoltre precede un punto e il verbo "est".

⁸ Precede l' "est".

⁹ Anche qui in alto è ripetuta la lettera "Q".

tione campaneque sonitu, mandato nobilis viri domini Guillielmi [domini] Conradi de Madiis de Brixia defensoris et capitanei civitatis et Comunis Florentie, in ecclesia Sancti Petri Scradii more solito congregato, in presentia predicti domini Defensoris et Capitanei; prius per ipsum Consilium speciale super infrascriptis solemni provisione et reformatione celebrata et facta, auctoritate et vigore et secundum formam capituli Constituti Comunis Florentie de hac materia loquentis, et etiam secundum formam reformationis iamdicti Consilii specialis, ut predicatur super hoc facte, super hiis solemni scriptinio celebrato et facto: infrascripti honorabiles cives florentie pro predicto Comuni Florentie electi fuerunt in Potestates infrascriptorum Comunium et terrarum comitatus Florentie, per tempus seu tempora infrascripta, et modo et conditionibus infrascriptis, pro ipsorum infrascriptorum Comunium et terrarum negotiis faciendis. Hoc expresse proviso et aposito, quod ipsi vel aliquis eorum non possint vel debeant dominium vel iurisdictionem aliquam in homines seu contra homines et personas ipsarum terrarum et Comunium infrascriptorum vel alicuius eorum, contra formam statutorum seu ordinamentorum Comunis Florentie, quomolibet exercere.

Quorum Potestatum electorum, ut dictum est, nomina sunt hec.

Gregorius de Raffacanis honorabilis civis Florentie, per dominos Priores Artium et Vexilliferum Iustitie et Consiliarios dicti Consilii specialis, ad scriptinium ut predicatur inter eos celebratum et factum, electus fuit potestas Comunis et hominum populi Sancti Clementis de Gaville, a kallendis ianuarii proxime venturis ad unum annum tunc proxime venturum; sequendo formam petitionis per Dinum filium Medichetti syndicum dicti Comunis et Populi, sindicatus nomine pro ipso Comuni et Populo, super hoc porrecte et facte.

Ricomannus de Bosticis honorabilis civis Florentie, per dominos Priores Artium et Vexilliferum Iustitie et per Consiliarios dicti Consilii specialis, ad scriptinium ut predicatur inter eos celebratum, electus fuit potestas Comunis et universitatis et hominum burgi Sancte Floris usque ad unum annum proxime venturum, cum salario in statuto ipsius Comunis et universitatis contento; sequendo formam petitionis per Cheruolum filium Angiolelli syndicum iamdicti Comunis et universitatis burgi Sancte Floris super hoc porrecte et facte.¹

Presentibus testibus Braccino Braccii preconne domini Capitanei et Picchio filio Guidi nuntio ipsorum dominorum Priorum et Vexilliferi, et aliis.

Et ego An.² etc. Ego A. B.³ imperiali auctoritate notarius et nunc Consiliorum Comunis Florentie pro ipso Comuni scriba hiis omnibus interfui, eaque publice scripsi.

[c. 108⁴] Die quarto mensis decembris.

⁴In Consilio C virorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, de absolute verborum capitulorum continentium quod non possit provideri de absolute capitulorum loquentium de mora Potestatis sueque familie, pro facto futuri Potestatis et sue familie, qui non possunt venire termino.

¹ Segue uno spazio bianco di 6 o 7 righe, dove dovrebbe leggersi il nome e l'elezione del Potestà di Gambassi.

² Cioè "Antonius".

³ Cioè "Antonius Bonsegnoris", che pare sia da sostituire a "Ego An. etc.", sebbene non cancellato.

⁴ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

Item, de eligendo et deputando Leone Poggi¹ et Braccino Braccii in officio banditorum d. Capitanei, pro duobus annis iniciandis in kallendis mensis maii proxime *venturis*; solvendo et faciendo ea que provisa sunt per Priores et Vexilliferum.

Presentibus testibus *domino Bontadosio de Monteretondo milite Capitanei* et Homodeo Mercati nuntio d. Capitanei.

[c. 112^r.] Ser || ||

Ciore || ||

quod eis de|| || Sapient|| ||.

Lapus Rinuccini consuluit || || Priores || ||.

Facto partito super prima proposi||tione, scilicet de absolute||one capitulorum, placuit lxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt || ||.

Item, super alia propositione de || || secundum propositionem; nolentes, et volentes secundum dictum Cioris, fuerunt xxxviiiij.

Die iiij^o mensis decembris.

² In Consilio speciali domini Defensoris et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposuit Capitaneus ea que hodie firmata fuerunt in Consilio C virorum.

Presentibus testibus domino Bontadosio de Monterotundo milite Capitanei et Puccio Detisalvi nuntio Priorum.

Neri Attiliantis consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit omnibus, qui fuerunt lxij, secundum propositionem super prima propositione pro absolute capitulorum * nolentes fuerunt *.

Item placuit, super facto bannitorum, lx secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali et generali domini Defensoris et Capitudinum proposuit Capitaneus omnia predicta.

Ser Rimbaldinus Hugolini consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

[c. 110] quod infras||cripta

|| facta, valeant et teneant et plenam ||obtaineant firmitatem

secundum|| quod in ea plenius continetur. Cuius qui-

dem provisionis et deliberationis tenor talis est.³

Per officium suprascriptorum dominorum Priorum Artium et Vexilliferi Iuxtitie, facto et celebrato inter eos solempni et secreto scrupitino ad pissides et balloctas secundum formam statuti domini Defensoris, provisum et deliberatum fuit, pro evidenti utilitate Populi et Comunis Florentie, et ut officium bannitorum domini Capitanei melius et honorabilius fiat pro Populo et Comuni predicto: Quod Leone Poggii et Braccinus

¹ * Leone Poggi preconne *.

² Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B. "

³ Questo preambolo, che pare cominci in tronco, forse per essere stata ritagliata la carta, fu scritto dopo dal notaio Bonsignore, in testa di questa polizza; che non è di mano sua nè di ser Antonio suo coadiutore.

Braccii, qui nunc sunt bannitores domini Capitanei, sint et esse debeant pro Populo et Comuni predicto precones domini Capitanei et Defensoris ac etiam Populi Florentini, in duobus et pro duobus annis initiandis in proximis kallendis may venturi: per quod quidem tempus ipsi teneantur et debeant officium preconum et bannitorum domini Capitanei et Defensoris et Populi Florentini fideliter et continue facere et exercere, prout tenentur et debent per formam statutorum sive ordinamentorum de ipso offitio loquentium. Et eisdem liceat atque possint, pro eorum remuneratione et salario, recipere et habere a singularibus personis salaria consueta. Et predicta occasione teneantur et debeant dare et solvere Comuni Florentie, quolibet anno in kalendis novembris, vel primo, libras l florenorum parvorum, pro utroque ipsorum. Et equos opportunos, bonos et sufficientes ad ipsum officium faciendum, habere debeant. Et insuper, quolibet anno dictorum annorum, quilibet eorum teneatur et debeat se induere, duabus vicibus, de bono et pulcro panno ultramontano, coloris rubei vel viridis, sanguinei vel albi; ita quod ipsorum officium per eos honorabiliter fiat pro Populo antedicto. Et quod utile est de predictis et absolute statutorum in hiis quomodolibet contradicentium fieri et teneri Consilia opportuna.

[c. 112^r.] Die vj^o mensis decembris. Alibi notatum est in quaterno banbaxis signato per "h", de xxv libris; item in quaterno Consiliorum Potestatis, super facto Potestatis futuri; et in quadam cedula, de facto Priorum.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, omnia infrascripta.

²Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi, de summa librarum centum que expendi possunt de presenti mense decembris.

Item, petitionem Cerre albergatoris.

Item, petitionem Gani Foressii et ser Becti Bencivenni notarii.

Item, super danda bailia dominis Prioribus et Vexillifero presentibus, dandi licentiam Potestati futuro et sue familie secundum quod videbitur eis.

Item, de deveto Vexilliferi, quod non possit esse Prior infra duos annos; et Priores non possint esse Vexilliferi infra dictum terminum duorum annorum; et etiam de Notario Priorum, qui non possit esse Prior vel Vexillifer infra supradictum terminum.

Presentibus testibus Leone Poggi preconem domini Capitanei et Ceccho Compangni nuntio d. Capitanei.

Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito super predictis ad pissides et balloctas, placuit omnibus, numero lxxv, secundum propositiones * nolentes fuerunt *.

[c. 112^v.] ||Eodem die||.

||In Consilio speciali domini|| Defensoris|| et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et ||Vexillifero||, omni||a ea que hodie firmata|| fuerunt in Consilio Centum virorum; exceptis que firmata|| fuerunt de xxv libris expendendis ||ad provisionem Priorum||.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

² Di fronte, nel margine interno, le solite sigle "a. n."

Presentibus testibus *Braccino Braccii*¹ preconone domini Capitanei et Cacciante Ubal-
dini nuntio dicti domini Capitanei, et aliis.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et post-
modum ad pissides et balloctas, placuit lvi secundum propositiones; nolentes fueruntij.

Eodem die et testibus.

²In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitulum^{cin} xij maiorum Artium
proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Ser Bencivenni medicus consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones
predictas.

[c. 111] ³Per omnia Consilia opportuna Comunis Florentie firmatum *fuit*, quod aliquis
qui nunc sit, vel hactenus *fuit*⁴ seu de cetero erit, pro Comuni Florentie Prior Ar-
tium, a die depositi officii antedicti usque ad duos annos tunc proxime secuturos, nullo
modo iure vel causa, *possit esse*⁵ Vexillifer Iustitie.

Item, quod aliquis qui nunc sit, vel hactenus fuit seu de cetero erit, pro Comuni Flo-
rentie Vexillifer Iustitie, a die depositi officii antedicti usque ad duos annos tunc pro-
xime secuturos, nullo modo iure vel causa, esse possit Prior Artium civitatis predictae.

Item, quod aliquis qui nunc sit, vel hactenus fuit seu de cetero erit, pro Comuni Flo-
rentie notarius Priorum Artium et Vexilliferi Iustitie, a die depositi officii antedicti
usque ad duos annos tunc proxime secuturos, nullo modo iure vel causa, esse possit
Prior Artium seu Vexillifer Iustitie civitatis predictae.

[c. 112⁴] Eodem die et testibus.

⁶In Consilio speciali domini Capitanei et Capitulum^{cin} xij maiorum Artium proposuit
dominus Capitaneus de via in Campo Corbolino amplianda et aptanda.

Neri Attiglantis consuluit secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus.

Die viii^o mensis decembris. Alibi positum est in quaterno banbaxis signato per "I" et
in folio banbaxis signato per "2".

⁷In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus omnia infrascripta, presen-
tibus Prioribus et Vexillifero.

¹ * Leone Poggi *.

² Di fronte, nel margine esterno: "per B.".

³ Questa è la cedola ricordata nel precedente Consiglio de' Cento.

⁴ * fuerit *.

⁵ * esse possit *.

⁶ Di fronte, nel margine esterno: "per A.".

⁷ Di fronte c. s.: "per B.".

Primo videlicet, de sexaginta libris expendendis in expensis Arbitrorum, dandis Fino Dricte commoranti ad Cameram Comunis, qui dictam quantitatem det dictis Arbitris. Item, quod electio facta de dictis Arbitris valeat et teneat, non obstante aliquo deveto.

¹Item, quod Arbitri electi ad corrigendum Statutum domini Capitanei possint etiam corrigere Statutum Comunis, et omnia facere que continentur² in provisione Priorum et Vexilliferi.

Guido Orlandi consuluit secundum propositiones.

Facto partito, placuit lxxvij; nolentes fuerunt j.

Presentibus testibus ser Manno Talenti notario Priorum et Vexilliferi et Leone Poggi precone domini Capitanei.

[c. 113^r] ||

||.³

⁴In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus ||.⁵

Presentibus testibus ||
nunti|| ||.

Neri ||Attigliantis consuluit secundum propositionem|.

Factis partitis particulariter super predictis, primo ad sedendum et levandum et postmodum ad pissides et b|allocaltas, placuit ||.

Eodem ||die et testibus|.

In Consilio |generali et speciali domini Capitanei et Ca|pitudinum ^{clm}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per ||dominum Capitaneum||.

Ser Pepus Gherardini notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quodam medio folio signato per "L".

⁶In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis terris, videlicet Comuni et hominibus de Monte Varchi,⁷ item Comuni et hominibus de Fighino.

Manectus Tinioczi consuluit, quod concedantur, et vadant ad scrupinium.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum Manetti.

Die xiii^o mensis decembris.

In Consilio Capitudinum ^{clm}xij maiorum Artium et aliorum sapientum virorum, electorum

¹ Di fronte, nel margine esterno, le sigle "a. n. .5.":

² Il testo ha "continentur".

³ La data, mancante per lacerazione della carta, doveva essere "Eodem die" o "Die x mensis decembris".

⁴ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B.".

⁵ Dei due primi versi non rimane nel manoscritto che l'"I" iniziale del primo e un "d" a capo del secondo.

⁶ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per A.".

⁷ A questo "item" sono sovrapposte, tra rigo e rigo, le sigle "a. n.".

per officium dominorum Priorum et Vexilliferi Iustitie, proposuit dominus Capitaneus :
Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat pro Comuni.

Presentibus testibus ser Manno Talenti notario Priorum et Vexilliferi et Leone Poggi
precone domini Capitanei, et aliis.

Miglaccius Salvi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus eligant sex
bonos viros in suo sextu; et postea fiat scrupinium de eis more solito.

Dante Rinaldi consuluit, quod Capitudines cuiuslibet Artis cum Sapientibus sue Artis
eligant quatuor bonos viros de quolibet sextu; et postea fiat scrupinium de eis more
solito, dummodo in scrupinio alicuius sextus non possint esse minus sex ad scrupini-
um.

Dominus Boninsegna de Becchinugiis iudex consuluit, quod Capitaneus et Priores faciant
quod, per illum sextum quem voluerint, eligantur, in alio sextu quem voluerint, octo
boni¹ viri; et sic fiat de singulis sextibus.

Ser Andreas Sapiti consuluit secundum dictum Dantis, salvo quod sint solummodo duo
per sextum.

Ciutus ser Manecti calzolarius consuluit secundum dictum dicti Dantis, salvo quod sint
sex per sextum; et quod omnes qui cassabuntur, loco eorum alii reponantur.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Dantis.

[c. 113⁴] ||Eodem die||.

|| In Consilio Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum || pro-
posuit dominus Capitaneus: Quomodo electio sex bonorum virorum fieri debe[at in
sextu || Ultrarni;² qui vadant ad scrupinium pro Vexillifero || Iustitie.

Presentibus testibus ser Manno Talenti notario ||Priorum et Vexiliferi et
|| precone domini Capi||tanei, et aliis||.

Latinus ||Bonaccursi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuius||libet sextus eligant
unum in s||extu Ultrarni; et postea fiat scrupinium||.

|| Facto partito ||, placuit omnibus.

Die || mensis decembris||.

Coram * domino *³ Capitaneo et Prioribus || ||in
ecclesia Sancti Petri|| Scradii, iuraverunt quinque ex novis berroariis domini Capita-
nei, videlicet Corinus de Capriolo, Iohannes ||de Garo||ella,⁴ Venturinus Rapasini,
Recordatus de Pompiano, Conradinus de Flumicello.

Presentibus testibus domino Ansaldo iudice Capitanei et ser Manno Talenti notario
Priorum.

¹ Il testo ha "buoni".

² Supplito col riscontro del *Priorista* originale citato.

³ * dominus *

⁴ Integrato questo nome col riscontro dell'atto originale della quietanza di tutti i familiari del Capitano,
nel Registro XXXV dei *Capitoli del Comune*, a c. 99.

Die xx^o mensis decembris. Alibi notatum est in quodam *medio* folio bambacino signato per “*cl.* .ō.”¹

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta.

Primo videlicet, quod Arbitri electi ad corrigendum Statuta domini Capitanei et Communis possint cogi ad standum ad dictum offitium faciendum per xx dies, initiatos die xx mensis decembris presentis, et etiam ultra dictos xx dies, si videbitur et secundum quod videbitur dominis Prioribus et Vexillifero.

Item, super eo quod Camerarii, de pecunia Communis, solvant pro expensis dictorum Arbitrorum, pro dictis xx diebus, libras sex florenorum parvorum per diem, dandas Fino Dricte.

Item, quod Camerarii solvant ser Pino Biechi, ser Matteo Billiocti et ser Francisco ser Iacobi Bonamichi, notariis commorantibus cum dictis Arbitris, ad rationem soldorum centum florenorum parvorum pro quolibet eorum per mensem,² pro tempore quo steterunt et stabunt cum dictis Arbitris, pro uno mense incepto die viij presentis mensis decembris.

Item, quod omnia stantiamenta et ordinamenta, per Priores vel alios quoscumque officiales edita, in favorem Andree Moczemani et ser Lotheringhi de la Stufa et quarumlibet aliarum personarum,³ continentia quod possint facere aliqua comistibilia, vel quod possint dare bibere vel comedere, sint cassa; ita quod si fecerint contra statuta possint condemnari, non obstantibus dictis ordinamentis et stantiamentis.

Item, quod ordinamenta alias hedita super iuribus Communis Florentie reinveniendis et recuperandis, et super officialibus eligendis ad predicta, valeant et de novo firmentur; et quod Priores possint ordinare salarium dictorum officialium.

Item, quod Priores et Vexillifer presentes possint remove et cassare Lippum Gualderami et Nuctium Pretaczi et ser Bonapartem eorum notarium, officiales hactenus electos ad alibrandum non allibratos civitatis et comitatus Florentie, ab officio predicto; et alios officiales, quos et quot voluerint, ponere in dicto officio, cum bailia et officio solito; videlicet et ponere loco dictorum officialium Pegholloctum Ardinghi, Bonacursum Villanuczi, ser Feum Lapi notarium.

Item, quod domini Priores et Vexillifer possint eligere duos officiales in officio illorum qui positi⁴ sunt ad faciendum impositas illis qui fraudulentè erant alibrati in civitate vel comitatu, cum illa bailia quam *habent*⁵ alii officiales.

[c. 114^r.] Item⁶

Presentibus testibus ser Tancredo magistri Bencivenni notario Priorum et⁷ Vexilliferi et Leone Poggi preconè domini Capitanei.

¹ * “ b. ” *.

² Prima avea scritto “ diem ”, e cancellò.

³ Il testo ha “ quibuslibet aliis personis ”.

⁴ Il testo ha “ positi ”.

⁵ “ habebant ”.

⁶ Altro non rimane di questo primo verso; e di tre altri che seguono non rimangono che una o due lettere in capo di ciascuno. Manca per conseguenza l'intera proposta, che si riferiva all'offerta dei carcerati in S. Giovanni, il giorno di Natale; come si rileva dai pareri dei Consiglieri e dai partiti, e dal Registro IV delle *Provisioni*, a c. 133 e segg.

⁷ Supplito col cit. Registro delle *Provisioni*, a c. 137.

Benci Amati consuluit secundum propositiones. Item, quod offerendi possint esse usque in quinquaginta carceratorum inter masculos et feminas

|| et in dicto numero sint omnes mulieres ||

qui ||

a speciali persona: non obstante

quod offerendi eligantur per dominos Priores et Vexilliferum et per sex bonos viros, unum per sextum, per eos eligendos.

|| numerus possit compleri de aliis habere || non expediret pacem

||. Item,

Ser Machone Megloris notarius consuluit secundum propositiones; salvo super provisione facta super iuribus Communis recuperandis.

Corsus domini Alberti consuluit secundum propositiones; salvo quod aliquis de magnatibus non possit offerri aliqua de causa.

Magister Bencivenni medicus consuluit secundum propositiones; salvo quod predicti * tres *¹ officiales non removeantur a dicto officio. Item, quod venditiones facte per legitimum sindicum Communis valeant, et super hiis non possint officiales aliquid facere.

Gianus Bentivegne consuluit secundum propositiones; salvo quod Priores et Vexillifer faciant eligere per duodecim viros de duodecim maioribus Artibus *²

Ciore Bonaguide consuluit secundum propositiones, et quod offerendi possint esse usque in numerum quinquaginta inter masculos et feminas. Et quod primo eligantur et offerantur omnes qui sunt in dictis carceribus pro offensa Communis, de qua non expediat habere pacem a speciali persona; et postea possit compleri numerus de aliis habentibus pacem. Et quod Priores et Vexillifer eligant illos quos voluerint ad dictam oblationem faciendam modo predicto. Et sint de vilioribus et pauperioribus, secundum formam statuti.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxxviii^m super facto dictorum trium officialium cassandorum, secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item placuit lxx super provisione facta super iuribus Communis recuperandis in qualibet sui parte, secundum propositionem; nolentes fuerunt xj.

Item placuit omnibus, numero lxxiiij, super aliis omnibus, secundum propositiones * nolentes fuerunt *.

Item placuit omnibus, numero lxxiiij, quod carcerati offerendi sint seu esse possint usque in numerum quinquaginta inter masculos et feminas * volentes quod sint in minori numero fuerunt *.

Item placuit omnibus quod offerantur illi qui sint pauperiores et qui sint *de* vilioribus, et qui longiori tempore steterint in dictis carceribus, qui pacem habent³ a speciali persona.

Item placuit lxxiiij quod electio illorum qui debent eligere dictos carceratos fiat per Priores et Vexilliferum, dummodo eligant duos per sextum ad minus: volentes quod aliter eligantur fuerunt [x].

Item placuit quod magnates possint offerri in dicta oblatione, nolentes fuerunt xviiij.

¹ * sex *.

² Il testo ha "Artis". Seguono due righe e mezzo bianche.

³ Il testo: "haberet".

[c. 114⁴] | Eodem die".

| In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposuit | dominus Capitaneus | omnia ea que firmata fuerunt in Consilio Centum virorum facto | die predicta.

| Presentibus testibus ser Tancredi notario Priorum et Braccino Braccii preconone domini Capitanei |¹ et aliis.

| Ser Uguiccione | Rugerocti notarius consuluit secundum propositiones predictas |.

Factis | partitis per dominum Capitaneum, primo ad sedendum et levandum et | postmodum ad pissides. et balloctas, placuit lvij secundum propositiones; nolentes fuerunt v".

Eodem die | et testibus".

In Consilio generali | et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij | maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Loctus Sputalosso consuluit secundum propositiones; salvo quod aliqua vendictio non possit fieri sine licentia dominorum Priorum et Vexilliferi.

Latinus Bonaccursi consuluit secundum propositiones predictas.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die xxj^o mensis decembris.

In Consilio Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Quid videtur dicto Consilio provideri super facto stipendiariorum.

Miglaccius Salvi consuluit, quod stipendiarii habeantur in quantitate centum quinquaginta, cum pactis et conditionibus et pro tempore quod videbitur Prioribus et Vexillifero.

Cattalanus Rinerii consuluit, quod stipendiarii habeantur in quantitate centum, et quod sint de civitate Florentie, si habere potuerint.

Ser Uguiccione Rugerocti notarius consuluit, quod centum stipendiarii habeantur, secundum quod videbitur dominis Prioribus et Vexillifero.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus quod usque in centum soldati habeantur ad provisionem Priorum et Vexilliferi.

Presentibus testibus ser Tancredi notario Priorum et Vexilliferi et Lando Tocti eorum nuntio, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis terris, videlicet Comuni² Castri Florentini, item Comuni de l'Ancisa; pro uno anno, iniciando in kallendis mensis ianuarii.

¹ Supplito, qui ed appresso, col riscontro del citato Registro delle *Provvisioni* a c. 133.

² Il testo ha, qui ed appresso, "Comunis".

Ser Alone Guccii notarius consuluit, quod concedantur, et vadant ad palloctas. ¹

Dinus Pecora consuluit idem, salvo quod vadant ad scrupinium.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas: Si videtur dicto Consilio quod dominus Ponzardus de Pulcis, electus capitaneus terre Todi pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis aprelis proxime venturi, possit dictam electionem acceptare, satisdando Comuni sicut debet, secundum formam statuti.

Item constitutus fuit syndicus Segna Iacobi de Abruxiatis ad concedendum hospitali Sancti Galli de bonis Maczuoli de lo Gnacola, secundum reformationem super hoc editam.

|| Item || constitutus fuit syndicus quem Priores et Vexillifer voluerint ad denunciandum electionem || ||² noviter electo.

|| Ser Rusti || chellus Bernardi notarius consuluit secundum propositionem.

|| Facto parti || to, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

|| Presentibus testibus domi || no Iacobo de la Piazza assessore Potestatis et Lapo Fiorecti nuntio Pallatii.

|| Die xiiij m || ensis martii, concesse fuerunt represalie || ||³

[c. 149^r] Die xvj mensis martii. || Alibi notatum est in || signat. per " M ".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

¹ Di fronte e a destra di questa data, nel margine superiore della pagina, si vede qualche traccia di scrittura, ma così evanida da non poterne cavare alcun senso.

² Verosimilmente al Capitano del Popolo, che dovea cominciare l'ufficio il primo maggio prossimo.

³ Il resto è quasi totalmente svanito, se pure, dopo altre due linee forse di scrittura, il rimanente di questa pagina, ch'è un buon terzo, non rimase bianca. La data del giorno si è supplita col testo delle *Provisioni* (Registro V, a c. 48 t. e 49), dove appunto si leggono due concessioni di rappresaglie fatte dal Potestà sotto dì 14 marzo, la prima a favore di alcuni de' Ruffoli contro il Comune d'Arezzo, l'altra a favore di Bandino Falconieri contro il Comune di Bergamo.

- ¹Primo, super salario Approbatorum magnatum.
- Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus, et illis Prioribus et Vexillifero qui erunt pro duobus mensibus futuris, super exactione librarum et super alibrando non alibratos, more solito.
- Item, super eo quod libre et prestantie possint solvi sine duplo vel alia pena, usque ad medium mensem aprilis, secundum morem solitum; salvo de prestantia florenorum auri, que etiam possit solvi sine duplo.
- Item, super petitione Raynaldi Siminecti de Spoleto.
- Item, super petitione Transarrighi de Spoleto.
- Item, super petitione Bianci de Montegrossoli.
- Item, super petitione domini Rodulfi de Vecchis et domini Geri de Compiobio, olim castellanorum castri Laterini et quadraginta peditum, pro xiiij diebus quibus suprasterunt ad custodiam dicti castri, inceptis² die xxij ianuarii proximi preteriti.
- Item, super petitione Benghi domini Albiczi, olim castellani castri Montecchi, et xviiij peditum, pro xx diebus iniciatis die xxj mensis ianuarii proxime preteriti; ad rationem librarum viij pro ipso castellano et librarum trium et soldorum decem, per mensem, pro quolibet ||pedit||e.
- Item, super petitione Vanni Bordonis et Foresii Baruccii heredis Bar||
|| olim emptorum gabelle panis civitatis et comitatus, super qu||
||, solvendarum.
- Item, super eo quod Massariis Camere solvantur libre lviiij et soldi ij, ||pro decem et septem|| banderiis, factis noviter pro peditibus comitatus.
- Item, super petitione Salvi quondam Bencivenni et sociorum.
- Item, super petitione Martini Salvi et sociorum.
- Presentibus testibus domino Petracino de Ronchoveteri de Placen||tia
|| milite domini Capitanei, et aliis.
- Buosus Risaliti consuluit secundum propositiones predictas.
- Benci Amati consuluit secundum propositiones predictas, sal||vo ||.
- Deus Bentacorde consuluit secundum propositionem, salvo quod ||
|| salvis petitionibus illorum de Spoleto.
- Ugo Aldobrandini consuluit secundum propositiones predictas.
- Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit L ||super prima propositione; nolentes|| fuerunt vij.
- Item, super secunda, placuit L^a secundum propositionem; nolentes fuerunt xx||iiij||.
- Item, super tertia, placuit lxviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iiiij.
- * Item, super quarta, placuit... secundum propositionem; nolentes fuerunt *.³
- Item, super quinta, placuit xxx secundum propositionem; nolentes fuerunt xliij.⁴
- Item, super sexta, placuit lviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.
- Item, super septima, placuit lxviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iiiij.
- Item, super octava, placuit lxv secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

¹ Le proposte di questo Consiglio furono dapprima progressivamente numerate dal notaro nel margine interno da j a xij; poi, avendo egli riunito sotto il numero iiiij la quarta e la quinta, corresse i numeri successivi che diventarono perciò xj.

² Il testo ha "inceptorum".

³ Cassato questo partito, omise il notaro di correggere i numeri ordinali dei successivi, come avea fatto sopra per le proposte.

⁴ Di fronte, nel margine interno, è scritto "non obtinuit".

Item, super nona, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xv.
 Item, super decima, placuit lxxj secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.
 Item, super undecima, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.
 Item, super duodecima, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt xij.

[c. 149⁴] Eodem die xvj^o mensis martii, et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{oim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta; salvo propositione de salario Approbatorum magnatum, et exceptis petitionibus Spolitinorum.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad pissides et balloctas, placuit omnibus, numero lviiiij, super prima propositione, secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super secunda, placuit omnibus secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super tertia, placuit lij secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Item, super quarta, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super quinta, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super sexta, placuit xlviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt x.

Item, super septima, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt * j *.¹

Item, super octava, placuit lj secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item, super nona, placuit omnibus secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quodam folio bambacino.

|| In|| Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{oim} xij maiorum Artium proposita || fu||erunt predicta.

|| Item co||nstituti fuerunt syndici Choccus Compangni populi Sancte Trin||itatis et Cione || del Ca||pone populi Sancti Iacobi Ultrarni, et quilibet² eorum in solidum, ad vendendum || bona N||uti Mannaie et Gagluczi quondam Neri populi Sancti Pancratii.

|| Nellus Die||taiuti consuluit secundum propositiones predictas.

|| Factis partitis|| particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum ||propositiones|| predictas.

|| Presentibus testibus d. Petracino de Ron||choveteri et domino Arrigho de Olmeta ||
 ||.

|| Die mens||is martii. Alibi notatum est in quaterno ||

	In Consilio generali Comunis		proposuit dominus Potestas: Si videtur Consilio declarare	
	ti familiares domini Pini olim domini Stoldi de Rubeis			
	pr		o sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis apreli proxime venturis	
	in civitate Bononie			
	pars Ieremensium cognos			

¹ * vijj *.

² Il testo ha "quemlibet".

³ Così, per *zellatores*.

|| Presentibus testibus || assessore Potestatis et Tura del Grillo precone Comunis, et aliis.

|| Dominus Albiczus C||orbinelli consuluit secundum propositionem.

|| Facto partito|| ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti domini Albiczi.

[c. 150^r.] || Die xviii^o mensis martii. Signati per “m” non interfuerunt Consilio.* Alibi notatum est in folio bambacino signato per “S. S.”*.

In Consilio generali Comunis proposuit Duccius Buccelli camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta.

Primo videlicet, petitionem Bianci de Montegrossoli.

Item, petitionem Benghi domini Albiczi de Rubeis olim castellani castris Montecchi.

Item, petitionem Vanni Bordonis et Foresii Baruccii.

Item, super eo quod Massariis Camere solvantur libre lviii^o et soldi ij pro decem et septem banderiis, factis noviter pro peditibus comitatus.

Item, petitionem Salvi quondam Bencivenni et sociorum.

Item, petitionem Martini Salvi et sociorum, secundum quod firmata sunt per Consilia domini Capitanei facta¹ die xvj^o presentis mensis martii.

Ser Facius de Singna notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclxxvij, super solutione Castellan||orum|| et peditum de Laterino, secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxvij.

Item, super solutione Castellani et peditum de Montecchio, placuit cclxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt lj.

Item, super solutione Castellani Montisgrossoli, placuit cclxiiij secundum propositionem; ||nolentes fuerunt ||.

Item, super petitione Vanni Bordonis et sociorum, placuit ccxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ||.

Item, super ||solut||ione facienda de banderiis peditum comitatus, placuit cclxxv secundum p||ropositionem; nolentes fuerunt ||.

Item, su||per pet||itione Salvi Bencivenni et sociorum, placuit cclviiij secundum propositionem; ||nolentes fuerunt ||.

Item, ||super petitione|| Martini Salvi et sociorum, placuit cclxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ||.

Presentibus testibus Lapo ||Flore||cti precone Comunis et Bonfigluolo Rustichi nuntio P||allatii||.

Eodem die. Signati per “m” non interfuerunt Consilio.* Alibi notatum est in folio bambacino signato per “S. S.”*.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta.

|| Primo videlicet, de|| bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus et futuris super ||exactione librarum, et super alibrando|| non alibratos, more solito.

¹ Il testo ha “ factis ”.

Item, super eo quod libre et prestantie possint solvi sine ||duplo usque ad medium mensem aprelis||.

Item, quod dominus Bectus, electus potestas civitatis Padue ||pro sex mensibus, initian-
dis in kallendis||¹ mensis iulii, possit acceptare, satsidando ut te||netur||.

Item, petitionem domini Lapi Saltarelli, volentis dividere quas||dam terras cum Plebano
de Septimo; et|| etiam petitionem Gini filii olim Primerani de populo Sancti Petri
||Maioris, de permutando domus et|| terras cum Priore Sancti Fridiani.

Presentibus testibus domino² Iacobo de la Piacza assessore Potestatis et Lapo Fiorecti
preco||ne Comunis||.

Dominus Tribaldus de Giandonatis consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit qu||asi
omnibus secundum ||propositiones||.

Item constitutus fuit syndicus, quem Priores et Vexillifer³ eligere voluerint ||ad ven-
dendum bona|| non solventium libras et prestantias.

[c. 150⁺] Die xxviii^o mensis martii. A||libi notatum est in|| quaterno signato per "M".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prio-
ribus et Vexillifero.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi, de
summa librarum centum que possunt expendi de presenti mense martii.

Item, super eo quod Societas de Scalas restituat Comuni triamilia florenorum auri sibi
datorum per Comune, et quod syndicus constituatur ad conservandum indempnes
socios dicte Societatis.

Item, super petitione officialium deputatorum super iuribus Comunis recuperandis.

Item, super eo quod ser Franciscus Bonaccursi populi Sancti Pancratii, notarius electus
ad scribendum tanquam custos introitus Camere, loco ser Chari domini Germie de
Legri notarii custodis introitus primo electi, qui infirmitate gravatur, possit exem-
plare acta ser Orlandini Nini Billiocti notarii veteris introitus Camere, usque ad diem
xviii^o mensis martii.⁴

Item, super solutione facienda Guerucio lignaiuolo filio Bartholi populi Sancti Iacobi
inter foveas, in quantitate librarum xviii^o et soldorum viiiij florenorum parvorum, si-
licet libre xij et soldi vj in una parte et libre vj et soldi iij in alia parte, pro pretio
lignaminis, assidum et ferramentorum, ||et|| maistratico, sediorum Pallatii dominorum
Priorum et Vexilliferi.

||Item||, super solutione ponderatorum florenorum auri, eisdem facienda pro sex mensi-
bus, ||initi||atis in kallendis decembris proxime preteriti, ad rationem librarum * qua-
tuor *⁵ florenorum parvorum ||pro quo||libet eorum, per mensem.

¹ Supplito, qui ed appresso, col testo di questo Consiglio nel Registro cit. delle *Provisioni*, a c. 61.

² Il testo ha "dominus".

³ Il testo ha "Prioribus et Vexillifero".

⁴ Nel margine esterno, di fronte a questa proposta, è un segno di richiamo di cui non si vede più il corri-
spondente, essendo la carta frammentaria. Forse il segno era fatto per rettificare l'ordine in cui erano scritte le
proposte: stantechè a questa preceda in margine il numero "iij" e a quella che immediatamente segue preceda
il numero "vj".

⁵ * sex *.

- || Item, super pe||titione domini Gherardi de Tornaquincis, in quantitate librarum xviiiij soldorum xiiij et denariorum vj.
- || Item, super|| petitione domini Nerli de Nerlis, in quantitate librarum xviiij soldorum xiiij et denariorum viij.
- || Item, super s||uspendendo duo capitula Constituti domini Capitanei.
- || Presentibus testibus domino|| Petracino de Ronchoveteri milite domini Capitanei et Leone Poggi ||eius preco||ne, et aliis.
- || consuluit|| secundum propositiones predictas.
- || Factis partitis particulariter ad pi||ssides et balloctas, placuit lxxij super prima propositione; nolentes fuerunt viiiij.
- || Item, super secunda, placuit|| lxviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.
- || Item, super tertia, placuit l||iiij secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.
- || Item, super quarta, placuit l||xx secundum propositionem; nolentes fuerunt j.
- || Item, super quinta, placuit|| lxij secundum propositionem; nolentes fuerunt viiiij.
- || Item, super sexta||, placuit lxviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.
- || Item, super|| septima, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.
- || Item, super o||ctava, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.
- || Item, super|| nona, placuit xlviij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxiij.

[c. 151^r.] Eodem die et testibus. Notatum est in quodam folio signato per "S. S."

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta, salvo de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi. Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit lviiij super prima propositione; nolentes fuerunt j.

Item, super secunda, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

Item, super tertia, placuit omnibus numero lviiij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super quarta, placuit liiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super quinta, placuit omnibus secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super sexta, placuit xxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt xxiiiij.

Item, super septima, placuit l secundum propositionem; nolentes fuerunt viiiij.

Item, super octava, placuit xliij secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim}xij maiorum ||Artium || proposita fuerunt predicta.

Ser Ganus Cambii notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum, placuit ||quasi omnibus secundum|| propositiones predictas.¹

¹ Segue uno spazio bianco, quasi un terzo della pagina; ove doveva esser notato il Consiglio generale del Comune.

Eodem die et testibus.

In Consilio Centum, generali et speciali et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium ||proposuit
||: Quid videtur dicto Consilio providere super petitione et ambax||iata
|| facta per Potestatem et ambaxiatores dicte terre, super facto Com ||
||pus.

Miglaccius pelliparius consuluit, quod dicta ambaxiata adimp||leatur||.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti M||i-
glaccii||.

[c. 151⁴] Die dominico primo aprilis.

Die predicto.

In Consilio Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium et aliorum Sapientum, congregato in domo
Circularum, proposuit d. Capitaneus: Quomodo eligi debeat unus Prior Artium in sextu
Porte Domus, loco Arrighi Lapi Arrighi qui erat Priorum, et die heri viam universe
carnis ingressus est.

Presentibus testibus d. Petracino de Ronchoveteri milite Capitanei et ser Pino de Signa
notario Priorum.

Pela Gualduccii consuluit, quod domini Priores et Vexillifer, si eisdem videbitur, cum
illis de sextu Porte Domus, eligant quatuor vel sex in illo sextu; et postea fiat scru-
ptinium in aliis quinque sextibus, et qui plures voces habuerit sit Prior.

Magister Guccius medicus consuluit, quod Capitudines sextus Porte Domus, per se, eli-
gant ^{or} iij, et Sapientes adiuncti dicti sextus eligant alios quatuor; et postea fiat ¹ scru-
ptinium m||ore solito||.

|| Placuit|| quasi omnibus secundum dictum *Pele*² predicti.

Die tertio aprilis.

|| In Consilio|| generali Comunis proposuit Neri Aldobrandini camerarius Comunis, pre-
sentibus Prioribus et Vexillifero Iustitie, ||de libris|| xvij et soldis ^{cim} viij solvendis
Gueruccio legnaiuolo.

|| Item, solutionem|| viij ponderatorum florenorum auri.

|| Item, petitionem|| Gherardi de Tornaquincis.

|| Item, petitionem domini|| Nerli de Nerlis.

|| Factis partitis, placuit super|| prima propositione; nolentes fuerunt xx.

|| Item placuit su||per secunda propositione, nolentes fuerunt lxxxv.

|| Item, super|| tercia propositione, placuit; nolentes fuerunt lvj.

|| Item, super quarta propositione||, placuit ij viij secundum propositionem; nolentes fue-
runt || ||.

|| Presentibus testibus ser Pino|| de Signa notario et Lapo Florecti preconis Comunis.

¹ Qui è la parola "devetum", cancellata.

² * Pelle *.

||Eodem die|| et testibus, et presente domino Guidone assessore Potestatis. Alibi notatum est in quodam folio banbacino signato per || ||.

||Proposuit dominus|| Potestas in Consilio, presentibus Prioribus et Vexillifero, de tribus milibus florenis auri existentibus ||apud Societatem|| de Schalis.

Item, super facto notarii Camere.

Item, super petitione officialium positorum ||ad recuperandum|| iura Comunis.

||Ser Mannus Ta||lenti consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

||Item constitutus fuit|| syndicus ad predicta, secundum primam propositionem.

Item constituti fuerunt Massarii Camere, more solito, Pacinus¹ Struffaldi populi Sancti Ley et Paczinus² ||Gu||scii Pescis populi Sancte Marie supra Portam.

[c. 152^r.] Die viii^o mensis aprilis.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, de solito arbitrio dando Potestati usque ad medium mensis iunii proxime venturum; quod quidem locum habeat in malleficiis commissis ab ultimo die mensis martii citra, et in commictendis de cetero usque ad dictum terminum.

Ser Rogerius Ugalbiczi³ notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Presentibus testibus ser Pino de Signa notario Priorum et Leone Poggi precone domini Capitanei, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{ei^m} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{ei^m} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum propositionem predictam.

¹ Il testo ha " Pacinum ".

² Il testo ha " Paczinum ".

³ Così il testo, invece di *Ughonis Albiczi* come sempre.

Die xij^o mensis aprilis.¹

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Iacobinus de Sancto Michaeli assessor domini Capitanei super bailia danda Prioribus et Vexillifero, presentibus et futuris, super auxilio militum et peditum quod petitum est pro parte Comunis Bononie; ita quod in predictis omnia opportuna fiant.

Item, super oblatione carceratorum Comunis Florentie facienda usque in numerum xxxv, illorum videlicet qui pacem habeant, vel qui ibi sint pro offensa Comunis dicitur secundum formam statuti.

Item, super salario Antonii Bonsegnori, et super eo quod possit facere omnia pertinentia ad suum officium.

Presentibus testibus domino Petricino de Ronchoveteri milite domini Capitanei et

Ser Torna de Remulo notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad pissides et balloctas, placuit lxxiiij, super prima propositione, secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Item, super secunda propositione, placuit lxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus, numero lxxxj, secundum propositionem.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitulum^o xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Miglaccius pelliparius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad pissides et balloctas, placuit lxj, super prima propositione, secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

Item, super secunda propositione, placuit lxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iiiij.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus, numero lxvij, secundum propositionem.²

[c. 152^o] Die xij^o mensis aprilis.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitulum^o xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Nellus Dietaiuti consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

¹ Nello spazio rimasto vuoto tra questo e il precedente Consiglio, allato e di seguito a questa data, il notaro fece questo ricordo: "Die x aprilis. Hic ponatur quedam provisio facta super facto B, secundum quod notata est in cedula signata per d."

² Si omette * nolentes fuerunt *, che avrebbe dovuto esser cancellato.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in folio banbacino signato per "P".

¹In Consilio Centum et in Consilio speciali proposuit dominus Iacobinus assessor domini Capitanei: Si videtur dictis Consiliis quod Potestates concedantur infrascriptis terris, videlicet²

Nicti Cacciafuori consuluit, quod concedantur et vadant ad scrupinium.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit, quod dividantur per sextus, et postea fiat scrupinium.

|| Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Nini.

Die xij^o mensis aprilis. Signati per "d" non interfuerunt Consilio.

|| In Consilio generali Comunis proposuit Neri Aldobrandini Bellincionis camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis || suis, inf|| rascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo videlicet, de auxilio dando || Bononiensibus, et d|| e bailia danda Prioribus et Vexillifero, presentibus et futuris, super hoc; || item de || oblatione carceratorum Comunis Florentie facienda usque in numerum xxxv; || item, de s|| alario || Antonii Bonsegnori: secundum quod predicta firmata fuerunt in Consilio || Centum et in aliis Co|| nsiliis factis die xij^o presentis mensis aprilis.

|| Presentibus testibus Albiczo Redde³ pre|| cone Comunis et Bonfigluolo Rustichi nuntio Pallatii, et aliis.

|| Manellus de Manellis || consuluit secundum propositiones predictas.

|| Factis partitis particulariter super predictis ||, placuit cclxxxv^o super prima propositione, de auxilio Bononiensium, secundum || propositionem; nolentes fue|| runt xviiiij.

|| Item, super secunda || propositione, de oblatione carceratorum, placuit cclxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxvij.

|| Item, super tertia pro|| positione, de salario Antonii Bonsegnori, placuit cccj secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

|| In Consilio ge|| nerali Comunis proposuit dominus * Ubertinus de lo Strocza de numero Priorum *,⁴ presentibus Prioribus et Vexillifero, de solito arbitrio || dando Potestati || super malleficiis; secundum quod firmatum est per Consilium Centum virorum et per alia Consilia || domini Capitanei fact|| a⁵ die viiiij^o presentis mensis aprilis.

|| Ser Mannus Ta|| lenti notarius consuluit secundum propositionem.

|| Facto partito ad || sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti ser Manni.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Segue uno spazio bianco capace di otto o nove versi.

³ Supplito, qui ed appresso, col testo del presente Consiglio quale si legge nel cit. Registro V delle *Provvisi- sioni*, a c. 66-67.

⁴ * Potestas *.

⁵ Il testo ha "|| fact || is".

[c. 153^r.] Die xiiij^o aprilis.

¹In Consilio Capitulum xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum, electorum per dominos Priores et Vexilliferum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat pro Comuni.

Presentibus testibus domino Petrecino de Ronchoveteri milite domini Capitanei et ser Pino de Singna notario Priorum, et aliis.

Mannus Actaviani consuluit, quod Sapientes cuiuslibet sextus nominent tres in quolibet sextu, et Capitulum cuiuslibet sextus nominent totidem; et postea fiat scriptinium more solito.

Miglaccius ser Salvi consuluit, quod quilibet Capitulum nominet duos pro quolibet sextu, et Sapientes cuiuslibet sextus nominent totidem, et Priores et Vexillifer nominent totidem; et postea fiat scriptinium ut dictum est.

Dominus Oddo Altoviti iudex consuluit, quod Capitulum et Sapientes cuiuslibet sextus nominent quatuor in quinque sextibus, et in suo sextu non nominent aliquem.

Ser Arrighus Gratie notarius consuluit, quod Capitulum cuiuslibet sextus nominent quatuor in quolibet sextu, et Sapientes cuiuslibet sextus nominent totidem.

Chiarus Salvi consuluit, quod provideatur ita quod ad minus sex vadant² ad scriptinium.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti ser Arrighi.

Eodem die et testibus.

In Consilio Capitulum xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum proposuit dominus Capitaneus: Quomodo ||eligi|| debeant sex boni viri in sextu Porte Sancti Petri, qui vadant ad scriptinium ||pro Vexillifero Iustitie||.

Pela Gualduccii consuluit[†]

Miglaccius pelliparius consuluit, quod Capitulum et Sapientes cuiuslibet ||sextus dent || in scriptis, et postea fiat scriptinium.

Placuit omnibus secundum dictum dicti ||Miglaccii||.

Die xvj^o aprilis.

In Consilio quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus et Vexillifero, in || ||, proposuit Potestas de quantitate servitii fieri Comuni Bononie, et de qua gente ||feri debeat||.

Clarus Girolami consuluit, quod duo per sextum habeantur ad providendum super|| ||.

Pela Gualduccii consuluit, quod servitium fiat de c stipendiariis, et xxx^o militibus florentinis quorum quilibet habeat unum socium cum equo armigero et coperto, et iiij^o pedibus, pro uno mense.

¹ A questo e al Consiglio che segue precede nel margine "per An.", cioè "per Antonium".

² Il testo, per error di penna, ha "vandant".

Segna de Abruxatis consuluit, quod c milites florentini inter quos sint xxv milites de corrodo, et c soldati, et iiij pedites ij cum balistis et ij cum lanceis, mictantur; et firmetur et fiat servitium ad presens pro duobus mensibus, et etiam pro maiori tempore si expedierit: solutio eis fiat ad presens pro uno mense.

|| D. || Oddo Altoviti consuluit idem; salvo quod dixit quod l equites, quilibet cum uno socio, vadant in dictum servitium.

Iacobus de Certaldo consuluit, quod c soldati vadant in dictum servitium; et l milites, quilibet cum uno socio ||soc||iatus, sint de comitatu.

[c. 153⁴] Bandinus de Falchoneriis consuluit, quod c soldati, et xxx equites cum xxx sociis cum equis armigeris et copertis, et iiij pedites, mictantur pro duobus mensibus. Item, quod electio militum fiat per duos vel tres per sextum, et etiam peditum.

D. Aldobrandus de Cerreto consuluit secundum dictum Bandini.

Neri Guidinghi consuluit, quod xxv milites de corrodo, quorum quilibet habeat duos socios, cum equis armigeris et copertis, et alii lxxv equites florentini, mictantur; et iiij pedites comitatus: et fiat servitium per duos menses; tamen solvatur eis ad presens pro uno mense. Alii soldati non mictantur.

D. Niccola de Acciaiuolis consuluit secundum dictum Bandini: hoc addito, quod l pavesarii mictantur et defferant arma lili, et pedites suprasberghas defferant.

Placuit omnibus quod serviatur Comuni Bononie de c soldatis equitibus; item de * quinquaginta *¹ florentinis equitibus, quorum quilibet habeat unum socium, et sint omnes cum equis copertis, * inter quos sint ad minus xij^{im} milites de corrodo *; et de iiij peditibus, quorum ij sint cum balistis et ij cum lanceis. Et quod fiat pro duobus mensibus; et presentialiter fiat solutio pro uno mense. Et defferant in insingnis gilium vermiliū, et pedites habeant suprasberghas. Et pedites omnes sint de comitatu Florentie.

Eodem die et tempore.

|| D. || Palmerius Altoviti consuluit, quod duo per sextum eligantur ad providendum et eligendum milites et pedites, et ad providendum salarium militum et peditum; et etiam unde habeatur pecunia.

|| Pier||us Manczuolus consuluit, quod electio predictorum fiat secundum quod videbitur Prioribus et Vexillifero.

|| Iaco||bi del Iudice consuluit †

|| de Adim||ariis consuluit, quod quedam prestantia imponatur illis qui alias non mutuaverunt.

|| Placuit quod duo|| vel tres per sextum eligantur qui provideant super predictis, scilicet super electione || e||quitum et peditum, et super eorum salario; et unde pecunia habeatur.

|| Eodem die||.

|| In eodem Consilio proposuit Potestas||: Quid videtur Consilio providere super facto Pistoriensium; narratis hiis que scripserunt ||ambaxiatores ibi existe||ntes pro Comuni.

¹ * triginta *.

Dominus Ubertinus de lo Strocza consuluit, quod confinati Pistorienses detineantur et custodiantur in civitate Florentie. Item, quod ||procure||tur et fiat quod processus puniendi malleficia Pistoriensium suspendantur usque ad introitum futuri Potestatis. Pela Gualduccii consuluit, quod duo vel tres per sextum habeantur super predictis. Placuit omnibus secundum hec dicta.

Die xviiij^o aprilis.¹

In Consilio Capitulum xxj^o Artium et aliorum quamplurium Sapientum congregato coram Potestate, Capitaneo, Prioribus et Vexillifero, ser Gianni Becceti, ambaxiator d. Marchionis dixit ambaxiatam suam.

Eodem die.

In Consilio predicto proposuit Potestas, presentibus Capitaneo, Prioribus et Vexillifero, generaliter: Quid sit providendum super et pro utilitate et bono statu Comunis Florentie.

Ser Gianni Syminecti consuluit, quod bailia generalis habeatur a Consiliis opportunis super omnibus opportunis ad defensionem et bonum statum Comunis et Populi Florentini.

[c. 154^r.] Dominus Albicus Corbinelli consuluit idem. Item, quod cum ambaxiatoribus et omni alia via provideatur super f||acto|| Comunis Luce.

Placuit omnibus secundum dictum predictorum Sapientum.

Die xxij^o aprilis. D. Florinus capitaneus iuravit, in ecclesia Sancte Reparate, et eius familia; computato sibi iuramento per d. Lapum Saltarelli priorem: presentibus ser Andrea notario Priorum et Braccino.

Die xxiiij^o aprilis, facta fuit provisio per Capitulum xxj^o Artium et alios quamplures Sapientes² super prestantia Comuni facienda per quasdam Societates et alios in divitiis, pro servitio Bononiensibus faciundo.

Die xxiiij^o mensis aprilis.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, infrascripta.

Primo videlicet, super restitutione facienda Societatibus et etiam singularibus personis que mutuaverunt et mutuabunt aliquam quantitatem pecunie Comuni Florentie, occasione servicii Bononiensium; et etiam, ultra quantitatem quam mutuabunt, denarios quatuor pro libra; et etiam, quod eis provideatur pro eorum dampnis et interesse de pecunia Comunis, ad rationem denariorum duorum pro libra per mensem et ad rationem mensis. Et quod propterea, et etiam pro servitio Bononiensibus, sicut fir-

¹ Nello spazio rimasto vuoto tra questo e il precedente Consiglio, e a destra di questa data, scrisse poi il notaro: "Die xvij^o aprilis. Ponatur provisio per Sapientes facta super facto potestarie Castillonis Aretini, secundum quod notata est in quadam cedula signata per C".

² Il testo ha "aliorum quamplurium Sapientum."

matum est, faciendo, imponatur ad extimum vetus quedam prestantia, in ea quantitate que videbitur Prioribus et Vexillifero, dummodo non excedat quantitatem soldorum quadraginta pro centenario; et quod facta dicta impositione prestantie predictae, provideatur et procedatur ad extimum novum pro Comuni Florentie faciendum; et quod, incontinenti facto ipso extimo, ad ipsum extimum novum exigatur quedam libra in qua compensetur dicta prestantia generalis.

Item, super sindico faciendo ad vendendum iure proprio bona exbannitorum et condempnatorum, secundum formam capituli Constituti, loquentis de venditione bonorum non solventium libras, et etiam ad vendendum bona illorum qui non solverunt vel non solvere^{nt} libras et prestantias, secundum formam dicti statuti, salvis Ordinamentis Iustitie, vel secundum provisionem Priorum et Vexilliferi.

Item, super solutione facienda omnibus soldatis Communis Florentie, pro quatuor mensibus inceptis in kallendis februarii preteritis, ad rationem librarum xxxj et soldorum iiij pro quolibet constabili, et librarum decem et soldorum decem pro quolibet soldato, per mensem.

Presentibus testibus domino Petricino de Ronchoveteri milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Brandaglia de Acciaiuolis consuluit secundum propositiones: salvo quod de bonis alicuius exbanniti vel condempnati, qui sit de magnatibus vel de aliquo casato, non vendendis, set affectentur pro Comuni.¹

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit lxvij, super prima propositione, secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super secunda propositione, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus numero lxxij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Nicti Cacciafuori consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit liij super prima propositione; nolentes fuerunt v.

Item, super secunda, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super tertia, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

[c. 154^t] Eodem die xxiiij aprilis et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Nellus Galigarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti Nelli.

¹ Così il testo

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitulum ^{oim} xij maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum proposuit dominus Capitaneus de parlamento suspendendo toto tempore presentium Priorum.

Rucchus Savini consuluit, quod suspendatur.

Placuit omnibus secundum propositionem.

Die xxv^o aprilis. Signati per "u" non interfuerunt Consilio.

In Consilio generali Comunis proposuit Naddus Bonacose camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta.

Primo videlicet, de restitutione facienda illis qui mutuabunt Comuni, secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta¹ die xxiii^o mensis aprilis.

Item, de solutione facienda omnium soldatorum, secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta dicto die xxiii^o aprilis.

Manellus de Manellis consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad pissides et balloctas, placuit cclxxj super prima propositione, secundum propositionem; nolentes fuerunt xxv.

Item, super secunda propositione, placuit cclxxviii^o secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Presentibus testibus Lapo Fiorecti et Duccio Francisci preconibus Comunis et Bonfigluolo Rustichi nuntio Pallatii.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo videlicet, de quadam prestantia imponenda ad extimum vetus, secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta² die xxiii^o presentis mensis aprilis.

Item, super sindico faciendo ad vendendum bona exbannitorum et condempnatorum et illorum qui non solvunt libras, secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei facta dicto die xxiii^o presentis mensis aprilis.

Item, de Potestate concedenda Comuni³ Castilionis Arretini, et quomodo eligi debeat. Ser Rustichellus Bernardi notarius consuluit secundum propositiones predictas. Item, quod dicta potestaria concedatur; et eligatur per Priores et Vexilliferum.

Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti ser Rustichelli.

Item constitutus fuit syndicus ad predicta quem Priores et Vexillifer eligere voluerint.

Item constitutus fuit syndicus ad promictendum Societatibus de restitutione facienda de pecunia per eos mutuata.

¹ Qui ed appresso il testo ha "factis".

² Anche qui ed appresso: "factis".

³ Il testo ha "Comunis".

[c. 155^r] ||Die mensi||s aprelis.

In Consilio generali Communis proposuit d. Potestas: Quomodo eligantur syndici qui debent syndicare d. Guelfum olim capitaneum eiusque familiam et beroarios, et etiam syndicus pro Comuni, et duo notarii cum ipsis sindicis, et etiam tres vel quatuor advocati.

Item, si placet Consilio quod electio Capitanei Burgi Sancti Sepulcri, commissa Prioribus et Vexillifero, pro sex mensibus initiandis in festo Beati Iohannis, acceptetur.

Presentibus d. Guidone Choderota assessore collateralis Potestatis et Duccio Francisci precone Communis.

Ser Iohannes Berghi consuluit, quod electio predictorum sindicorum et aliorum fiat per Priores et Vexilliferum. Item, quod dicta electio Capitanei fiat per Priores et Vexilliferum et acceptetur.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis: factis partitis particulariter.

Die v̄ mensis maii.¹

In Consilio Centum virorum proposuit dominus *Florinus novus capitaneus*² infra-scripta, presentibus et volentibus dominis Prioribus Artium et Vexillifero Iustitie.

Primo, super impositione cavallatarum et super quantitate et modo impositionis,³ et super salario.

Item, super salario officialium soldatorum, in quantitate librarum xlvj florenorum parvorum.

Presentibus testibus ser Andrea Sapiti notario Priorum et Braccino Braccii precone domini Capitanei, et aliis.

Ruchus Savini consuluit, quod cavallate imponantur, et quod omnia alia proposita remaneant in provisione Priorum et Vexilliferi, cum illis Sapientibus quos habere voluerint.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Magister Guccius medicus consuluit secundum propositiones.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

¹ Nello spazio rimasto vuoto tra questo e il precedente Consiglio scrisse il notaro: "Die iij^o maii. Hic ponatur quedam provisio facta per Sapientes super cavallatis, sicut notatum est in cedula signata per C".

² *Capitaneus*.

³ Il testo ha, per errore di scrittura, "impositionibus". Corretto col riscontro di questo Consiglio nel Registro VI delle *Provisioni*, a c. 20.

Eodem die et testibus. Alibi notatum in quodam folio signato per " V ".

In Consilio generali et speciali et Capitulum ^{cim} xij maiorum Artium et Centum virorum proposita fuerunt predicta.

Item, quomodo eligi debeant sex nuntii domini Capitanei.

Item, de acceptanda bailia concessa in Comune Florentie per Comune Pistorii de electione Potestatis et Capitanei, et etiam generaliter super statu ipsius civitatis.

Ser Vanni Berghi notarius consuluit secundum propositiones super facto cavallatarum.

Item, quod bailia concessa per Comune Pistorii admictatur, et quod omnia circa hec facienda provideantur et fiant per dominos Priores et Vexilliferum presentes, cum duobus vel tribus Sapientibus per sextum per eos eligendis. Item, quod dicti nuntii eligantur per Consilium, more solito.

Ser Carradore Giraldi consuluit, quod bailia civitatis Pistorii acceptetur. Item, quod Potestas, Capitaneus et Priores et Vexillifer eligant unum militem per Potestatem, qui satisdet de ^m x libris vel marchis argenti; et unum Capitaneum popularem, qui satisdet de medietate. Alia omnia circa hec facienda etiam provideantur per eos. Item, quod electio nuntiorum fiat per Priores et Vexilliferum.

Ser Rustichellus Bernardi consuluit, quod bailia civitatis Pistorii recipiatur; et quod Priores et Vexillifer, cum Sapientibus vel sine Sapientibus, eligant Potestatem et Capitaneum, et alia omnia provideant que providenda sunt circa predicta.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus super facto Pistorii secundum dictum dicti ser Rustichelli.

Item, super facto cavallatarum et super sex nuntiis, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti ser * Carradoris *.¹

[c. 155⁺] Die v̄^o mensis maii.

In Consilio speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Quomodo eligi debeant duo Approbatores in curia domini Capitanei.

Presentibus testibus ser Andrea² Sapiti notario Priorum et Leone Poggi et Braccino Braccii precone domini Capitanei.

Gheri Paganecti consuluit, quod dicta electio fiat per Consilium ad balloctas.

Placuit omnibus secundum dictum dicti Gheri.

Die v̄^o mensis maii.

³ In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas, presentibus et volentibus dominis Prioribus et Vexillifero.

Primo, super impositione cavallatarum, et super quantitate et modo; secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei.

Item, de acceptanda bailia concessa in Comune Florentie per Comune Pistorii, de ele-

¹ * Vanni *.

² Il testo ha " Andreas ".

³ Di fronte, nel margine esterno: " per B. ".

ctione Potestatis et Capitanei, et etiam generaliter super statu ipsius terre; secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei facta¹ dicta die.

²Item, si videtur dicto Consilio quod Lopus Scolay, electus potestas terre Castri Fochognani per unum annum, possit acceptare dictam potestariam, satisdando ut debet, secundum formam statuti.

Item, petitionem domini Iovenchi de Arrighucciis.

* Acta fuerunt hec in Pallatio dicti Comunis Florentie, presentibus testibus domino Guidone Choderuota de Laude iudice et collateralis assessore predicti domini Potestatis et *³ Lapo Florecti precone * eiusdem Comunis Florentie, et aliis *.⁴

Dominus Iohannes Rustichelli iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter super predictis ad sedendum et levandum super qualibet propositione per se, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti domini Iohannis.

Die viij^o mensis maii.

In Consilio generali Comunis, per Potestatem, Priores et Vexilliferum constitutus fuit syndicus, unus et plures, ad presentandum electionem et electiones Potestati et Capitaneo civitatis Pistorii, factas seu fiendas per ipsos Priores et Vexilliferum; et ad omnia facienda que circa predicta fuerint opportuna.

Presentibus testibus domino Guidone Choderuota de Laude assessore Potestatis et Duccio Francisci precone Comunis.

Die x^o mensis maii, per Priores et Vexilliferum et alios Sapientes facta fuit provisio, auctoritate Consilii, super facto cavallatarum.

Eodem die.

In Consilio generali Comunis proposuit Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero: Si videtur Consilio quod d. Lopus de Bardis electus potestas Comunis Pistorii, a die qua idem dominus Lopus erit in ipsa civitate, et ea die incipiendo usque ad kallendas iulii proximas, et a dictis kallendis iulii usque ad kallendas ianuarii tunc proximas; et d. Palmerius de Altovitis electus capitaneus Populi terre predictae, a die qua idem dominus Palmerius erit in ipsa civitate, et ea die incipiendo usque ad kallendas novembris proximas, per offitium Priorum et Vexilliferi, ex auctoritate data offitio predicto per Comune Florentie, ex bailia dicto Comuni Florentie concessa per Comune Pistorii; et etiam dominus Gerardus de Vicedominis electus capitaneus Burgi Sancti Sepulcri, a festo Sancti Iohannis proximo usque ad sex menses tunc sequentes, per Priores et Vexilliferum, ex bailia eis data per Comune Burgi predicti; possint acceptare, et ire ad dicta regimina exercenda, satisdando ut tenentur per formam statuti, vel aliter vel ultra, sicut videretur Prioribus et Vexillifero.

¹ Il testo: "factis".

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al paragrafo che segue: "per An. "

³ * Presentibus testibus domino Guidone assessore Potestatis et *.

⁴ * Comunis, et aliis *.

[c. 156^r.] Ser Gianni Syminecti consuluit,¹ quod predicti possint acceptare, et ire ad dictum regimen faciendum, secundum propositionem.

Factis partitis particulariter per. d. Potestatem, placuit omnibus secundum propositionem.

Presentibus testibus domino Guidone Choderota assessore Potestatis et ser Andrea notario Priorum, et aliis.

Die xv̄ mensis maii. In quaterno bambacis signato per "M", et in cedula signata per "M".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum.

Item, super eo quod, usque ad medium mensem iunii proxime venturum, libre et prestantie possint exigi sine duplo vel quarto; et in omnibus procedatur secundum quod alias super hoc firmatum fuit.

* Item, super feriis indicendis in curia domini Potestatis, ab odie in antea usque ad octo dies; salvo quod de hiis de quibus potest cognosci tempore feriato cognoscatur et procedatur, non obstantibus antedictis: et acta omnia remaneant in eo statu in quo nunc sunt*.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero, nunc in offitio residentibus, providendi super ponderandis et sagiandis florenis auri, et super officialibus, uno² vel pluribus, ad hoc deputandis, vel de ipso offitio comictendo uni³ vel pluribus, secundum quod *videbitur* eisdem et Sapientibus et mercatoribus ad hoc habendis.

Item, quod Offitium, cum Sapientibus quos habere voluerint, possint providere super fornaciariis et eorum arte, et super pretio rerum eorum artis; et super hiis omnibus ordinamenta facere secundum quod eisdem videbitur.

Item, super petitione creditorum Bardini et Vanni Altapacis.

Item, super petitione Tori botarii.⁴

Item, super suspensione facienda de infrascriptis capitulis usque ad kallendas novembris proxime venturi. Primo, de capitulo posito sub rubrica "De ambaxiatoribus mictendis pro Comuni Florentie", et incipit "Statutum et ordinatum est" etc.; aliud est sub rubrica "Quod provideatur de habendo et faciendo Pallatium pro Comuni", et incipit "Teneantur providere" etc.; aliud est sub rubrica "De observandis stantiammentis editis de Pietrasanta", et incipit "Cum terra" etc.

Presentibus testibus *domino Petro de Carraria iudice et assessore domini Capitanei *⁵ et Braccino Braccii precone eiusdem domini Capitanei, et aliis.

Ser Rustichellus Bernardi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones; ⁶ salvo petitione creditorum Bardini et Vanni, super qua consuluit quod supersedeatur ad presens.

¹ Qui si omette un "secundum", cancellato e riscritto dopo al suo luogo.

² Il testo ha "unum".

³ Il testo ha "uno".

⁴ Il testo ha "Batarii". Ved. appresso il secondo de' Consigli generali de' 16 maggio e il Registro VI delle *Provisioni*, a c. 24, dov'è "Thorus boctarius"

⁵ * Leone Poggi*.

⁶ Il testo ha "propositionem".

Factis partitis particulariter ad pissides et balloctas, placuit lxx super prima propositione; nolentes fuerunt viiiij.

Item placuit lxxiiij super secunda propositione, nolentes fuerunt j.

Item placuit omnibus, numero lxxiiij, super tertia propositione * nolentes fuerunt *.

Item placuit omnibus, numero lxxiiij, super quarta propositione * nolentes fuerunt *.

Item placuit lxx super quinta propositione, nolentes fuerunt xiiij.

Item placuit omnibus, numero lxxiiij, super sexta propositione * nolentes fuerunt *.

Item placuit lxxij super septima propositione, nolentes fuerunt ij.

[c. 156⁴] Eodem die xv^o mensis maii, et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum^{ei^m} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta; salvo de xxv libris.

Manninus de Acciaiuolis consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lviiiij super prima propositione; nolentes fuerunt ij.

Item, super secunda propositione, placuit lx secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus numero lxj, secundum propositionem, * nolentes fuerunt *.

Item, quod usque in quantitatem librarum xv^m, de libra que nunc exigitur, custodiantur per Camerarios et convertantur in solutione cavallatarum, sub pena librarum c pro quolibet Camerario et pro quolibet Rectore et officiali contrafacienti; et quod Priores qui pro tempore fuerint teneantur et debeant assignare et assignari facere Camerariis dictam quantitatem de exactione dicte libre.

Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere, videlicet Goccia Jacobi Baccharelli populi Sancti Felicis in Piazza et Aldobrandinus Schandellante⁴ populi Sancti Michaelis Bertelde, secundum morem solitum.

Item constituti fuerunt syndici Reddita⁵ Burnecti de Florentia et ser *Cambius*⁶ de Sexto in *Curia Romana*.⁷

[c. 166^r.] Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die xiiij^o mensis augusti.

⁸In Consilio Capitulum^{ei} xij maiorum Artium et aliorum Sapientum, electorum per Priores et Vexilliferum, proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat pro Comuni.

Presentibus testibus ser Bindo Cambii notario Priorum et Vexilliferi et Braccino Braccii precone d. Capitanei.

Miglaccius Salvi consuluit, quod quelibet Capitudo nominent tres in quolibet sextu et

¹ Da "et pro Comuni" ec. fin qui fu aggiunto dopo dal notaro, tra riga e riga.

² Questo "eiusdem" fu pure aggiunto dopo, in forza dell'aggiunta che precede; e avrebbe dovuto esser cassato dopo la cassatura "pro Comuni" ec. fatta sopra.

³ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

⁴ Il testo ha "Aldobrandinum Schandellantem".

⁵ *Redditam*.

⁶ *Cambium*.

⁷ *Curiam Romanam*.

⁸ Di fronte, nel margine interno: "per An."

Sapientes adiunti cuiuslibet sextus nominent totidem in quolibet sextu; et postea fiat scrupinium secundum morem solitum.

Borghus Rinaldi consuluit, quod Capitulum cuiuslibet sextus nominent quatuor in quolibet sextu, et Sapientes adiunti cuiuslibet sextus nominent totidem.

Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum Borghi.¹

Eodem die et testibus.

In Consilio Capitulum ^{cin}xij maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum, electorum per Priores et Vexilliferum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo eligi debeant sex boni viri in sextu Porte Sancti Petri, qui vadant ad scrupinium pro Vexillifero.

Duccius Palle Bernardi consuluit, quod eligantur per sextus.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Duccii.

Die xxj^o mensis augusti. In quaterno bambacis signato per "n".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

²Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum.

³Item, de solita balia concedenda Prioribus et Vexillifero super facto grani et bladi, duratura usque ad kallendas mensis martii proxime venturi.

Item, super eo quod Comune Castelli recipiatur in tallia que nuper tractatur fieri et firmari debere inter Comunia Societatis Tuscie, eo modo et forma quibus videbitur Prioribus et Vexillifero, si videbitur aliis Comunibus vel maiori parti eorum.

Presentibus testibus domino Andrea assessore domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lxxiiij super prima propositione; nolentes fuerunt iiij.

Item, super secunda propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super tertia propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.⁴

[c. 166^o] Eodem die xxj^o mensis augusti, et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitulum ^{cin}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta: salvo de xxv libris.

¹ Nello spazio bianco tra questo e il successivo Consiglio segue questo ricordo cancellato: "In quaterno Consiliorum Potestatis ponantur quedam provisiva per Sapientes * in Consil * super facto tallie".

² Di fronte, nel margine interno: "per An. "

³ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B. "

⁴ Segue, in fine della pagina, questo ricordo poi cancellato: "In quaterno Consiliorum Potestatis ponantur quedam provisiva per Sapientes super servitio d. Pape".

Miglaccius Salvi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit omnibus lxij super prima propositione * nolentes fuerunt*.

Item, super secunda propositione, placuit lxij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, de Parlamento suspendendo tempore presentium Priorum et Vexilliferi.

Ser Bindus Vernaccii notarius consuluit secundum propositiones predictas. Item quod suspendatur dictum Parlamentum.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die xxij^o mensis augusti. Signati per "f" non interfuerunt Consilio.

¹In Consilio generali Comunis proposuit Ciangherus Boninsegne de Becchenugiis, camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, de solita bailia concedenda Prioribus et Vexillifero super facto grani et bladi, duratura usque ad kallendas martii.

Presentibus testibus ser Bindo ser Guicciardi notario Priorum et Vexilliferi et Tura del Grillo precone Comunis, et aliis.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit cccxij secundum propositionem; nolentes fuerunt xv.

Eodem die et testibus. In quodam folio signato per "M" et in cedula signata per "p".

²In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero super eo quod Comune Castelli recipiatur in tallia que nuper tractatur fieri et firmari debere inter Comunia Societatis Tuscie, secundum quod firmatum fuit per Consilia domini Capitanei, facta³ die xxj^o presentis mensis augusti.

Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Nini.

⁴Item constituti fuerunt syndici * dominus Raynerius*⁵ de Piglis et * dominus Gualterius*⁶ de Gangareto iudices ad recipiendum Comune Castelli in tallia que nuper firmatur cum Comunibus Tuscie.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Di fronte, nel margine esterno: "per An."

³ Il testo ha "factis".

⁴ Precede in margine la sigla "M."

⁵ * dominum Raynerium*.

⁶ * dominum Gualterium*.

¹Item constituti fuerunt syndici ser *Cambius*² de Sexto et *Reddita*³ de Florentia ad recipiendum certam quantitatem pecunie ab heredibus Iohannis de Signa.

[c 167^r.] Die xxij^o mensis augusti. In folio signato per "M".

⁴In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

⁵Primo, super eo quod milites stipendiarii Comunis Florentie existentes in servitio domini Pape, in dicto servitio morentur usque ad decimum diem mensis novembris proxime venturi, computato in dicto termino tempore eorum reversionis; et quod Priores et Vexillifer possint providere et facere et fieri facere omnes expensas necessarias in predictis pro tempore predicto.

Item, super eo quod omnes officiales Comunis Florentie, quorum officium finitum est, ad quorum manus pervenit et remansit de pecunia Comunis Florentie, impune possint et teneantur et debeant eam⁶ restituere Camerariis Comunis Florentie usque ad decem dies proxime venturos; et abinde in antea observetur statutum domini Capitanei.

Presentibus testibus ser Bindo ser Guicciardi notario Priorum et Vexilliferi et Braccino Braccii precone d. Capitanei.

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod si contra aliquem officialem per dominum Capitaneum vel eius curiam vel Iudicem Camere processus aliquis inceptus est, predicta non prestant beneficium et locum non habeant in hoc casu.

Ghinus Curradi consuluit, quod dicta provisio facta super facto dictorum officialium non valeat, nec in ea non procedatur. In alia propositione consuluit secundum propositionem.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lx super prima propositione; nolentes fuerunt xvj.

Item, super secunda propositione, placuit xlij secundum propositionem et dictum Dini predicti; nolentes fuerunt xxxiiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Ser Medicus Aliocti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Spinellus Iacobi consuluit, quod non procedatur super dicta provisione facta⁷ super facto dictorum officialium. In alia consuluit secundum propositionem.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lvij super prima propositione; nolentes fuerunt ij.

¹ Precede in margine la sigla "p".

² *Cambium*.

³ *Redditam*.

⁴ Di fronte, nel margine interno: "per B."

⁵ Precede in margine la sigla "M".

⁶ Il testo ha "ea".

⁷ Il testo, per errore di scrittura, ha "provisio facto".

¹Item, super secunda propositione, placuit xxij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxvj.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cin}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta: salvo provisione² facta super facto dictorum officialium. Ser Testa Iohannis consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti ser Teste.

[c. 167⁴] Die xxvj⁵ mensis augusti. Signati per "g" non interfuerunt Consilio.

³In Consilio generali Comunis proposuit Corsus domini Alberti, camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, presentibus Prioribus et Vexillifero, videlicet super eo quod milites stipendiarii Comunis Florentie existentes in servitio domini Pape morerentur in dicto servitio secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei et Populi Florentini facta⁴ die xxij presentis mensis augusti.

Spinellus Iacobi consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit cclxij secundum propositionem; nolentes fuerunt lxxvj.

Presentibus testibus ser Bindo ser Guicciardi notario Priorum et Vexilliferi et Duccio Francisci precone Comunis, et aliis.⁵

Die xxviii⁵ augusti.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus, quod ipsi possint facere equitare milites stipendiarii Comunis Florentie et etiam pedites comitatus ad quascunque partes, et eos morari facere in quibuscunque terris et locis, quando et quotiens et prout et sicut eisdem videbitur.

Item, super eo quod a solventibus libras et prestantias hactenus impositas possit exigi simplum, absque aliqua condemnatione vel banno seu duplo, usque ad kallendas novembris proxime venturi; et insuper quod domini Priores et Vexillifer bailiam habeant super facto librarum et prestantiarum hactenus impositarum, secundum morem solitum.

Item, quod omnia et singula que domini Potestas et Capitaneus, Priores et Vexillifer, facere tenentur de presenti mense augusti, et etiam de mense septembris proxime venturi, possint fieri et compleri in futuro mense septembris et etiam octobris, et in quolibet dictorum mensium, usque ad kallendas mensis novembris.

¹ Di fronte, nel margine interno, è scritto "non", che vuol dire *non obtinuit*

² Il testo ha "provisio".

³ Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B."

⁴ Il testo, al solito, ha "factis".

⁵ Tra questo e il successivo Consiglio si legge la data "Die xxviii augusti" poi cancellata.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas. Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lxxj super prima propositione; nolentes fuerunt iiij.

Item, super secunda propositione, placuit lxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item, super tertia propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Presentibus testibus ser Bindo ser Guicciardi notario Priorum et Vexilliferi, et Braccino Braccii precone domini Capitanei, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cin} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit liij super prima propositione; nolentes fuerunt iiij.

Item, super secunda propositione, placuit lij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super tertia propositione, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

[c. 168^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.

Ser Raynerius Tholomei notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die penultimo mensis augusti.

¹ In Consilio generali Comunis proposuit Toctus Rinuccii camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, de bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus quod ipsi possint facere equitare milites stipendiarios Comunis Florentie, et etiam pedites comitatus; secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta² die xxviii^o presentis mensis augusti.

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit cclxxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxx.

Presentibus testibus ser Bindo ser Guicciardi notario Priorum et Vexilliferi et Tura del Grillo precone Comunis, et aliis.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e ai tre successivi Consigli: "per B."

² Il testo ha "factis".

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero: Primo, super facto exactionum librarum et prestantiarum; item, super obmissis per Potestatem et Capitaneum, et obmitendis, de presenti et futuro mensibus: secundum quod firmata sunt per Consilia Populi, facta¹ die xxviii^o presentis mensis augusti. Macza de Amiratis consuluit secundum propositiones predictas. Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die ultimo augusti.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium, presentibus Prioribus, absente Vexillifero, proposuit d. Capitaneus: Si videtur Consilio quod d. Rubeus de la Tosa, electus potestas civitatis Brixie, acceptare possit regimen. Ser Noddus Arrighi notarius consuluit secundum propositionem. Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis. Presentibus Leone Poggi et Braccino Braccii, preconibus d. Capitanei.

* Die iij^o septembris *.²

In Consilio Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium et decem bonorum virorum popularium pro quolibet sextu, congregato in domo Priorum et Vexilliferi, coram ipsis Prioribus et Vexillifero, proposuit d. Andreas de Cerreto de numero Priorum:³ Quomodo eligi debeant xiiij^{cim} Electores Potestatis, secundum formam statutorum. Dinus Peccora consuluit, quod predictorum ^{cim}xiiij Electorum Potestatis electio fiat per Priores et Vexilliferum; et valeat et teneat ad eorum liberam voluntatem. Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis. Presentibus testibus d. Gualterio de Gangareto et ser Bindo ser Guicciardi notario Priorum et Vexilliferi.

[c. 168^o] Die iij^o septembris.

Proposuit Offitium: Quomodo fieri debeat electio futuri Potestatis, prestito iuramento per ^{cim}xiiij Electores, secundum formam Ordinamentorum Iustitie. Noffus Guidi consuluit †

Die vj^o septembris.

Concessa fuit represalia Benci Amati contra Comune Ymole.

¹ Il testo ha "factis".

² * Die dominico primo mensis septembris *.

³ Qui si omette un "proposuit" ripetuto e non cancellato.

Die vj septembris.

¹In Consilio generali Comunis, per Potestatem, Priores * et Vexilliferum *, constitutus fuit syndicus, quem Priores et Vexillifer eligere voluerint, ad presentandum electionem Potestati futuro.

Presentibus testibus domino Andrea de Eugubio legum doctore, iudice et collateralis assessore dicti domini Potestatis, et Tura del Grillo precone Comunis, et aliis.

Die xij septembris.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de solito arbitrio dando Potestati et Capitaneo super exactione condemnationum, videlicet Potestati usque ad diem xv mensis decembris proxime venturum per totam diem, et Capitaneo usque ad xv diem mensis octobris proxime venturum per totam diem: salvo quod Potestas non possit dictam exactionem facere a mense in antea.

Item, super solutione Puccii domini Michaelis et * Bectucio *² de Hostina, pro uno mense finiendo in medio mensis septembris presentis.

Presentibus testibus ser Bindo ser Guicciardi notario Priorum et Vexilliferi et Braccino Braccii precone domini Capitanei.

Ser Lopus de Sexto notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lxxj secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super secunda propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Eodem die et testibus,

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Ser Lopus Donati notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit omnibus lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt †

Item, super secunda propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus. * In cedula signata per "A" *.

³In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum Artium proposita fuerunt predicta.

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per An."

² * Bectuccii *.

³ Di fronte, nel margine esterno, e così di fronte all' "Item" successivo: "per An."

Item constituti fuerunt syndici Neri Belfortis et Lippus Cini de Ughectis, et quilibet¹ eorum in solidum, ad vendendum bona Baldini Ricobaldi et Andree Gherardi de Carmignano.

Ser Meus Megloris consuluit secundum propositionem.

Placuit quasi omnibus, factis partitis particulariter.

[c. 169^{r.}] Eodem die et testibus.

²In Consilio Capitulum^{cm} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Si videtur eisdem Capitulum quod usque in numerum ducentorum stipendiariorum conductur ad stipendia dicti Comunis, cum illis pactis conditionibus et soldis, et pro illo tempore et temporibus, de quibus videbitur Prioribus et Vexillifero presentibus et futuris, pro duobus mensibus initiandis in medio mensis octobris.

Migliaccius Salvi consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Eodem die et testibus.

In Consilio Centum virorum et speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod Potestas concedatur Comuni et hominibus de Monte Varchi, et quomodo eligi debeat.

Ser Lopus de Mugnone notarius consuluit, quod concedatur et fiat hoc modo: videlicet quod Consiliarii cuiuslibet sextus cum Priore sui sextus nominent unum; et postea fiat scriptinium de ipsis nominatis.

Dominus Guidoctus Corbiczi iudex consuluit †

* Facto partito *³ ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Lopi.

Die xvj^o mensis septembris.

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas de solito arbitrio dando Potestati et Capitaneo super exactione condempnationum, secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta⁴ die xij^o presentis mensis septembris.

Item, quid videtur dicto Consilio providere super petitione porrecta per Vanni de la Casa, de quadam permutatione facienda cum Abbate, Monacis et Capitulo de Razuolo.

Item, petitionem porrectam per presbiterum Diedi rectorem ecclesie Sancti Michaelis de Vicedominis.⁵

Macza de Amiratis consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Il testo ha "quemlibet".

² Nel margine interno, di fronte a questo e ai due Consigli che seguono: "per An. "

³ * Factis partitis *.

⁴ Il testo, al solito, ha "factis".

⁵ Segue "Presentibus testibus domino Andrea iudice et assessore dicti domini Potestatis et Tura del Grillo precone Communis", ma cancellato dal notaro, dopo avere egli, in fine del Consiglio, aggiunto "Acta fuerunt > ec.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Macze.

Item constitutus fuit syndicus quem Priores et Vexillifer eligere voluerint ad conducendum stipendiarios et conistabiles ad stipendia dicti Comunis.

Acta fuerunt hec in Pallatio Comunis Florentie, presentibus testibus domino Andrea de Eugubio legum doctore, iudice et collateralis assessore predicti domini Potestatis et Tura del Grillo preconis dicti Comunis, et aliis.

[c. 169⁴] Die xx^o septembris.

¹In Consilio generali Comunis proposuit Ciangherus Boninsegne camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, presentibus Prioribus et Vexillifero, de solutione faciendi Puccio domini Michaelis et Bectuccio de Hostina, secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei facta² die xij presentis mensis septembris.

Manellus de Manellis consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit cccij secundum propositionem; nolentes fuerunt xv.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Duccio Francisci preconibus Comunis, et aliis.

Die xxiii^o septembris xj^o indictionis. M^o cc^o lxxxvij^o, indictione xj^o.

Die ij^o octobris.

³Per d. Priores et Vexilliferum et Capitaines xij^o maiorum Artium et alios Sapientes facta fuit provisio super quodam ponte faciendo supra flumen de Sieccis.

Die vij^o mensis octobris. In duabus cedula signatis per "S" et per "d".

⁴In Consilio Centum virorum proposuit dominus * Andreas assessor domini Capitanei⁵ infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

⁶Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi, de summa librarum centum que possunt expendi de presenti mense octobris.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero nunc in offitio residentibus super erroribus libre comitatus, et super facto Comunium de quibus aliqui nobiles extracti sunt.

Item, super bailia danda predictis dominis Prioribus et Vexillifero eligendi Notarium Reformationum pro anno futuro.

Item, super petitione sex officialium deputatorum ad iura Comunis recuperanda.

Item, super quantitate librarum xxxvij^o solvendarum ser Dato Alamanni et Manno Rocchi et ser Bonaiuto Galghani, occasione contenta in petitione dictorum sex officialium.

¹ Di fronte, nel margine esterno: " per B. ".

² Il testo: " factis ".

³ Precede in margine la sigla " C ".

⁴ Di fronte, nel margine esterno: " per B. ".

⁵ * Capitaneus *.

⁶ Di fronte, nel margine esterno: " per An. "; e le proposte sono numerate in margine progressivamente da " j " a " x ", essendo comprese sotto il numero " viij " le tre penultime.

- Item, super solutione librarum xxx¹ facienda Cambio Aldobrandini, pro xxx² diebus quibus stetit in servitio Communis.
- ¹Item, super petitione et provisione facta super pecunia expendenda in opere ecclesie Sancte Reparate, usque in quantitatem librarum iij³ per annum, pro duobus annis initiandis in medio mensis februarii proxime venturi.
- Item, super quantitate librarum xxv solvendarum ser Iohanni Bongie et ser Phylippo de Villamangna, pro duobus statutis Potestatis et Capitanei per eos factis.²
- [c. 170^r.]³ Item, petitionem Rossellini Fornaini de Rubeis, castellano castri Montis Chucheri Vallis Ere, de quodam suprastato.
- Item, petitionem domini Rodulfi de Vecchis et Andree Maffei Ponci, olim castellanorum castri Laterini, de quodam suprastato.
- ⁴Item, petitionem Cini domini Sgualcze de Rubeis, olim castellani castri Montisluchi de la Bernardingha.
- Item, petitionem Corsellini Iohannis populi Sancti Petri Maioris.
- Presentibus testibus ser Bindo ser Guicciardi notario Priorum et Vexilliferi et Leone Poggi precone domini Capitanei.
- Alardus domini Palamidesis consuluit secundum propositiones, et quod pretium leonis provideatur et determinetur per Priores et Vexilliferum.
- Ser Ninus de Cantoribus consuluit idem; et quod * pro *⁵ dicto leone et eius pretio expendantur centum floreni auri et non ultra.
- Dinus Pecora consuluit secundum dictum suprascripti Alardi.
- Ser Rustichellus Bernardi consuluit secundum propositiones. Item, quod supersedatur ad presens pro propositione loquente de bailia danda Prioribus et Vexillifero super erroribus librarum.
- Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lxx super prima propositione; nolentes fuerunt viij.
- Item, super secunda propositione, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.
- Item, super tertia propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.
- Item, super quarta propositione, placuit lxij secundum propositionem; nolentes fuerunt x.
- Item, super quinta propositione, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.
- Item, super sexta propositione, placuit lxij secundum propositionem; nolentes fuerunt xj.
- Item, super septima propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.
- Item, super octava propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.
- Item, super nona propositione, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.
- Item, super decima propositione, placuit lx secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.

¹ Precede in margine la sigla "D".

² Fino a questa inclusive le proposte sono progressivamente numerate in margine da "j" a "viiij", le tre che seguono sono comprese sotto il numero "viiij"; l'ultima ha il numero "x".

³ Precede in margine la sigla "G".

⁴ Precede anche qui la sigla "G".

⁵ * in *.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta, salvo de xxv libris.

Dominus Iohannes Angelocti iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Miglaccius Salvi consuluit secundum propositiones predictas, in omnibus.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lvj super prima propositione; nolentes fuerunt ij.

Item, super secunda propositione, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super tertia propositione, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super quarta propositione, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super quinta propositione, placuit lij secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

[c. 170¹] Item, super sexta propositione, placuit omnibus lvij, secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super septima propositione, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super octava propositione, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super nona propositione, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

¹ In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

² Item, si videtur dicto Consilio quod dominus Neri de Bardis, electus potestas Civitatis Castelli pro sex mensibus, initiandis in kallendis mensis novembris proxime venturis, possit acceptare dictam electionem; satisdando Comuni Florentie ut debet secundum formam statuti.

Ser Bindus Vernaccii notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Bindi et propositiones predictas.

Die viij^o mensis octobris. In duabus cedulis *signatis* per "f".

³ In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus super eroribus librarum comitatus; item, de bailia danda dictis Prioribus et Vexillifero eligendi Notarium Reformationum: secundum quod firmata sunt per Consilia Populi facta⁴ die vij^o presentis mensis octobris.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Di fronte, c. s.: "per An."

³ Di fronte, c. s.: "per B."

⁴ Il testo ha "factis".

¹Item, petitionem Neri Beliocti, de quodam cambio faciendo cum monasterio Sancti Martini de Maiano.

Item, petitionem Bardellini domini Gianni de Bardis, super quodam cambio faciendo cum religioso viro fratre Conrado² preceptore Hospitalis de Florentia.

³Item, petitionem magistri Benintendi filii quondam Bruni, de quodam cambio faciendo cum Capitulo et canonicis Ecclesie Fesulane.

Presentibus testibus domino Symone de Gualdo iudice et collaterali assessore domini Potestatis et Duccio Francisci precone domini Potestatis, et aliis.

Dominus Lopus del Bocchaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

⁴Item commisse fuerunt ser Bindo ser Guicciardi notario imbreviature et prothocolla olim imbreviata per ser Guicciardum patrem suum.

[c. 171^r.] Die viii^o octobris. Alibi notatum est in cedula signata per "E".

⁵In Consilio generali Comunis proposuit Stephanus Benintendi camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super petitione sex officialium deputatorum ad iura Comunis recuperanda.

Item, super quantitate librarum xxxvii^j solvendarum ser Dato Alamanni et Manno Rocchi et ser Bonaiuto Galghani, occasione contenta in petitione dictorum sex officialium.

Item, super solutione librarum xxx^j facienda Cambio Aldobrandini, pro xxx^j diebus quibus stetit in servitio Comunis.

⁶Item, super petitione et provisione facta super pecunia expendenda in opere ecclesie Sancte Reparate, usque in quantitatem librarum iiiij^m per annum, pro duobus annis initiandis in medio mensis februarii proxime venturi.

Item, super quantitate librarum xxv^j solvendarum ser Iohanni Bongie et ser Phylippo de Villamagna, pro duobus statutis Potestatis et Capitanei per eos factis.

Item, super petitionibus Rossellini Fornaini de Rubeis, domini Rodulfi de Vecchis et Andree⁷ Maffei Ponci et Cini domini Sgualcze de Rubeis et eorum peditum.

Item, petitionem Corsellini Iohannis populi Sancti Petri Maioris.

Presentibus testibus ser Bindo ser Guicciardi notario Priorum et Vexilliferi et Duccio Francisci precone Comunis.

Geri Lanfredi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit cclij super prima propositione; nolentes fuerunt xlvj.

Item, super secunda propositione, placuit ccxxxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt lxij.

Item, super tertia propositione, placuit ccxlij secundum propositionem; nolentes fuerunt lvj.

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e al primo "Item" che segue: "per An."

² Il testo ha "Conradi"; e si è corretto col riscontro di questo Consiglio nel Registro VIII delle *Provisioni*, a c. 207.

³ Di fronte nel margine esterno: "f. per An."

⁴ Di fronte c. s.: "per An."

⁵ Di fronte, nel margine interno: "per An."

⁶ Precede in margine la sigla "E".

⁷ Il testo, per errore di scrittura, ha "Andre".

Item, super quarta propositione, placuit cclxxxx secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item, super quinta propositione, placuit cclxviij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxx.

Item, super sexta propositione, placuit cclxviii secundum propositionem; nolentes fuerunt xxviiiij.

Item, super septima propositione, placuit cclxxxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt xij.

Die xj^o octobris.

¹ Per Capitudines et Sapientes facta fuit provisio super gratia petita pro parte Communis Sancti Geminiani.

[c. 171^t.] Die xiiiij^o mensis octobris.

In Consilio Capitudinum xij^o maiorum Artium et aliorum Sapientum, electorum per Priores et Vexilliferum, proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat pro Comuni.

Presentibus testibus domino Andrea iudice et assessore domini Capitanei et ser Bindo ser Guicciardi notario dominorum Priorum et Vexilliferi, et aliis.

Borghus Rinaldi consuluit, quod Capitudines et Sapientes adiunti cuiuslibet sextus nominent sex in quolibet sextu, et postea fiat scriptinium de ipsis nominatis, secundum morem solitum.

Vanni Angelocti consuluit idem; et quod vadant² sex ad minus ad scriptinium.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum superscripti Borghi.

Eodem die et testibus.

In Consilio Capitudinum xij^o maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum, electorum per Priores et Vexilliferum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo eligi debeant sex boni viri in sextu Sancti Pancratii, qui vadant ad scriptinium pro Vexillifero.

Dominus Iacobus de Certaldo consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus nominent unum in suo sextu.

Placuit omnibus secundum dictum dicti domini Iacobi.

Die xxij^o octobris.

³ In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

¹ Precede in margine la lettera "P".

² Il testo, per error di penna, ha "vandant".

³ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

- ¹Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi.
- ²Item, super suspensione capitulorum Constitutorum domini Potestatis et Capitanei, loquentium de Pallatio faciendo, et de lagho, et etiam de omni alio laborerio faciendo, expensis Comunis; suspendantur usque ad kallendas ianuarii proxime venturi. Item, quod predicta non preiudicent officio sex officialium ad iura Comunis deputatorum Item, ordinamenta edita super modo et forma eligendi Potestatem et Capitaneum civitatis Pistorii.
- Item, ordinamenta edita super modo et forma eligendi Potestates terre Podii Boniczi et Gambassi.
- Item, ordinamenta edita contra exbannitos Comunis Florentie.
- Item, super approbatione ordinamentorum vini.
- Presentibus testibus domino Andrea iudice et assessore domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.
- Ser Ninus de Cantoribus notarius consuluit secundum propositiones predictas.
- Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lxvij super prima propositione; nolentes fuerunt vij.
- Item, super secunda propositione, placuit lviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.
- Item, super tertia propositione, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.
- [c. 172^r.] Item, super quarta propositione, placuit lx secundum propositionem; nolentes fuerunt xv.
- Item, super quinta propositione, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.
- Item, super sexta propositione, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt xviiiij.

Eodem die et testibus.

- In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta: salvo de xxv libris.
- Spinellus Iacobi surexit et arengando consuluit secundum propositiones predictas.
- Ser Lopus de Mugnone notarius consuluit secundum propositiones predictas.
- Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit l super prima propositione; nolentes fuerunt vij.
- Item, super secunda propositione, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt j.
- Item, super tertia propositione, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt j.
- Item, super quarta propositione, placuit xlviij secundum propositionem; nolentes fuerunt viiiij.
- Item, super quinta propositione, placuit xliij secundum propositionem; nolentes fuerunt xv.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per An."

² Nel margine esterno, di fronte a questo e a tutti i successivi Item: "per B."

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Item, de parlamento suspendendo tempore presentium Priorum et Vexilliferi.

Ser Gianni Siminecti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die xxij^o octobris.

In Parlamento congregato coram Potestate, Capitaneo, Prioribus et Vexillifero, iuraverunt d. Tutelmannus et sui Iudices, milites, notarii et beroarii; computato eis iuramento per me B. notarium subscriptum.

Presentibus testibus Braccino Braccii et Capellaccio nuntio Priorum, et aliis.

Die xxiii^o mensis octobris

¹In Consilio generali Communis proposuit Stephanus * Benintendi *² camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, presentibus Prioribus et Vexillifero, videlicet ordinamenta edita contra exbannitos.

Presentibus testibus Duccio Francisci et Albiczo Redde preconibus Communis, et aliis.

* Miglaccius Salvi consuluit *

Ghinus Curradi consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad scrupulum cum pissidibus et balloctis, placuit cclxv secundum propositionem; nolentes fuerunt lij.

[c. 172^o] Die xxiii^o octobris.

³In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super suspensione * capitulorum *⁴ Constitutorum domini Potestatis et Capitanei, loquentium de Pallatio faciendo, et de lagho, secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta⁵ die xxij^o presentis mensis octobris; item, ordinamenta edita super modo et forma eligendi Potestatem et Capitaneum civitatis Pistorii; item, ordinamenta edita super modo et forma eligendi Potestates terre Podii Boniczi et Gambassi; item, super approbatione ordinamentorum vini: secundum quod predicta omnia firmata sunt per Consilia Populi facta die xxij^o presentis mensis octobris.

* Acta fuerunt hec in Pallatio dicti Communis Florentie, presentibus testibus domino Sy-

¹ Di fronte, nel margine interno: " per B. ".

² * del Buono *.

³ Di fronte, nel margine esterno: " per B. ".

⁴ * ordinamentorum *.

⁵ Il testo ha, qui e appresso, " factis ".

mone de Gualdo iudice et collateralis assessore predicti domini Potestatis, et Albiczo Redde precone eiusdem Comunis Florentie, et aliis *.¹

Dominus Lopus del Bocchaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Item constituti fuerunt syndici Puccius Iacobi populi Sancti Pancratii et Puccius Gualschonis populi Sancti Florentii massarii Camere.

²Item constitutus fuit syndicus Duccius Ciochi populi Sancti Iacobi inter foveas ad vendendum bona Duccii Ridolfini fugitivi et cessantis cum pecunia aliena.

[c. 173^r.]³ Iohannes olim ser Iacobini Bonacursi notarius, pro se ipso et tamquam tutor testamentarius Michaelis et Filippi fratrum pupillorum filiorum olim dicti ser Iacobini notarii, ut continetur in testamento ab eodem Iacobino condito, scripto manu domini Iacobi de Montagnana iudicis, tutorio nomine pro eis, exponit coram vobis quod dictus ser Iacobinus decessit, et quod dimisit et reliquit imbreviaturas suas, per eum⁴ rogatas et imbreviatas in suis quaternis et protocollis, non commissas per eum. Quare petit dictus Iohannes, suo nomine et tutorio nomine, ut dictum est, quatenus, prout tenemini et debetis ex forma capituli Constituti civitatis Florentie, ipsius imbreviaturas et protocolla dicti ser Iacobini morte preventi commictetis et commictere velit ser Michaeli notario olim domini Bruni iudicis de Salto.

Predicta petit omni modo et iure quibus melius potest.

⁵Die xxiiij octobris, commisse fuerunt per dominum * Bonifatium *⁶ potestatem, presentibus testibus domino Symone de Gualdo iudice et assessore domini Potestatis et Albiczo Redde precone Comunis, et aliis.

[c. 172^v.] Die vj mensis novembris.

⁷In Consilio Centum virorum proposuit dominus Tuctolmannus de Pergamo, novus Capitaneus, infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super servitio domini Pape faciendo, usque ad kallendas decembris proxime venturi, de militibus stipendiariis et eorum capitaneis, non computato in dicto termino tempore eorum redditus; et super bailia danda Prioribus et Vexillifero super expensis et solutionibus propterea faciendis.

Item, super petitione creditorum Donati Boniczi, facta super cassatione quarundam reformationum factarum contra quosdam de Boniczis.

Item, super solutione facienda Feo ser Iacobi ponderatori florenorum auri, pro primis quatuor mensibus initiatis die xxj mensis maii proxime preteriti.

Presentibus testibus ser Matheo Billiocti notario Priorum et Vexilliferi et Leone Poggi precone domini Capitanei.

¹ * Presentibus testibus domino Symone de Gualdo iudice et assessore domini Potestatis et Albiczo Redde precone Comunis Florentie *.

² Di fronte, nel margine esterno: "per An.".

³ Cedola d'altra mano.

⁴ Qui è un "dum" cancellato. Pare volesse scrivere *dum viveret*.

⁵ Qui ritorna la mano di ser Antonio di ser Bonsignore.

⁶ * Symonem *.

⁷ Di fronte, nel margine esterno: "per B".

Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis, primo super prima propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

Item, super secunda propositione, placuit lxxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super tertia propositione, placuit lxxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali et Capitulum proposuit Capitaneus predicta.

Ser Lopus de Sexto consuluit secundum propositiones.

[c. 174^r.] Factis partitis particulariter super prima propositione, placuit lxxij secundum propositiones: nolentes fuerunt ij.

Item, super secunda propositione, placuit omnibus, numero lxxv, secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super tertia propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

¹In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitulum d. Capitaneus proposuit predicta.

Item, si videtur Consilio quod d. Neri de Bondelmontibus electus capitaneus Populi et Comunis Parme, pro sex mensibus venturis initiandis die xvj presentis mensis, possit acceptare dictum regimen, satsdando prius ut tenetur.

Item, si videtur Consilio quod electio Potestarie Comunis de Colle, pro sex mensibus venturis initiandis in kallendis mensis ianuarii, et electio Capitaneerie dicti Comunis, pro aliis sex mensibus initiandis in kallendis augusti, commissa Potestati, Capitaneo, Prioribus et Vexillifero, et Comuni Florentie, acceptetur; et quomodo et per quos fiat.

D. Guidoctus de Canigianis consuluit secundum propositiones predictas; et quod electio fiat per Potestatem, Capitaneum, Priores et Vexilliferum, secundum quod eisdem videbitur.

Placuit quasi omnibus secundum dictum predicti Sapientis, factis partitis particulariter.

Die vij novembris.

In ²Consilio generali Comunis proposuit * frater Arrighus ordinis * Sancti Salvadoris * de Cistello *³ camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super servitio domini Pape faciendo; item, super solutione facienda Feo ser Ia-

¹ Nel margine esterno, di fronte a questo e al seguente Consiglio: "per B."

² Qui si omette "Dei nomine", cancellato dal notaro prima di seguitare a scrivere.

³ * Bertus Ferraccini *.

cobi ponderatori florenorum auri: secundum quod predicta firmata sunt per Consilia domini Capitanei, facta¹ die vj presentis mensis novembris.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Duccio Francisci preconibus Comunis, et aliis.

Ser Rugerius Ughi Albiczi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit cclxxxvij super prima propositione; nolentes fuerunt xlv.

Item, super secunda propositione, placuit cccxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt xviiiij.

[c. 174^o] Die vij mensis novembris.

²In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero infrascripta.

Primo, super petitione creditorum Donati Boniczi facta super cassatione quarundam reformationum factarum contra quosdam³ de Boniczis.

Item, si videtur dicto Consilio quod electio Potestatis et Capitanei Comunis de Colle acceptetur per Comune Florentie, secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei.

Item, si videtur Consilio quod de quacumque pecunia existente in Camera possit fieri solutio in servitio et pro servitio domini Pape, non obstante quod ipsa pecunia sit deputata⁴ pro aliqua alia solutione facienda.

Presentibus testibus domino Symone de Gualdo iudice et collateralis assessore dicti domini Potestatis et Albiczo Redde preconis dicti Comunis Florentie, et aliis.

Chiarescia de le Bandelle consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Die vij mensis novembris.

⁵Facta fuit electio Iudicis appellationum et Sindici, secundum quod alibi notatum est.

Die viiiij mensis novembris.

⁶In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitulum^{ein} xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod dominus Teghia Tedaldi electus potestas terre Collis et dominus Arrighus del Bocchaccio electus capitaneus dicte terre possint acceptare dictam electionem, satisdando prius ut tenentur.

Tunc domini Oddonis Altoviti consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti Tilis.

¹ Il testo ha "factis".

² Di fronte, nel margine esterno: "per B."

³ Il testo, per errore, ha "quorundam".

⁴ Il testo: "deputa".

⁵ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

⁶ Di fronte c. s.: "per An."

Presentibus testibus ser Matheo Biliocti notario dominorum Priorum et Vexilliferi et Braccino Braccii precone domini Capitanei, et aliis.

Die xiiij novembris.

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super bailia danda Prioribus et Vexillifero super exactione librarum et prestantiarum, et super alibrando non allibratos, secundum morem solitum.

Item, super bailia danda dictis Prioribus et Vexillifero super locatione carceris² magnatum, pro uno anno facienda.

Item, super facto berroariorum domini Capitanei, super satisfactione quam recipere possint, secundum morem solitum.

Item, super provisione facta per Priores et Vexilliferum super facto vini.

Item, super suspensione eorum que dominus Potestas et Offitium tenebantur facere de mense octobris proxime preteriti, et eorum que dominus Potestas, dominus Capitaneus et Offitium tenentur facere [c. 175^r.] de mense novembris, prorogentur * usque ad medium mensem *³ decembris proxime venturi.

Presentibus testibus ser Matheo Biliocti notario Priorum et Vexilliferi et Leone Poggi precone domini Capitanei.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Albiczus Corbinelli iudex consuluit secundum propositiones: salvo quod officiales Exactores librarum et prestantiarum exigere possint et debeant cum duplo.

Ser Ninus de Cantoribus consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit⁴ lx super prima propositione; nolentes fuerunt xvj.

Item, super secunda propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super tertia propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item, super quarta propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.

Item, super quinta propositione, placuit lxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt xj.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Dominus Iohannes Angelocti iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Ghinus Curradi consuluit quod libre exigantur cum duplo.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit †

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Il testo ha "carcerum" e così appresso a pag. 591; ma per errore. Ved. la costituzione del sindaco "ad alocandum carcerem" a pag. 592.

³ * de mense *.

⁴ Invece di *placuit* è ripetuto "balloctas".

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit xxxviiij super prima propositione; nolentes fuerunt xxviiij.

Item, super secunda propositione, placuit xlvj secundum propositionem; nolentes fuerunt xx.

Item, super tertia propositione, placuit lxviiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super quarta propositione, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt x.

Item, super quinta propositione, placuit lviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.

Ser Lopus de Sexto notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

[c. 175⁺] Die xij novembris.

¹In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio concedere licentiam Pinuccio de la Tosa electo potestati terre de Casolis quod ipse possit acceptare dictam electionem, satisfando prius Comuni Florentie ut tenetur.

Ser Lopus de Sexto notarius consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Presentibus testibus ser Matheo Biliocti notario Priorum et Leone Poggi preconone domini Capitanei.

Die xiiiij novembris.

²In Consilio generali Comunis proposuit Tuccius del Vinta camerarius Comunis Florentie, pro se et sotiis suis, presentibus Prioribus et Vexillifero, de bailia danda dictis Prioribus et Vexillifero super locatione carceris magnatum pro uno anno facienda; secundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei, facta³ die xiiij dicti mensis novembris.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Duccio Francisci preconibus Comunis, et aliis.

Ser Symon del Dolcie notarius consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit cclvj secundum propositionem; nolentes fuerunt xlv.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per An."

² Nel margine esterno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B."

³ Il testo: "factis".

Eodem die. Alibi notatum in cedula signata per "AA".

In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de bailia danda Prioribus et Vexillifero super exactione librarum et prestantiarum, et super alibrando non alibratos, secundum morem solitum; item, provisionem factam per Priores et Vexilliferum super facto vini; item, super suspensione eorum que dominus Potestas et Offitium tenebantur facere de mense octobris proxime preteriti, et eorum que dominus Potestas, dominus Capitaneus et Offitium tenentur facere de mense novembris, prorogentur usque ad medium mensem decembris proxime venturi: secundum quod predicta firmata sunt per Consilia domini Capitanei facta¹ die xij dicti mensis novembris.

Presentibus testibus domino Symone de Gualdo iudice et collateralis assessore predicti domini Potestatis et Duccio Francisci preconis eiusdem Comunis Florentie, et aliis.

Rucchus Savini consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

²Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere ad conducendum ad pensionem pro Comuni quamdam domum pro mansionem leonis.

Item constitutus fuit syndicus, quem Priores et Vexillifer eligere voluerint, ad alocandum carcerem magnatum, scilicet Tuccius filius Ciacchi de populo Sancti Petri Maioris.³

⁴Item constitutus fuit syndicus, quem Priores et Vexillifer eligere voluerint, ad eundem ad denuntiandum electionem Iudici appellationum et Sindico nuper electo.

Die xvj novembris, pronuntiata fuit quedam sententia lata contra plebatum de Gaville.

[c. 176^r.] Die penultimo novembris.

⁵In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de xxv libris solvendis ser Manetto pinczocharo, pro emendatione cuiusdam domus sibi destructe occasione ignis.

⁶Item, super aliis quampluribus propositionibus.⁷

Die dominico primo decembris.

Die secundo mensis decembris.

⁸In Consilio generali et speciali Populi Florentini proposuit d. Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod nobilis vir d. Guido Accolti de Bardis, per Comune Florentie ele-

¹ Anche qui: "factis".

² Di fronte, nel margine esterno: "per An. ".

³ Da "scilicet" a qui è aggiunto da ser Bonsignore, evidentemente dopo l'elezione fatta di detto sindaco.

⁴ Anche qui sta di fronte, in margine, "per An. ".

⁵ Di fronte, nel margine interno: "per An. ".

⁶ Di fronte c. s.: "per B. ".

⁷ Segue uno spazio bianco per quattro o cinque righe.

⁸ Di fronte c. s.: "per An. ".

ctus potestas Comunis Pistorii pro sex mensibus venturis, initiandis in kallendis mensis ianuarii venturi, possit acceptare dictum regimen, satisdando prius ut tenetur.

Ser Gianni Syminetti consuluit secundum propositionem.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Presentibus testibus d. Iacobo de Villa milite Capitanei et Leone Poggi eius preconne.

Die iij^o decembris.

¹ Per Potestatem pronunziata fuit quedam sententia absolutoria super quodam dampno dato.

Item, eodem die, provisum fuit de actis tollendis et de curiis elevandis, ad provisionem Priorum et Vexilliferi.

Die v^o mensis decembris.

² In Consilio generali Comunis proposuit Senuccius del Bene camerarius: ³ Si videtur Consilio quod libre c de pecunia Comunis expendantur in pontibus Rivi Cornaclarii et Risani.

D. Lapus del Boccaccio consuluit secundum propositionem.

Placuit iij^o xvj, nolentes fuerunt viij^o.

Presentibus testibus ser Matheo Biliocti notario Priorum, Albiczo Redde et Duccio Francisci, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero, infrascripta.

Primo, provisionem exactionum condempnationum et debitorum.

Item, petitionem pedagiorum exigendorum in territorio Mediolani.

Item, provisionem factam super erroribus libre comitatus.

Item, petitionem Ricchi Bonaccursi super cambio quarumdam terrarum.

Geri Lanfredi consuluit secundum propositiones predictas.

D. Lapus del Boccaccio consuluit, super prima propositione, quod in ea non procedatur.

In aliis, dicto predicti Sapientis acquievit.

Placuit * duabus partibus et ultra *⁴ super omnibus predictis propositionibus, secundum ipsas propositiones.

Item commisse fuerunt imbreviature ser Maschii ser Lapo.

[c. 176^o] Die v^o decembris. Notatum est in quodam folio signato per "G".

In Consilio LXXXX^o proposuit Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quomodo eligatur Notarius dictator Comunis.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B. "

² Di fronte, c. s.: "per B. "

³ Qui si omette "proposuit", ripetuto e non cancellato.

⁴ * quasi omnibus *.

D. Lopus del Boccaccio consuluit, quod electio fiat per Priores et Vexilliferum; et valeat et teneat.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Presentibus testibus d. Symone assessore Potestatis et Albiczo Redde precone Communis, et aliis.

Die vij^o decembris.

Per d. Priores et Vexilliferum et Capit^{cin}udines xij^o maiorum Artium provisum fuit super refectione cuiusdam pontis refficiendi super flumine Sievis.

Presentibus testibus d. Boninsegna de Becchenugiis et ser Mattheo Biliocti, et aliis.

Die x decembris.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus * Bonaventura assessor domini Capitanei *¹ infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

²Primo, de oblatione carceratorum facienda usque in numerum xxv^o, ex illis qui tempore oblationis reperientur in carceribus, inter masculos et feminas. Cernantur illi qui debent offerri per illas personas laicas vel religiosas eligendas per offitium Priorum et Vexilliferi. Et fiat dicta oblatio die qua videbitur Prioribus et Vexillifero presentibus et futuris: salvo quod offerri non possint illi qui prohibiti sunt per formam statuti quod incipit "Quicumque".

Item, super petitione Neri Sengne.

Item, super petitione Massariorum Camere.

Item, super solutione Puccii domini Michaelis et Bectuccii de Hostina, pro duobus mensibus.

Item, super petitione Bandini Liscii de Iacopis, in quantitate librarum xiiij florenorum parvorum.

Item, super petitione domini Ceffi de Alleis, in quantitate librarum xxj et soldorum xv.

Item, super petitione Lapi domini Locti de Alleis, in quantitate librarum sexaginta quinque et soldorum v.

Item, super petitione Pieri de Spinis, in quantitate librarum lxxxvij florenorum parvorum.

Item, super petitione Veczi, in quantitate librarum xvij et soldorum viij florenorum parvorum.

Presentibus testibus Leone Poggi precone * domini Capitanei *³ et Iunta olim Orlandini populi Sancte Marie Novelle nuntio eiusdem domini Capitanei, et aliis.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod aliquis non possit offerri qui non reperiatur fuisse in carceribus⁴ ante odiernam diem.

Dominus Albiczus Corbinelli iudex consuluit secundum propositiones predictas.

¹ * Capitaneus *.

² Le proposte sono numerate, in margine, da "j" a "vj"; essendo comprese sotto il numero "vj" le ultime quattro.

³ * Communis *.

⁴ Qui è un "ab" cancellato. Pensava prima di scrivere *ab hodie retro*.

[c. 177^r.] Factis partitis particulariter ad pissides et balloctas, placuit lj super prima propositione; nolentes fuerunt xxvj.
 Item, super secunda propositione, placuit lxxj secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.
 Item, super tertia propositione, placuit lxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.
 Item, super quarta propositione, placuit lxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iiiij.
 Item, super quinta propositione, placuit lxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt xij.
 Item, super sexta propositione, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Spinellus Iacobi consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Iohannes Angelocti iudex consuluit secundum propositiones: salvo quod qui reperiretur intrasse in carceribus a kallendis presentis mensis citra non possit offerri.

Dominus Bardus Angiolerii consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Ser Lopus de Sexto notarius consuluit idem.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit xxxiiij super prima propositione; nolentes fuerunt xxvij.

Item, super secunda propositione, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

Item, super tertia propositione, placuit lx secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super quarta propositione, placuit omnibus lxj secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super quinta propositione, placuit lj secundum propositionem; nolentes fuerunt x.

Item, super sexta propositione, placuit xliij secundum propositionem; nolentes fuerunt * xvij *.¹

Eodem die et testibus.

²In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum proposita fuerunt predicta.

³Item, si videtur dicto Consilio quod dominus Bectus de Burneleschis, electus potestas civitatis Pergami pro sex mensibus iniciandis in kallendis ianuarii, et dominus Frescus de Frescobaldis, electus potestas terre Sancti Geminiani pro sex mensibus, et Rossellinus de la Tosa, electus potestas civitatis Mutine pro sex mensibus iniciandis in kallendis ianuarii, possint acceptare dictas electiones, satisdando prius ut debent Comuni Florentie.

Nellus Dietaiuti consuluit secundum propositiones predictas.

¹ * xxviiij *.

² Di fronte, nel margine interno: " per B. ".

³ Di fronte, c. s.: " per An. ".

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

[c. 177^t] Die xj mensis decembris.

In Consilio generali Communis proposuit Senuccius Albiczi del Bene camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

¹Primo, de oblatione facienda; item, petitionem Neri Sengne in quantitate librarum cxj soldorum xvj et denariorum viij; item, petitionem Massariorum Camere, in quantitate librarum xlvj florenorum parvorum; item, super solutione Puccii domini Michaelis et Bectuccii de Hostina, pro duobus mensibus; item, petitionem Bandini Liscii de Iacoppis, in quantitate librarum xiiij florenorum parvorum; item, petitionem domini Ceffi de Alleis, in quantitate librarum xxj et soldorum xv florenorum parvorum; item, petitionem Lapi domini Locti de Alleis, in quantitate librarum lxv et soldorum v florenorum parvorum; item, petitionem Pieri de Spinis, in quantitate librarum lxxxvij florenorum parvorum; item, petitionem Veczi Primerani, in quantitate librarum xvij et soldorum viij florenorum parvorum: secundum quod predicta omnia firmata sunt per Consilia domini Capitanei facta² die x^o presentis mensis decembris.

Spinellus Iacobi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit cclxxxvij super prima propositione; nolentes fuerunt xxvij.

Item, super secunda propositione, placuit cclxxxviii secundum propositionem; nolentes fuerunt xv.

Item, super tertia propositione, placuit cccvj secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item, super quarta propositione, placuit cclxxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.

Item, super quinta propositione, placuit cclxxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxvj.

Item, super sexta propositione, placuit cclxxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxx.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Duccio Francisci preconibus Communis, et aliis.

Eodem die,

In Consilio generali Communis, per Potestatem, Priores et Vexilliferum, constituti fuerunt syndici Massarii Camere, videlicet Braccius filius Brunelli populi Sancti Petri Maioris et Alberteschus filius Dietisalvi populi Sancti Fridiani massarii Camere secundum morem solitum; et etiam ad alocandum custodiam leonis iuvenis, pro tempore et modo et sicut videbitur Prioribus et Vexillifero.

Presentibus testibus domino Symone de Gualdo iudice et assessore domini Potestatis et Albiczo Redde preconibus Communis, et aliis.

¹ Le proposte sono progressivamente numerate in margine da "j" a "vj". Sotto il numero "vj" stanno le ultime quattro.

² Il testo ha, al solito, "factis".

[c. 178^{r.}]¹ Sostegnus || || notarius, procurator domini Iacobi de Cirignano iudicis, procuratorio nomine pro eo petit quatenus imbreviature quelibet, scripture et protocolla et quelibet alia que publicatione indigeant, rogate et scripte per ser Cirignanum olim dicti domini Iacobi filium, notarium publicum morte preventum, committantur ser Thomme Bencivenni de Galliano notario, redigende in publicam formam, secundum formam statuti.

²Die xj decembris, commisse fuerunt per dominum Bonifatium potestatem, presentibus testibus domino Symone de Gualdo assessore domini Potestatis et Albiczo Redde preconone Comunis, et aliis.³

[c. 179^{r.}] Die xij decembris.

⁴In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo videlicet, de xxv libris expendendis hac forma, videlicet.

Brunello Bonsostegni, pro custodia et victu leonis minoris, a die vij^o mensis octobris usque ad diem x mensis decembris presentis, libras xvij florenorum parvorum.

Item, Lucchesio Bonaccursi libras octo, pro quatuor mensibus inceptis die x^o mensis iulii proxime preteriti.

Ser Uguiccione Rugerocci consuluit secundum propositionem.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lxviiiij super prima propositione; nolentes fuerunt v.

Item, super secunda propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt iiiij.

Presentibus testibus ser Matheo Biliocti notario Priorum et Leone Poggi preconone domini Capitanei, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio Centum virorum et speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis terris, videlicet Comuni et hominibus Montisvarchi, item Comuni et hominibus Montismurli, item Comuni et hominibus Ancise, item Comuni et hominibus castri de Vicho; et quomodo et qua forma eligi debeant.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit quod concedantur, et dividantur per sextus, sorte brevium.

Dominus Guidoctus Corbiczi iudex consuluit quod fiant ad scrupinium per totum Consilium.

Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit omnibus quod concedantur.

Item, placuit duabus partibus et ultra secundum dictum primi Sapientis.

¹ Polizza originale, d'altra mano.

² Questo ricordo della commissione è scritto in calce della polizza da ser Antonio.

³ Nel retto di questa polizza ser Bonsignore prese questi ricordi relativi alle ultime quattro proposte del primo Consiglio generale di questo stesso giorno. "D. Ceffus, libre xxj, soldi xv; Lopus, libre lxxv et v soldi; Pierus, libre lxxxvij; Veczi, libre xvij et soldi viij".

⁴ Nel margine interno, di fronte a questo e al successivo Consiglio: "per An. "

Die xiii^o mensis decembris.

In Consilio Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium et aliorum Sapientum, electorum per Priores et Vexilliferum, proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat pro Comuni.

Presentibus testibus ser Matheo Beliocti notario Priorum et Vexilliferi et Leone Poggi precone domini Capitanei, et aliis.

Dominus Boninsegna de Becchinugiis iudex consuluit, quod Capitudines cuiuslibet sextus per se nominent tres in quolibet sextu, et Sapientes adiuncti cuiuslibet sextus nominent totidem, et postea fiat scriptinium secundum morem solitum.

Migliaccius filius Salvi consuluit, quod Capitudines et Sapientes cuiuslibet sextus simul congregati nominent sex in quolibet sextu.

Miglione Guadagni consuluit †

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit duabus partibus et ultra secundum dictum suprascripti Migliacci.

[c. 179^o] Eodem die, xiii^o mensis decembris, et testibus.

In Consilio Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum, electorum per Priores et Vexilliferum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo eligi debeant sex boni viri in sextu Burgi qui vadant ad scriptinium pro Vexillifero.

Migliaccius Salvi consuluit, quod eligantur per sextus.

Placuit omnibus secundum dictum Migliacci.

Die xvij^o decembris.

In Parlamento congregato in ecclesia Sancte Reparate, iuraverunt d. Ubertinus de Salis de Brixia novus potestas et sui Iudices, Milites, notarii et beroarii, computato sibi iuramento per dominum Palmerium de Altovitis de numero Priorum; presentibus Prioribus et Vexillifero.

Acta fuerunt hec omnia in Ecclesia maiori civitatis Florentie, presentibus testibus ser Pino de Singna notario et pro Comuni Florentie scriba dictorum dominorum Priorum et Vexilliferi, Duccio Francisci et Tura del Grillo preconibus dicti Communis Florentie, et aliis.

¹ Die xxj^o decembris, concessa fuit licentia d. Bindo d. Peppi acceptandi capitaneiam Esii.

Die xxij^o decembris.

Coram Prioribus et Vexillifero, et in domo eorum, iuraverunt unus Iudex et unus Miles d. Potestatis; computato eis iuramento per me B. notarium subscriptum.

Presentibus testibus ser Pino de Signa notario Priorum et Picchio nuntio Priorum et Vexilliferi.

¹ Ricordo scritto nello spazio vuoto tra il precedente e il successivo Consiglio. Precede "per An."

¹ Die xxiii^o decembris, facta fuit propositio et reformatio in Consiliis Populi super licentia concedenda domino Bindo d. Peppi acceptandi capitaneiam civitatis Esii; secundum quod alibi notatum est.

Die xxvj decembris.

²In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitulum proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio concedere licentiam domino Iacobo de Rubeis electo capitaneo Populi Sancti Miniatis, pro tempore sex mensium iniciandorum in kallendis mensis ianuarii proxime venturi, quod ipse possit acceptare dictam electionem, satisdando prius Comuni Florentie ut debet, secundum formam statuti. Symon Tuccii Guicciardini consuluit, quod dictus dominus Iacobus possit acceptare dictam electionem.

Presentibus testibus Lapo Aldobrandi populi Sancti Nicholay nuntio domini Capitanei et Lando Tocti populi Sancti Michaelis Bertelde nuntio Priorum et Vexilliferi, et aliis. Facto partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum dicti Sapientis.

Die mercurii primo ianuarii.

³In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitulum ^{sim}xij maiorum Artium proposuit * d. Palmerius iudex, prior *: ⁴ Quomodo eligantur sex syndici, unus per sextum, inter quos sit unus iudex et duo notarii; * et etiam unus syndicus pro Comuni *; et tres vel quatuor advocati.

Item, quot sint syndici pro sindicando Iudice appellationum et Sindico; et quomodo eligi debeant ipsi syndici.

Presentibus testibus Braccino precone et Donato Bartholi nuntio et aliis, et Tuccio Rodulfi nuntio Priorum et Vexilliferi.

D. Bardus de Amiratis consuluit, *quod* electio predictorum omnium fiat per Priores et Vexilliferum; et valeat et teneat. Et sint * duo * ⁵ layci et unus iudex peritus, et unus * notarius * ⁶ ad scribendum acta sindicatus.

[c 180^r.] Ser Gerardus Gualberti consuluit idem: salvo quod syndici Iudicis appellationum sint quatuor layci et unus iudex, et unus notarius pro scribendo.

Placuit quasi omnibus super predictis, factis partitis particulariter, secundum dictum predicti d. Bardi, super facto sindicorum Potestatis.

Item,⁷ super facto sindicorum Iudicis appellationum, placuit duabus partibus secundum dictum d. Bardi.

¹ Di fronte, nel margine esterno: " per An. ".

² Di fronte c. s.: " per An. ".

³ Di fronte, nel margine esterno, è un' " n " tra due punti e con un segno d'abbreviatura sopra.

⁴ * Capitaneus *.

⁵ * iij *.

⁶ * iudex *. Dopo " notarius " è un " qui " cancellato: voleva scrivere *qui scribat o debeat scribere*.

⁷ Si omette un " quod " cancellato.

Die eodem.

¹In Consilio generali Comuni proposuit d. Ubertinus de Salis potestas: Quomodo eligatur unus syndicus pro Comuni in syndicatu predicto.

Item, quid videtur Consilio providere super electione dictorum syndicorum Iudicis appellationum et Sindici || | hiis quid videtur Consilio providere ||
|| secundum quod hec firmata || ||.

Clarus Clari consuluit secundum propositiones.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis, factis partitis particulariter.

Item constitutus fuit syndicus ad predicta quem Priores elegerint.

Die tertio ianuarii, facta fuit electio d. Capitanei Populi Florentini, sicut alibi notatum est.

Die vij^o mensis ianuarii.

²In Consilio generali Comuni constitutus fuit syndicus ad denunciandum electionem futuro Capitaneo, per d. Potestatem.³

Presentibus testibus d. Petro Amadeo de Brixia iudice et collateralis assessore predicti domini Potestatis, Tura del Grillo et Albiczo Redde preconibus dicti Comuni, et aliis.

[c. 181^{r.}] Die x^o ianuarii.

In Consilio C virorum, generali et speciali d. Capitanei et Populi et Capitudinum xij^o maiorum Artium, presentibus et volentibus d. Prioribus et Vexillifero, proposuit Capitaneus: Quid videtur Consilio providere super facto hospitalis de Capraria, et recuperatione iurium ipsius hospitalis.

D. Raynerius del Forese consuluit quod hospitale†

D. Albiczus Corbinelli consuluit, quod sex officiales deputati ad recuperandum iura Comuni habeant bailiam et arbitrium providendi super facto dicti hospitalis secundum quod viderint convenire, servato iure cuiusque.

Ser Bonavere Rossi notarius consuluit, quod d. Capitaneus et Priores et Vexillifer provideant et deliberent super predicto facto secundum quod viderint convenire; et quod hospitale et cura hospitalis commictatur bone persone, ita quod bona ipsius hospitalis convertantur ad usum pauperum. Et quod contra illos qui detinuerint de bonis dicti hospitalis possit procedi prout et secundum quod eisdem videbitur.

Ser Bene de Vaglia consuluit, quod d. Capitaneus, Priores et Vexillifer possint et debeant recuperare iura dicti hospitalis que recuperata fuerunt tempore Populi, ita quod deveniant ad ipsum hospitale. Et quod hospitalarius qui regat et gubernet dictum hospitale per eos eligatur vel per alios, secundum quod melius fieri poterit.

¹ Anche qui, di fronte, nel margine interno, è una "n" tra due punti e con un segno d'abbreviatura sopra.

² Di fronte, nel margine interno: "per B."

³ Sopra, aggiunse il notaro l'indirizzo delle lettere da presentarsi ai due eletti: "Nobili et potenti viro domino Iacobino Riccho de Trivixio. Octoni de Vacchanis, honorabili civi civitatis Cummi". Quest'ultimo fu quello che accettò ed esercitò l'ufficio di Capitano.

D. Bardus Amirati consuluit, quod bona predicti hospitalis, olim tempore Populi restituta dicto hospitali, sine aliqua conditione restituantur: sed modus, et quomodo hoc fieri debeat, remaneat in Capitaneo, Prioribus et Vexillifero.

Ser Mannus Talenti consuluit, quod sententia alias data aprobetur per Consilia Populi, et contra eam non possit veniri.

Ser Lopus de Sexto consuluit †

D. Iacobus de Montagnana consuluit, quod bona hospitalis occupata restituantur et deveniant ad hospitale; et cum * voluntate *¹ Episcopi eligatur rector hospitalis, persona ecclesiastica.

Nellus Galigarius consuluit quod d. Capitaneus et Offitium faciant dictam sententiam executioni mandari.

Eodem die.

²In Consiliis predictis proposuit d. Capitaneus *predicta*, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Nellus Galligarius consuluit secundum propositionem predictam.

* Facto partito *,³ placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Presentibus testibus domino Bonaventura assessore domini Capitanei et Braccino Braccii eius precone, et aliis.

[c. 180^r.] Die xj mensis ianuarii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus * et Vexillifero *.

⁴Primo, de arbitrio dando Potestati, usque ad kallendas martii proxime venturi, super feritis ab hodie in antea commictendis cum aliquo genere armorum, unde sanguis exiverit; et super retinendis hominibus in Pallatio.

Item, super arbitrio concedendo dominis Potestati et Capitaneo et eorum familiaribus super exactione condempnationum deputandis, usque ad kallendas mensis martii, super exactione condempnationum; videlicet Potestati, infra terminum unius mensis a die condempnationis, de omnibus condempnationibus a kallendis iulii proxime preteriti citra factis, et decetero usque ad dictum terminum fiendis.

Item, quod processus malleficiorum pendentes in actis veteris Potestatis et suorum Iudicum et officialium possint expediri per presentem Potestatem eiusque curiam et familiam, usque ad kallendas mensis martii et infra dictum tempus.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus super exactione librarum et prestantiarum, more solito; hoc adito quod ipsi possint providere de dictis libris et prestantiis exigendis cum duplo vel sine duplo, et⁵ eorum provisiones extendantur per tempus quo durabunt officiales per eos eligendos, et quod officiales non possint durare ultra duos menses: et super alibrando non alibratos, secundum morem solitum.

¹ * consilio *.

² Di fronte, nel margine interno: "per An.".

³ * Factis partitis *.

⁴ Le proposte sono numerate progressivamente in margine da "ij" a "viiij" a cominciare dalla prima. Il numero "j" è apposto all'ultima.

⁵ Qui si omette un "hoc", sebbene non cancellato. Pare volesse prima scrivere "et hoc extendatur".

[c. 180⁴] Item, super eo quod domini Priores et Vexillifer presentes possint providere super quatuor notariis forensibus eligendis et habendis ad servitia¹ Comunis Florentie usque ad kallendas mensis iulii proxime venturi, deputandis per eos ad officia dicti Comunis, cum salario librarum quinquaginta pro quolibet eorum; dummodo sint in civitate Florentie in kallendis februarii proxime venturi vel primo. Et si post dictas kallendas venirent, detrahatur eis de dicta summa pro rata.

Item, de libris xxxvij et soldis decem florenorum parvorum, expendendis et solvendis Alberto filio Bruni populi Sancte Trinitatis, pro duobus pannis deauratis pro Comuni entis occasione adventus domini Cardinalis. Qui panni possint deputari ad usum altaris capelle dominorum Priorum et Vexilliferi.

Item, super facto provisionis facte per dominos Priores et Vexilliferum super libra plebatus de Scho.

Item, negocium hospitalis de Capraria.

Presentibus testibus domino Iacobo de Villa milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Alardus domini Palamidesis consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod aliquis non possit tormentari, nisi prius habeantur testificationes duodecim bonorum virorum contrate in qua malleficium commissum esset.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxiiij super prima propositione; nolentes fuerunt vij.

Item, super secunda propositione, placuit lxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Item, super tertia propositione, placuit lxv secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

Item, super quarta propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super quinta propositione, placuit lxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super sexta propositione, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.

Item, super septima propositione, placuit lxviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super octava propositione, placuit omnibus lxxj secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

[c. 181⁴] Eodem die xj^o ianuarii et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum^{etm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum.

Ser Bonaventura Rossi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et balloctas, placuit lvj super prima propositione; nolentes fuerunt j.

Item, super secunda propositione, placuit liiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus lvij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

¹ Il testo: " a servitia ".

Item, super quarta propositione, placuit omnibus lvij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super quinta propositione, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super sexta propositione, placuit xxxviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt xviiij.

Item, super septima propositione, placuit omnibus lvij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super octava propositione, placuit omnibus lvij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Eodem die et testibus.

¹In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

²Item, de represaliis suspendendis usque ad kallendas ianuarii, secundum novam provisionem.

Ser Lapus de Sexto notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Eodem die.

³In Consilio Centum proposuit dominus Palmerius Altoviti de numero Priorum, de voluntate sotiorum suorum, de arbitrio dando domino Capitaneo et eius familiaribus super exactione condemnationum, usque ad kallendas mensis martii.

Presentibus testibus Leone Poggi preconone domini Capitanei et Dante Litti populi Sancti Pancratii nuntio d. Capitanei.

Ser Anthonius Corbiczi notarius consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad pissides et palloctas, placuit lxiiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

[c. 183^r.] Eodem die et testibus.

⁴In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim}xij maiorum Artium facta fuit predicta propositio.

Ser Bertaldus de Signa notarius consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad pissides et palloctas, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² Di fronte, c. s.: "per An."

³ Di fronte, c. s.: "per A."

⁴ Nel margine interno, di fronte a questo e al seguente Consiglio: "per An."

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitulum Artium proposita fuerunt predicta.

Tinghus Benincase consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Die xiiij mensis ianuarii.

¹In Consilio generali Comunis proposuit Geri Cardinalis camerarius Comunis Florentie, presentibus solum Prioribus: Si videtur Consilio² firmare ea que firmata sunt in Consilio³ Capitanei super facto quatuor notariorum habendorum, et super expensis librarum xxxvij et soldorum ^{com}x.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Duccio Francisci.

Ser Bonavere Rossi consuluit secundum propositiones.

Placuit cccxj super prima propositione; nolentes fuerunt xxv.

Item, super secunda propositione, placuit iij xxx; nolentes fuerunt vj.

Eodem die et testibus, et etiam d. Petro Amadeo iudice assessore Potestatis.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus: Quid videtur Consilio providere super infrascriptis iijj propositis.

Primo, super facto hospitalis de Capraria, secundum quod firmatum est per Consilia Populi.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero super exactione librarum et prestantiarum.

Item, super suspensione represaliarum.

Item, super petitione d. Pini d. Stoldi et Pieri Guidecti super quibusdam cambiis terrarum.

D. Iacobus de Montagnana iudex consuluit secundum propositiones predictas.

D. Tinaccius de Compiobio consuluit, super facto hospitalis, quod per Sapientes iuris civilis et canonici provideatur, et examinent dictum negotium.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas: factis partitis particulariter.

In eodem Consilio iuraverunt Iudex appellationum et Syndicus, presentibus Potestate et Prioribus, et sui quatuor notarii.

Item commisse fuerunt imbreviature olim ser Iacobi notarii.

Acta fuerunt hec in Pallatio Comunis Florentie, presentibus testibus domino Petro Amadeo de Brixia legum doctore, iudice et collateralis assessore predicti domini Potestatis, Albiczo Redde et Duccio Francisci preconibus dicti Comunis, et aliis.

Et ego B.

¹ Nel margine interno, di fronte a questo e al Consiglio che segue: "per B.".

² Segue un "quod" cancellato.

³ Segue "Po" cancellato. Avea cominciato a scrivere *Potestatis*.

[c. 182] ¹ || Dominus Guido de Montealcino, iudex appellationum, nullitatum et sindicus Comunis ||.

Ser	filius Iunte de Montealcino	} notarii dicti domini Guidonis iudicis et sindici predicti.
Ser	filius Fagiani de Montealcino	
Ser	filius Luce de Montelatrone	
Ser	filius Guiduccii de Montepoliziano	

[c. 183^o] Die xiiij^o mensis ianuarii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Palmerius de Altovitis de numero Priorum et Vexilliferi: Quid videtur Consilio providere super infrascriptis.

Primo, super arbitrio Potestatis super feritis inquirentis, usque ad kallendas mensis martii.

Item, super arbitrio Potestatis super condemnationibus exigendis, usque ad kallendas mensis martii.

Item, super prorogatione facienda, usque ad kallendas mensis martii, de actis veteris Potestatis.

Item, super facto libre plebatus de Scho.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Tura del Grillo preconibus et Bonfigliolo² Rustichi nuntio Pallatii.

Ser Bindus Vernaccii consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter per predictum d. Palmerium.

Die xvij^o mensis ianuarii, facta fuit quedam provisio super pacibus faciendis, notata in quodam folio.³

Die xxiiij^o ianuarii, facte fuerunt provisiones, per Capitudines et Sapientes, super quibusdam reparationibus stratarum viarum et pontium et ponticellorum, et super aliis notatis in quodam folio.⁴

Die xxv^o ianuarii.

Coram Prioribus et Vexillifero iuraverunt quatuor notarii noviter electi moraturi cum Potestate.⁵

Eodem die.

D. Priores et Vexillifer assignaverunt instrumenta pertinentia ad d. Thomasium et societatem Pulciorum, societatem Peruczorum; sicut notatum est in quadam cedula.⁶

¹ Cedola d'altra mano.

² Il testo ha "Bonfiglioli".

³ Precede in margine la lettera "P".

⁴ Precede la lettera "C".

⁵ Precede la lettera "P".

⁶ A questo e ai due successivi ricordi precede la lettera "C".

Die xxvj^o ianuarii.

Per Potestatem, Capitaneum et Priores et Vexilliferum facta fuit provisio super facto hospitalis de Capraria, scilicet de ipso hospitali recomendando Arti mercatorum Porte Sancte Marie, sicut alibi notatum est.

Die eodem.

Item dicta custodia predicti hospitalis acceptata fuit per Consules dicte Artis, sicut alibi notatum est.

[c. 184^r.] Die xxvij ianuarii. In quaterno signato per "n".

Presentibus testibus d. Magio de Cenate milite [[d. Capitanei], Braccino Braccii et Dante Lirii populi Sancti P[ancratii].

¹In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

²Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi.

Item, super eo quod, usque in quantitatem librarum L florenorum parvorum, ad voluntatem Priorum et Vexilliferi, per Potestatem vel Capitaneum, condempnetur quelibet persona que non observaverit precepta Priorum et Vexilliferi, pro qualibet vice: et hoc habeat locum pro tempore futuro.

Item, super suspendendo et prorogando ea que dominus Capitaneus, Potestas, Priores et Vexillifer tenebantur facere de presenti mense ianuarii, in futurum mensem februarii.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero, presentibus et futuris, duratura usque ad medium mensem aprilis proxime venturi, eligendi arbitros ad confinandum et terminandum territorium comitatus Florentie cum quibuscumque Comunibus terris et universitatibus confinantibus cum territorio comitatus Florentie, et providendi in hiis et circa ea que viderint convenire: et quicquid in hiis et circa ea per ipsos Priores et Vexilliferum, seu per arbitros per eos eligendos, infra dictum terminum factum fuerit valeat et teneat, non obstante aliquo facto per aliquem officialem Comunis.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero super erroribus libre comitatus, et super officialibus super hoc eligendis, quorum officium duret usque ad kallendas martii.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus eligendi tubatores, cennellarium et cembalelarium, pro tempore quod voluerint et eis videbitur convenire. Et quod si contingerit quod in dicto offitio eligantur illi qui fuerunt in ipso offitio pro anno preterito, quod eis solvatur, secundum formam statuti, ab ultimo mensis decembris citra, usque ad diem quo electi fuerint, non obstante quod in ipso offitio electi non fuerint pro predicto preterito tempore.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus eligendi sex banitores do-

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

² Di fronte c. s., la lettera "f" e "per An."; e le proposte sono progressivamente numerate, pure nel margine interno, da "j" a "x".

mini Potestatis, pro eo tempore et eo modo et forma, et cum pactis et conditionibus, et cum salario et sine salario, et prout et secundum quod eis videbitur fore utile pro Comuni.

Item, super eo quod, de pecunia Comunis, possit expendi usque in quantitatem librarum ducentarum florenorum parvorum, pro resistendo inundationi¹ aque que decurrit tempore pluviæ in via de Balla et in partibus circumstantibus; solvendarum officialibus ad hoc per Priores et Vexilliferum eligendis, et per ipsos officiales expendendarum in predictis, prout eis videbitur fore utile.

Item, super solutione facienda berroariis domini Potestatis pro duodecim diebus, ad rationem soldorum duorum pro quolibet eorum per diem, pro tempore quo venerunt ante introitum regiminis Potestatis.

Item, super offerendo Fastellum filium Nardi populi Sancti Iacobi inter foveas.

[c. 184⁴] Ser Bene de Vaglia notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Albicus Corbinelli iudex consuluit, quod in propositione facta super arbitris eligendis pro terminando territorium comitatus Florentie non procedatur, quod non sit utilis; et si contingerit procedi, non possit procedi ad terminandum id quod terminatum esset a decem annis retro.

Pangnus Bordonis consuluit, quod super confinibus et terminis positus nichil fiat.

Manectus Tinioczi consuluit in omnibus secundum propositiones predictas.

² Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxvj super prima propositione; nolentes fuerunt v.

³ Item, super secunda propositione, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt xv.

⁴ Item, super tertia propositione, placuit lxv secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

⁵ Item, super quarta propositione, placuit lj secundum propositionem; nolentes fuerunt xx.

⁶ Item, super * quinta *⁷ propositione, placuit lxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

⁸ Item, super * sexta *⁹ propositione, placuit lxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item, super * septima *¹⁰ propositione, placuit lxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item, super * octava *¹¹ propositione, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt x.

¹ Il testo ha "innundatione".

² Precede nel margine il numero "x".

³ Precede c. s. un "j".

⁴ Precede un "iiij".

⁵ Precede un "ij".

⁶ Precede un "iij".

⁷ * sexta *.

⁸ A questo e ai quattro seguenti "Item" precedono nel margine, rispettivamente e progressivamente, i numeri "v" a "viiij".

⁹ * septima *.

¹⁰ * octava *.

¹¹ * nona *.

Item, super * nona *¹ propositione, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super decima propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cin} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta, salvo de xxv libris.

Ser Lopus de Sexto notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Ser Bonavere Rossi notarius consuluit, quod in propositione facta super terminis ponendis et confinibus ponendis non procedatur. Item, super facto erorum comitatus consuluit idem. In aliis consuluit secundum propositiones.

Borghus Rinaldi consuluit, super facto confinium, quod nullus tertius detur. In aliis consuluit secundum propositiones predictas.

² Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit xlviij super prima propositione; nolentes fuerunt viij.

³ Item, super secunda propositione, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

⁴ Item, super tertia propositione, placuit xxviij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxvij. Item placuit xlviij quod tertius arbiter seu comunis amicus non eligatur sine provisione Consiliorum Populi et Comunis Florentie: volentes quod tertius eligatur, ubi essent discordes, fuerunt x.

⁵ Item, super quarta propositione, placuit lij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

⁶ Item, super quinta propositione, placuit xlvi secundum propositionem; nolentes fuerunt xj.

Item, super sexta propositione, placuit xliij secundum propositionem; nolentes fuerunt xij.

Item, super septima propositione, placuit xlviij secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Item, super octava propositione, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super nona propositione, placuit omnibus lvij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

[c. 185 r.] Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum Artium predictarum proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Bindi.

¹ * decima *.

² Precede nel margine il numero " j ".

³ Precede c. s. un " iiij ".

⁴ Precede un " ij ".

⁵ Precede un " iij ".

⁶ Precede un " v ".

Die xxvii^o mensis ianuarii.

¹In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super eo quod, usque in quantitatem librarum ^{la} L florenorum parvorum ad voluntatem Priorum et Vexilliferi, per Potestatem vel Capitaneum, condempnetur quilibet persona que non observaverit precepta Priorum et Vexilliferi, pro qualibet vice; et hoc habeat locum pro tempore futuro; item, super suspendendo et prorogando ea que dominus Potestas, Capitaneus, Priores et Vexillifer tenebantur facere de presenti mense ianuarii in futurum mensem februarii; item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero, presentibus et futuris, duratura usque ad medium mensem aprilis proxime venturum, eligendi arbitros ad terminandum et confinandum territorium comitatus Florentie etc.; item, de bailia danda Prioribus et Vexillifero super eroribus librarum comitatus Florentie: secundum quod predicta omnia firmata sunt per Consilia domini Capitanei facta² die xxvij^o presentis mensis ianuarii.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Duccio Francisci preconibus domini Potestatis et Bonfigluolo Rustichi nuntio Pallatii, et aliis.

Chiarus Chiarescie consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Gianni de Adimariis consuluit, quod in propositione facta super facto condempnationis faciende usque in quantitatem librarum ^{la} L, pro precepto non observato, non procedatur. In aliis acquievit dicto primi Sapientis.

Dominus Tribaldus de Giandonatis consuluit, quod predicta propositio, facta super preceptis Priorum et Vexilliferi, duret solummodo toto tempore presentium Priorum et Vexilliferi. In aliis consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Borghus Rinaldi consuluit in omnibus secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.³

[c. 185^o] Eodem die xxvii^o ianuarii et testibus.

⁴In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de arbitrio dando domino Capitaneo et eius familiaribus super exactione condempnationum, usque ad kallendas mensis martii; secundum quod firmatum fuit per Consilia domini Capitanei facta⁵ die xj^o ianuarii.

Item, de bailia danda Prioribus et Vexillifero eligendi tubatores et cenamellarium et cembalelarium, pro tempore quo voluerint etc.

Item, de bailia danda Prioribus et Vexillifero eligendi banitores domini Potestatis, se-

¹ Di fronte, nel margine interno: " per B. ".

² Il testo: " factis ".

³ Segue, in fine della pagina, un ricordo del 29 gennaio, che si riporta appresso dopo il seguente Consiglio generale del dì 28.

⁴ Di fronte, nel margine esterno: " per An. ".

⁵ Il testo ha " factis ".

cundum quod firmatum est per Consilia domini Capitanei facta¹ die xxvij^o presentis mensis ianuarii.

Ser Lapus de Sexto notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum ed levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

[c. 185^{r.}]² Die xxviii^o ianuarii, provisum fuit per Capitudines vij^{tem} maiorum Artium super *aprobatione*³ Statutorum Artium.

[c. 185^{r.}] Die tertio februarii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Bonaventura de Bonellis iudex et assessor domini Capitanei, presentibus dominis Prioribus et Vexillifero, videlicet super servitio domini Pape faciendo, modo et forma et pro tempore et in quantitate et secundum quod videbitur domino Potestati, Capitaneo, Prioribus et Vexillifero, cum illo Consilio quod habere voluerint.

Presentibus testibus Braccino Braccii precone domini Capitanei et Caio Aldobrandini populi Sancti Iacobi Ultrarni nuntio dicti domini Capitanei, et aliis.

Dinus Pecora consuluit secundum propositionem predictam.

Facto partito ad pissides et balloctas, placuit lxv secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Ser Bonavere Rossi notarius consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad pissides et palloctas, placuit lxviii secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum proposita fuerunt predicta.

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

[c. 186^{r.}] Die iiij mensis februarii.

In Consilio generali Comunis proposuit Bindus Aldobrandini Canigiani camerarius Comunis Florentie, pro se et sotiis suis, infrascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

¹ Anche qui il testo ha "factis".

² Precede in margine la lettera "P".

³ * provvisione *.

¹Primo videlicet, super eo quod de pecunia Comunis Florentie possit expendi usque in quantitatem librarum ducentarum florenorum parvorum, pro resistendo inundationi² aque que decurrit tempore pluviali in Via de Balla etc.; item, super solutione faciendi berroariis domini Potestatis pro duodecim diebus, ad rationem soldorum duorum pro quolibet eorum per diem, pro tempore quo venerunt ante introitum regiminis Potestatis; item, super offerendo Fastellum filium Nardi populi Sancti Iacobi inter foveas: secundum quod predicta firmata sunt per Consilia Populi facta³ die xvij^o mensis ianuarii proxime preteriti.

Item, super servitio faciendo domino Pape, secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta die tertio presentis mensis februarii.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Duccio Francisci preconibus Comunis, et Tuccio Ridolfi nuntio dominorum Priorum et Vexilliferi, et aliis.

Dominus Arrighus del Bocchaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad pissides et palloctas, placuit cclxxxvj super prima propositione; nolentes fuerunt xxxv.

Item, super secunda propositione, placuit cclxxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt xliij.

Item, super tertia propositione, placuit cclxxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxx.

Item, super quarta propositione, placuit cccxv secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Eodem die.

⁴In Consilio generali Comunis, per dominum Potestatem, Priores et Vexilliferum et per Consiliarios et Capitudines, constitutus fuit syndicus quem Priores et Vexillifer eligere voluerint ad comparendum coram domino Cardinale et Legato.

Presentibus testibus Albiczo Redde precone * domini Potestatis et Comunis Florentie *⁵ et Bonfigluolo Rustichi nuntio * dicti domini Potestatis, et aliis *.⁶

Die vj^o februarii.

Per Priores et Vexilliferum et alios Sapientes provisum fuit, quod d. Pape serviatur de c militibus per tempus trium mensium, computato tempore itineris et redditus in dicto tempore. Et quod c milites predicta de causa conducantur ad stipendia Comunis propterea: et quod tunc quando dictum servitium fiet, quod in ipsum servitium vadant de militibus tallie vel de aliis, secundum quod tunc videbitur convenire.

¹ Le proposte sono numerate in margine: a questa e alle due seguenti precedono i numeri "ij, iij, iiij", all'ultima il numero "j".

² Il testo ha "inundatione".

³ Il testo ha "factis"; e così appresso.

⁴ Di fronte nel margine interno: "per An. ".

⁵ * Comunis *.

⁶ * Pallatii, et aliis *.

Die viij^o februarii.

D. Potestas et Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero, in ecclesia Sancti Iohannis, predicta ratificaverunt et aprobaverunt et firmaverunt.

Presentibus testibus d. Iacobo de Certaldo et domino Lapo Saltarelli, et aliis.

Die viij^o februarii.¹

Potestas, Capitaneus et Priores et Vexillifer providerunt super servitio d. Pape.

[c. 186^o] In Dei nomine, amen. Anno sue salutifere Incarnationis Millesimo cc lxxxviij^o, indictione xj, die viij^o intrante mense februarii.

Mandato dominorum * Potestatis et Capitanei Comunis et ** Populi Florentini requisitis quampluribus sapientibus et bonis viris civitatis Florentie, et in pallatio * domini Episcopi *,³ occasione providendi super infrascriptis, coram ipsis Potestate, Capitaneo et dominis Prioribus et Vexillifero more solito⁴ congregatis; ibidemque in eorum presentia expositis et narratis hiis que per venerabilem et reverendum patrem et dominum dominum Matheum divina providentia Portuensem et Sancte Ruffine episcopum cardinalem, nunc apostolice Sedis legatum, pro parte sanctissimi patris et domini domini Bonifatii summi pontificis et Ecclesie Romane, Regiminibus, Populo et Comuni Florentie petita sunt et petuntur, pro subsidio et super subsidio a dicto Comuni habendo de militibus tallie Societatis Tuscie, contra perfidos Columpnenses, rebelles et impugnatores Ecclesie sancte Dei et fidei christiane et eorum sequaces, et ad eorum perfidiam conterrendam; ac etiam expositis et narratis hiis que, super predictis et predictorum occasione, per opportuna Consilia Populi et Comunis Florentie solempniter iam provisiva obtenta et reformata sunt; et post hec, per * predictum d. Potestatem, presentibus et volentibus Capitaneo, Prioribus et Vexillifero *,⁵ super predictis facta propositione, et auditis et intellectis consiliis per Sapientes in hiis exhibitis: demum in ipsius Consilii reformatione placuit omnibus iamdictis dominis Prioribus et Vexillifero et Sapientibus, et per eos omnes concorditer, auctoritate licentia et bailia eisdem commissis et concessis per iamdicta solempnia Consilia Populi et Comunis Florentie et ipsorum Consiliorum reformationes sequendo, provisum ordinatum obtentum et firmatum fuit, quod prefato d. Summo Pontifici et Ecclesie Romane, contra predictos et occasione predicta, hoc modo per Comune Florentie serviatur, videlicet: Quod in ipsius domini Summi Pontificis et Ecclesie Romane auxilium et subsidium, per ipsum Comune Florentie et ipsius Comunis expensis, centum milites seu equites stipendiarii cum bonis equis armigeris et cum armis et aliis ad usos belicos opportunis, transmittantur, in ipso et pro ipso faciendo servitio moraturi per tres menses, tempore

¹ Qui è un "Per" cancellato, segno che voleva dapprima scrivere *Per Potestatem*.

² * Priorum Artium et Vexillifer iustitie *. Queste parole non si leggono perchè furono raschiate e sostituite da quelle che si vede; ma facilmente si argomentano dalle altre raschiature e cassature e sostituzioni che seguono.

³ * in quo domini Priores et Vexillifer pro Comuni morantur *, parte raschiato parte cancellato.

⁴ Dopo la correzione fatta sopra, il notaro avrebbe dovuto cancellare questo "more solito".

⁵ * officium dictorum dominorum Priorum et Vexilliferi *.

eorum itineris et redditus in dicto tempore trium mensium non¹ computato. Et quod predicta occasione, et pro predicto servitio honorabiliter faciendo, pro Comuni Florentie et ad ipsius Comunis stipendia conducantur centum milites seu equites stipendiarii, pro tempore quo videbitur expedire; ita quod, tempore quo dictum servitium fiet ut dictum est, centum milites seu equites de illis de predicta tallia Societatis Tuscie, vel de illis qui ut predicatur ad ipsius Comunis stipendia conducentur, prout ipsis dominis Prioribus et Vexillifero qui tunc pro Populo et Comuni Florentie dicto preerunt officio videbitur, temporis qualitate considerata, ut supra dictum est transmittantur, pro ipso servitio faciendo.² Dictum autem servitium fieri et transmitti debeat ad voluntatem et requisitionem d. Pape seu dicti domini Cardinalis et Legati, videlicet quando per alterum eorum requisitum fuerit. * Alia vero *³ omnia et singula a predictis dependentia, et etiam in predictis et pro predictis honorabiliter et effectualiter faciendis et executioni mandandis opportuna, tam per predictos dominos Priores et Vexilliferum presentes quam per eorum in dictis officiis successores, provideantur deliberentur et fiant, prout et secundum quod eisdem pro ipso exequendo negocio viderint expedire.

[c. 187^r.] Die xj^o februarii. In quaterno signato per "n".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

⁴ Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi.

Item, super facto protestationum factarum et fiendarum Potestati, Capitaneo et eorum familiis et Iudici appellationum.

* Item, super observatione statutorum Comunis et domini Capitanei, in quibus pena non esset determinata, facienda, ad penam librarum xxv*.

Item, super facto Iudicis appellationum, quod habeatur pro Iudice, et quod eius processus valeant; dummodo solvatur sibi salarium pro rata.

Item, super petitione porrecta super custodia castri Laterini pro uno anno, pro ij^m libris.

Item, super petitione Fratrum Sancti Spiritus.

Item, super solutione librarum cvj facienda Fino Diricte commoranti ad Cameram, pro banderiis factis pro Populo.

Item, super solutione Capitanei tallie, facienda pro duobus mensibus inceptis in kalendaris mensis decembris, que est in summa librarum ij^o lxiiij et soldorum sex florenorum parvorum.

Item, super solutione omnium constabiliium et aliorum stipendiariorum, facienda pro duobus mensibus inceptis die decimo mensis decembris.

Item, super emendatione cuiusdam equi Castagnini soldati Comunis Florentie, in quantitate librarum xliij, soldorum sedecim et denariorum octo florenorum parvorum.

Item, super solutione facienda Vanni Iacobi et Caruccio Spagnuolo albergatoribus, in quantitate librarum xlv.

Item, super solutione facienda ser Phylippo de Villamagna et ser Iohanni Bongie, in

¹ Aggiunto sopra tra riga e riga questo "non".

² Si omette "Quando autem" cancellato. Cominciava a costruire in un modo diverso il periodo che segue.

³ * Et alia*.

⁴ Precede la lettera "f"; e le proposte, eccetto la terza ch'è cancellata, sono progressivamente numerate, nel margine interno, da "j" a "xij".

quantitate librarum lj florenorum parvorum, pro duobus Statutis Potestatis et uno Statuto Capitanei.

Item, super solutione facienda Daviczo de Galliano in quantitate librarum lx florenorum parvorum.

Presentibus testibus domino Madio de Cenate milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Duccius Risaliti consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxxij super prima propositione; nolentes fuerunt vj.

Item, super secunda propositione, placuit lxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus lxxvii secundum propositionem * nolentes fuerunt*.

Item, super quarta propositione, placuit l^a secundum propositionem; nolentes fuerunt xxvii.

Item, super quinta propositione, placuit lviii secundum propositionem; nolentes fuerunt xviii.

Item, super sexta propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super septima propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super octava propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super nona propositione, placuit lxxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super decima propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super undecima propositione, placuit lxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super duodecima propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

[c. 187⁺] Eodem die xj^o februarii et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta, salvo de xxv libris.

Bandinus de Falchoneris consuluit secundum propositiones predictas.

Brandaglia de Acciaiuolis consuluit, quod super custodia castri Laterini supersedeatur ad presens. In aliis consuluit secundum propositiones.

Dominus Guidoctus de Canigianis iudex consuluit secundum propositiones.

Factis partitis particulariter ad pissides et palloctas, placuit xlviij secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.

Item, super secunda propositione, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super tertia propositione, placuit xxxiii secundum propositionem; nolentes fuerunt xxvii.

Item, super quarta propositione, placuit xlvj secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.

Item, super quinta propositione, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt j.
 Item, super sexta propositione, placuit lviii secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.
 Item, super septima propositione, placuit lx secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.
 Item, super octava propositione, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.
 Item, super nona propositione, placuit lx secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.
 Item, super decima propositione, placuit omnibus lxij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.
 Item, super undecima propositione, placuit xlv secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum.
 Ser Lapus de Sexto notarius consuluit secundum propositiones predictas. Hoc addito, quod de satisfactione et pactis fiat instrumentum per notarium florentinum, et ponatur in Rigistro Comunis; et etiam deponatur apud ecclesiam fratrum Minorum et fratrum Predicatorum, et de depositione fiat instrumentum per notarium florentinum.
 Factis partitis ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

[c. 188^r.] Die xxv^o mensis februarii.

In Consilio Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium congregato coram Prioribus et Vexillifero proposita fuerunt infrascripta: videlicet ea que petit Comune Senarum; et etiam que petuntur pro parte Comunis Pisarum, Vulterarum, Sancti Miniatis et Cortonii, super facto represaliarum.
 Ser Bindus Vernatii consuluit, quod ea que petit Comune Senarum fiat, et sic eis respondeatur. Represalie vero suspendantur usque ad illud tempus quod videbitur Prioribus et Vexillifero.
 Bectus Ristori consuluit, quod represalie non suspendantur; tamen que petit Comune Senarum fiat.
 Ser Bonavere Rossi consuluit, quod represalie non suspendantur, de Pisanis.
 Placuit omnibus, quod secundum formam licterarum Comunis Senarum procedatur et fiat. Item, quod represalie pro Vulterraris, Samminiatis et Cortonensibus suspendantur; represalie vero de Pisanis non suspendantur.

Die xxvj^o mensis februarii.

In Consilio generali CCC^{torum} et speciali LXXXX^a virorum et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium, presentibus Prioribus et Vexillifero, proposuit d. Potestas ea que xxij mensis februarii *firmata fuerunt* in Consilio C virorum super absolute statutorum, pro petitionibus quas faciunt ambaxiatores Comunis Perusii et Castelli.
 Item, super prorogatione eorum que d. Potestas, Capitaneus, Priores et Vexillifer facere tenentur de presenti mense februarii in futurum mensem martii.
 Presentibus testibus domino Piero iudice et assessore Potestatis, Duccio Francisci et Guccio filio Amati preconibus.

D. Tribaldus de Giandonatis consuluit secundum propositiones predictas.

D. Andreas de Moczis consuluit idem.

Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas: factis partitis particulariter, secundum formam Statuti.

Eodem die, et presentibus dictis preconibus, et Claro Clarissimi preconone Comunis.

In Consilio generali CCC^{orum} et speciali LXXXX^{im} virorum et Capitulum xij maiorum Artium proposuit dominus Gualterius de Gangareto prepositus d. Priorum et Vexilliferi, presentibus et volentibus sotiis suis, duas propositiones factas in Consilio Populi die xxij mensis februarii super exactione condempnationum et super prorogatione termini in processibus malleficiorum pendentium in actis veteris Potestatis.

Ser Bonavere Rossi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter per predictum d. Gualterium, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

[c. 188^a] Die ultimo februarii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

¹ Primo videlicet, super eo quod de pecunia Comunis Florentie donetur Comuni Perusii vel sindaco ipsius Comunis pro ipso Comuni recipienti usque in quantitatem librarum mille ducentarum sex florenorum parvorum; et hoc si contigerit reformari per Consilium generale Comunis Perusii de tali dono petendo et recipiendo a Comuni Florentie, et si contigerit ipsum Comune syndicum constituere et mittere ad ipsum donum recipiendum: detractis denariis quatuor per libram pro gabella.

² Item, super eo quod Comuni Civitatis Castelli de pecunia Comunis Florentie donetur usque in quantitatem librarum quingentarum quatuordecim florenorum parvorum; et hoc si contigerit dictum Comune Castelli predicta eodem modo reformare et syndicum constituere, et si contigerit Comune Castelli procurare et facere quod dominus Andreas de Vivianis faciat finem Comuni Florentie: detractis denariis quatuor per libram pro gabella.

³ Item, de bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus super cavalcatis tractis et andatis faciendis ad quascumque partes, et super castris que per Comune Florentie tenentur custodiendis et custodiri faciendis, et super fornimentis propterea mictendis.

⁴ Item, super eo quod Priores et Vexillifer presentes possint providere super dampno dato illis de Tirli, et super emendatione dicti dampni.

⁵ Item, super eo quod provideatur et firmetur quod pro aliquo contractu, debito vel alienatione de cetero fiendis inter aliquos Florentinos et Senenses nulla represalia concedatur: et hoc locum habeat usque ad v annos; et quod syndicus propterea fiat. Et hoc, si contingerit predicta reformari per Comune Senarum infra unum mensem proximum.

¹ Precede nel margine il numero " ij ".

² Precede c. s. un " iij ".

³ Precede un " j ".

⁴ Precede un " iij ".

⁵ Precede un " v ".

Presentibus testibus domino Madio de Cenate milite domini Capitanei et Leone Poggi eius precone, et aliis.

Dominus Albicuz Corbinelli iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Magister Guccius medicus consuluit, quod non est utile teneri Consilium super duabus primis propositionibus.

Manectus Tinioczi consuluit secundum dictum suprascripti domini Albiczi.

Ser Rustichellus Bernardi notarius consuluit idem.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxviiiij super prima propositione; nolentes fuerunt iiij.

Item, super secunda propositione, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

Item, super tertia propositione, placuit lxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt x.

Item, super quarta propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super quinta propositione, placuit lxxj secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

[c. 189^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{sim} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Dominus Iacobus de Montagnana iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Bertus Ristori consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit omnibus lviiiij super prima propositione * nolentes fuerunt *.

Item, super secunda propositione, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super tertia propositione, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super quarta propositione, placuit omnibus lviiiij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super quinta propositione, placuit omnibus lviiiij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.

¹Item, de represaliis suspendendis, usque ad kallendas ianuarii proxime venturas, in favorem Comunium Sancti Miniatis, Vulterarum et Cortone; dummodo similem suspensionem faciant in favorem Florentinorum, infra decem dies postquam de predictis requisiti fuerint per licteras Comunis Florentie.

Ser Bonavere Rossi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Precede in margine la lettera "f" e "per An."

Nellus Dietaiuti consuluit secundum propositiones: salvo quod donum non fiat Comuni Perusii¹ nec Comuni Castelli.

Donatus Bilenchi consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Eodem die.

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Gualterius prepositus Priorum, in presentia sociorum suorum, de arbitrio dando domino Capitaneo super exactione condemnationum, duraturo usque ad xv diem mensis aprilis proxime venturum.

Presentibus testibus Leone Poggi preconone domini Capitanei et Chaio Aldobrandini populi Sancti Jacobi Ultrarni nuntio dicti domini Capitanei, et aliis.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit secundum propositionem: salvo quod aliqua domus non possit destrui pro aliqua condemnatione facta pro debito.

Facto partito ad pissides et palloctas, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

[c. 189⁴] Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.

Dominus Bardus Amirati iudex consuluit¹

Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad pissides et palloctas, placuit lvj secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali *domini Capitanei* et Capitudinum proposita fuerunt predicta.

Nellus Dietaiuti consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

Die sabati primo mensis martii.

In Consilio generali Communis proposuit Banchellus olim Lanberti de Antilla camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de bailia danda Prioribus et Vexillifero super cavalcatis tractis et andatis; item, de dono faciendo Comuni Perusii³ in quantitate librarum mille ducentarum sex florenorum parvorum; item, de dono faciendo Comuni Civitatis Castelli in quantitate li-

¹ Il testo: "Perusio".

² Di fronte, nel margine interno: "per An.".

³ Anche qui il testo ha "Perusio".

brarum quingentarum quatuordecim florenorum parvorum; item, super eo quod Priores et Vexillifer presentes possint providere super dampno dato illis de Tirli, et super emendatione dicti dampni: secundum quod firmata sunt per Consilia domini Capitanei facta¹ die ultimo mensis februarii.

Dominus Tribaldus de Giandonatis consuluit secundum propositiones predictas.

Dinus Pecora consuluit idem.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit cclxxxj super prima propositione; nolentes fuerunt xxj.

Item, super secunda propositione, placuit ccxj secundum propositionem; nolentes fuerunt lxxxxj.

Item, super tertia propositione, placuit ccvij secundum propositionem; nolentes fuerunt lxxxxv.

Item, super quarta propositione, placuit cclxxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt viij.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Albiczo Redde preconibus *dicti d. Potestatis et Comunis Florentie ** et Dino Gallere nuntio Pallatii, et aliis.

[c. 190^r.] Eodem die et testibus.

³In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo videlicet, de represaliis suspendendis; secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta⁴ die ultimo mensis februarii.

Item, de arbitrio dando domino Capitaneo super exactione condempnationum, duraturo usque ad diem xv mensis aprilis proxime venturum; secundum quod firmatum fuit per Consilia Populi facta⁵ die ultimo mensis februarii.

Item, super eo quod provideatur et firmetur quod pro aliquo contractu, debito vel alienatione de cetero fiendis inter aliquos Florentinos et Senenses nulla represalia concedatur; et hoc locum habeat usque ad quinque annos; et quod syndicus propterea fiat: et hoc si contigerit predicta reformari per Comune Senense infra unum mensem proximum.

Ser Gherardus Gualberti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

* Item constitutus fuit syndicus, quem Priores et Vexillifer eligere voluerint, ad vendendum gabellas Comunis et fora comitatus, cum illis pactis et conditionibus quibus placuerit Prioribus et Vexillifero*.

⁶Item constitutus fuit syndicus, quem Priores et Vexillifer eligere voluerint, ad faciendum pacta cum sindico Comunis Senarum, secundum quod firmatum est per Consilia Populi.

¹ Il testo ha "factis".

² * Comunis*.

³ Di fronte, nel margine interno: "per A.".

⁴ Il testo ha "factis".

⁵ Il testo, al solito, ha "factis".

⁶ Di fronte, nel margine interno, una "n" con segno d'abbreviatura sopra.

Die tertio mensis martii.

In Consilio Capitulum ^{clm}xij maiorum Artium et aliorum Sapientum electorum, ^{cem}x per sextum, proposuit dominus Gualterius de numero Priorum: Quomodo electio ^{clm}xiiij bonorum virorum electorum Potestatis fieri debeat.

Ardinghus de Medicis consuluit, quod electio predictorum ^{clm}xiiij Electorum fiat per d. Priores et Vexilliferum, cum illo Consilio quod super hoc habere voluerint.

Dinus Peccora consuluit, quod Priores et Vexillifer per se ipsos dictam electionem ^{clm}xiiij Electorum faciant.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Dini, facto partito ad sedendum et levandum.

Presentibus testibus Fatio de Micciolis et Verio Baldovini, et aliis.

Eodem die. Sextus Ultrarni: Phylippus de Vellutis, Lippus Rinuccii, Banchus Guernerii. Sextus Burgi: Gentile d. Odonis, Benuccius Senni del Bene. Sextus Porte Domus: Pierus Borghi, Dinus Peccora. Sextus Sancti Petri Scheradii: Gioctus Peruczi, Lapus Talenti, ser Guido de Torricchio. Sextus Sancti Pancratii: Masus d. Rogerini, Albiczus Orlandini. Sextus Porte Sancti Petri: Mannus Rocchi, Feus Bonfantini.¹

[c. 190⁴] Die vij^o mensis martii. Alibi notatum est in quaterno bambacis signato per "n", et in cedula signata per "d".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de solutione facienda ser Rodulfo de l'Ancisa et Noczo domini Rossi de Giandonatis castellanis castri Laterini, et eorum peditibus, pro tempore sex mensium initiandorum die qua iter arripuerint; et fiat eis solutio de duobus in duobus mensibus, cum salario librarum decem pro quolibet Castellano et librarum trium pro quolibet pedite per mensem; qui sunt in summa septuaginta.

Item, Paczino Guscii Pescis castellano castri Montis Chuccheri Vallis Ere, pro tempore sex mensium initiandorum ut dictum est supra, cum sex peditibus, ad rationem librarum sex pro dicto Castellano et librarum trium pro quolibet pedite per mensem, solvendarum modo predicto.

Item, super solutione facienda Feo ser Iacobi ponderatori florenorum auri, pro tempore octo mensium initiatorum die xxj^o mensis septembris proxime preteriti, ad rationem librarum centum pro quibuslibet quatuor mensibus. Que solutio fiat hoc modo: videlicet, presentialiter libras centum, et in fine seu circa finem dictorum quatuor ultimorum mensium alias libras centum.

Item, super solutione Anthonii Bonsegnoris, in quantitate librarum octuaginta florenorum parvorum.

Presentibus testibus domino Madio de Cenate milite dicti domini Capitanei et Braccino Braccii preconone eiusdem domini Capitanei, et aliis.

Dinus Pecora consuluit secundum propositiones predictas.

¹ Sono i suddetti quattordici elettori del Potestà.

Ser Bene de Vaglia notarius consuluit idem.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxviiij super prima propositione; nolentes fuerunt iij.

Item, super secunda propositione, placuit lxiiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Item, super tertia propositione, placuit lxviiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum dominum Capitaneum.

Ser Bonavere Rossi notarius consuluit secundum propositiones.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit omnibus lxj super prima propositione * nolentes fuerunt *.

Item, super secunda propositione, placuit omnibus lxj secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus lxj secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

[c. 192^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum proposita fuerunt predicta.

Ser Lapus de Sexto notarius consuluit secundum propositiones.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Eodem die et testibus. Alibi notatum est in quadam cedula signata per "B". Electiones infrascriptorum Potestatum scripte fuerunt per ser Phylippum de Villamagna.

¹ In Consilio Centum virorum et speciali domini Capitanei proposuit dominus Capitaneus: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis terris, videlicet Comuni et hominibus castri Sancti Mariani Vallis Arni, item Comuni et hominibus de Fighino, item Comuni et hominibus Montis Lupi, item hominibus populi Sancti Andree de Brolio, item hominibus Sancti Andree de Empoli, item Comuni et hominibus de Castronovo Vallis Arni, item Comuni et hominibus de Certaldo, item Comuni et universitati populi Sancti Salvatoris de Albola de Chianti, item Comuni et hominibus populi Sancti Bartholomei de Vertino, item Comuni et universitati terre de Cascia, item Comuni et hominibus populi Sancte Marie de Cintorio.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit, quod concedantur et dividantur per sextus.

Ser Rustichellus Bernardi consuluit, quod concedantur.

Ser Lapus de Sexto notarius consuluit †

¹ Di fronte, nel margine interno: "per An."

[c. 191^r.]¹ In Dei nomine, amen. Anno sue salutifere Incarnationis Millesimo c̄c̄ lxxxxvij, indictione xj, die vij intrante mense martii.

Mandato nobilis viri domini Thotelmanni de Thotelmannis de Pergamo defensoris Artium et artificum et capitanei² Populi et Comunis et conservatoris pacis civitatis Florentie, Consilio Centum virorum et etiam Consilio speciali domini Capitanei et Populi iamdicti, preconata convocatione campaneque sonitu, in ecclesia Sancti Petri Scheradii more solito congregato; ibidem in ipsis Consiliis, presentibus volentibus et consentientibus dominis Prioribus Artium et Vexillifero Iustitie Populi Florentini, per predictum dominum Capitaneum facta propositione et audito et intellecto consilio in hiis exhibito et reddito; et demum per ipsum dominum Capitaneum super hiis, secundum formam statuti, facto et revoluto *partito* ad sedendum et levandum, in ipsius Consilii reformatione placuit quasi omnibus in ipso Consilio existentibus, et per eos auctoritate et vigore capituli Constituti domini Capitanei et Populi predicti de hac materia loquentis in presenti Consilio lecti, provisum obtentum et firmatum fuit: Quod, secundum formam dicti capituli Constituti, infrascriptis Comunibus universitatibus et populis comitatus Florentie, propter ipsorum iminentem necessitatem, pro Comuni Florentie Potestates dentur et concedantur, et ad scrupulum eligantur; videlicet cuilibet ipsorum Comunium et universitatum unus Potestas, pro tempore infrascripto: salvis et in sua firmitate durantibus, in qualibet eorum parte, capitulis Constituti Comunis et Populi Florentini. Videlicet primo, Comuni et hominibus castri Sancti Mariani Vallis Arni etc.

Item Comuni et hominibus universitatis terre Cascie, per tempus unius futuri anni, cum salario consueto: et hoc, cum pro parte Comunis et universitatis terre predictae, predicta petita fuerint coram dominis Prioribus Artium et Vexillifero Iustitie antedictis.

Acta fuerunt hec in ecclesia Sancti Petri Scheradii, presentibus testibus domino Madio de Cenate milite et socio predicti domini Capitanei et Braccino Braccii preconate eiusdem domini Capitanei et Populi Florentini. Et ego Anthonius etc.

Electiones predictorum Potestatum scripte fuerunt per ser Phylippum de Villamagna notarium Priorum et Vexilliferi.

[c. 191^r.]³ Vobis dominis Prioribus et Vexillifero Iustitie supplicatur pro parte Comunis et universitatis terre Cascie: Quatenus, cum homines dicte terre et eius curie sint debitis gravati, contractis occasione solvendi libras et alias factiones Comunis Florentie, et sint etiam quampluribus aliis diversis honeribus et negotiis occupati et fatigati; que negotia expedire et debita exigere et solvere nequeunt sine domino et rectore, et rectorem non habeant cuius auctoritate predicta pro utilitate hominum dicti Comunis valeant expediri: placeat vobis concedere dicto Comuni et hominibus in dominum et rectorem aliquem virum nobilem de civitate Florentie, qui eorum negotia utiliter

¹ Nel margine superiore è due volte la lettera B, ed è questa appunto la cedola sopra ricordata.

² Il testo ha "capitaneus".

³ Petizione originale del Comune di Cascia, ricordata nel precedente istrumento scritto a tergo della medesima.

et fideliter exequatur, pro uno anno futuro, cum salario consueto. Et si placeret vobis, satisfaceret votis hominum dicte terre quod concederetis eis in dominum Zannolinum del Bagno, de cuius persona cognita plenarie ipsi confidunt.

[c. 192^{r.}] Die x^o martii.

In Consilio generali Communis proposuit Bindus Aldobrandini de Canigianis camerarius, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quid videtur Consilio providere super hiis que firmata fuerunt in Consiliis Populi die vij^o martii.

Ser Fatius de Signa notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Presentibus testibus Puccio Dietesalvi, Ferrino Meglioris, nuntiis et Guccio Donati precone, et aliis.

Factis partitis, primo super solutione Castellanorum et peditum predictorum, placuit ij^o lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xv^{im}.

Item, super solutione Fey predicti, placuit ij^o lxxxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt vij^o.

Item, super solutione predicti Anthonii, placuit ij^o lxxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt viij^o.

[c. 192^{v.}] Die xiiij^o martii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super absoluteione statutorum prohibentium quod donum non fiat, pro facto domini Regis.¹

Item, super petitione porrecta per illos qui emerunt redditum et gabellam vini civitatis et comitatus Florentie.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus super eroribus librarum tam civitatis quam comitatus, duratura usque ad kallendas mensis maii proxime venturas.

Presentibus testibus domino Magio de Cenate milite et socio predicti domini Capitanei et Braccino Braccii precone eiusdem domini Capitanei et Populi Florentini, et aliis.

Ser Uguiccone Rugerocci notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxv super prima propositione; nolentes fuerunt vj.

Item, super secunda propositione, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super tertia propositione, placuit lx secundum propositionem; nolentes fuerunt xj.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^o maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

¹ Il testo ha "Regi".

Dominus Bardus Amirati iudex consuluit secundum propositiones.
 Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositiones.
 Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lvijj super prima propositione; nolentes fuerunt j.
 Item, super secunda propositione, placuit lvijj secundum propositionem; nolentes fuerunt j.
 Item, super tertia propositione, placuit xlv secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitulum proposita fuerunt predicta.
 Bertus Ristori consuluit secundum propositiones predictas.
 Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die xv martii.

In Consilio d. Potestatis et Comunis Florentie proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero, omnia et singula que die xiiij presentis mensis martii deliberata fuerunt in Consilio C virorum et etiam in Consiliis Populi.
 Presentibus testibus d. Petro assessore Potestatis, Albiczo Redde et *Guccio Donati*¹ preconibus dicti Comunis.
 D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.
 Placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, factis partitis particulariter per Potestatem.

[c. 193^r.] Die xxj martii. *Alibi notatum est* in quaterno signato per "n", et in cedula signata per "f".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.
²Primo, super servitio domini regis Karoli de pecunia Comunis Florentie faciendo, et in quanta quantitate, et quando fieri debeat.
 Item, super obmissis de presenti mense per Potestatem, Capitaneum, Priores et Vexilliferum, prorogandis in futurum mensem aprilis.
³Item, super quantitate librarum sexcentarum sex, soldorum xiiij^{sim} et denariorum viij, solvenda Dino Giachi emptori gabelle vini civitatis, pro vino signato per officiales Comunis ante kallendas martii, et vendito et vendendo post ipsas kallendas.
 Item, super quantitate librarum iiiij xvij et soldorum decem et denariorum trium, solvenda predicto Dino et Buoso Risaliti emptoribus gabelle vini civitatis et comitatus, pro solutione quam ipsi facere debent in kallendis aprilis Comuni predicto, in quantitate librarum octomilium iiiij xvij^{sim} et soldorum xv pro novem mensibus futuris.

¹ *Duccio Francisci*.

² Precede in margine la lettera "f".

³ A questo e all' "Item" che segue precede in margine la lettera "n".

Presentibus testibus domino Magio de Cenate milite domini Capitanei et Leone Poggi eius preconne, et aliis.

Manectus Tinioczi consuluit secundum propositiones. Et de servitio faciendo domino Regi remaneat et sit in provisione dominorum Priorum et Vexilliferi, cum illo Consilio quod super hoc habere voluerint; et quando et quomodo fieri debeat.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxx super prima propositione; nolentes fuerunt vj.

Item, super secunda propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt vj.

Item, super tertia propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super quarta propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositiones predictas: hoc addito, quod pecunia solvatur et mictatur ad dominum Regem post motum sui exercitus vel in motu.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit liij super prima propositione; nolentes fuerunt iij.

Item, super secunda propositione, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super tertia propositione, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super quarta propositione, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.

Item, si videtur Consilio acceptare electionem Potestarie Comunis Castillionis Aretini pro uno anno futuro, initiando in kallendis maii; et quomodo et per quos fieri debeat.

Ser Bonavere Rossi notarius consuluit secundum propositiones. Item, quod dicta electio acceptetur per Comune Florentie, et per dominos Priores et Vexilliferum fiat electio Potestarie dicte terre.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones et dictum dicti ser Bonaveris.

[c. 193⁴] Die xxij^o mensis martii.

In Consilio generali et LXXXX^a domini Potestatis et Comunis Florentie proposuit Lapus Gianniani camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo de servitio domini regis¹ Karoli ||faciendo||; item, super quantitate librarum vj

¹ Il testo ha "regi".

sex, soldorum ^{ciim} xiiiij et denariorum viij, solvenda Dino Giachi, emptori gabelle vini civitatis, pro vino signato ante kallendas martii per officiales Comunis, et vendito et vendendo post ipsas kallendas; item, super quantitate librarum iiiij xviiij, soldorum x et denariorum trium, solvenda predicto Dino et Buoso Risaliti, emptoribus gabelle vini civitatis et comitatus, pro solutione quam ipsi facere debent, in kallendis aprelis, Comuni predicto, in quantitate librarum viij iiiij xviiij et soldorum xv, pro novem mensibus futuris: secundum quod predicta omnia firmata fuerunt per Consilia domini Capitanei facta¹ die xxj presentis mensis martii.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Guccio Donati preconibus Comunis, et Giano Megloris nuntio Pallatii, et aliis.

Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit cclxiiij super prima propositione; nolentes fuerunt xliiiij.

Item, super secunda propositione, placuit cclxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt * xx *.²

Item, super tertia propositione, placuit cclxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt * xviiiij *.³

Eodem die.

⁴In Consilio generali et LXXXX^a domini Potestatis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de obmissis per Potestatem, Capitaneum, Priores et Vexilliferum, de presenti mense martii, prorogandis in futurum mensem aprelis proxime venturum.

Item, si videtur dicto Consilio acceptare electionem Potestarie terre Castillionis Aretini, pro uno anno futuro, iniciando in kallendis maii; et quomodo et per quos fieri debeat.

Ser Lapus de Sexto notarius consuluit, *quod* dicta electio Potestarie predictae acceptetur per Comune Florentie, et fiat per Priores et Vexilliferum. In alia propositione consuluit secundum propositionem.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Chiaro Chiarissimi preconibus Comunis, et Giano Megloris nuntio Pallatii, et aliis.

[c. 194⁺] In Dei nomine, amen. Anno sue Incarnationis Millesimo cc lxxxviiij, indictione xj, die xxv martii.

Die xxviiij mensis martii. * In quaterno signato per " n " *.

⁵In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

¹ Il testo ha " factis ".

² * xviiij *.

³ * xvij *.

⁴ Di fronte, nel margine esterno: " per An. ".

⁵ Di fronte, nel margine interno: " per B. ".

¹Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi.
 Item, de bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus eligendi sex officiales ad iura Comunis recuperanda, et unum notarium cum eis, cum solita bailia et officio eisdem officialibus concedendis, pro tempore sex mensium initiandorum die viij mensis aprelis proxime venturi, cum certis modificationibus.
 Item, petitionem porrectam per Consules Artis lane.
 Presentibus testibus domino Magio de Cenate milite et socio domini Capitanei, * Braccino Braccii *² precone dicti domini Capitanei et Populi Florentini, et Giuntino Turini populi Sancti Fridiani nuntio eiusdem domini Capitanei, et aliis.
 Duccius Risaliti consuluit secundum propositiones predictas.
 Dominus Albiczus Corbinelli index consuluit, quod ad presens supersedeatur super electione dictorum officialium.
 Factis partitis ad pissides et pallocas, placuit lxxvij super prima propositione; nolentes fuerunt iij.
 Item, super secunda propositione, placuit lviii secundum propositionem; nolentes fuerunt xxij.
 Item, super tertia propositione, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta: salvo de xxv libris.
 Bandinus de Falchoneriis consuluit secundum propositiones predictas.
 Donatus Bilenchi consuluit secundum propositiones: salvo quod dicti officiales non possint aliquam viam mictere extra muros novos civitatis.
 Factis partitis ad pissides et pallocas, placuit xliiij super prima propositione; nolentes fuerunt xv.
 Item, super secunda propositione, placuit xlv secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.
 Cantinus Cati consuluit secundum propositiones.
 Placuit quasi omnibus secundum propositiones.

[c. 194^t.] Die xxviiiij mensis martii.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero, ea que heri deliberata fuerunt in Consiliis d. Capitanei et Populi super duabus propositionibus: salvo quod iurisdictio domini Potestatis et offitium non diminuatur propterea, scilicet pro petitione Consulium Artis lane.

¹ Di fronte, c. s., la lettera " f. " e " per An. ".

² * Leone Poggi *.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Panichino Ugholini preconibus, et Giano Melioris nuntio Pallatii.

D. Arrighus del Boccaccio consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis per Potestatem, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas, particulariter factis partitis.

Die ultimo mensis martii.

¹In Consilio Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium et aliorum quamplurium Sapientum, congregato coram Potestate, Capitaneo et Prioribus et Vexillifero, in domo mansionis ipsorum Priorum et Vexilliferi, proposuit Potestas: Quid videtur dicto Consilio providere super servitio d. Regis, scilicet super quantitate et tempore servitii.

Presentibus testibus d. Genario milite Potestatis et d. Magio de Cenate milite Capitanei et aliis, et domino Andrea de Cerreto et d. Nichola de Acciaiuolis.

Manectus Tinioçi consuluit, quod quinque milia florenorum auri donentur et dentur d. Regi seu ambaxiatoribus seu nuntiis suis sufficientibus, recipientibus pro eo, presentialiter, quancicuis fieri poterit. Et postea dixit, de decem milibus libris florenorum parvorum.

Duccius Risaliti consuluit, de duobus milibus florenorum auri; et dentur suis ambaxiatoribus ad eorum petitionem et voluntatem.

D. Donatus Alberti consuluit, de decem milibus florenorum auri; et cito dentur.

D. Palmerius Altoviti consuluit, de quatuor milibus florenorum auri.

D. Niccola de Acciaiuolis consuluit †

Ser Bindus Vernatii consuluit, quod ^{cim}xij Sapientes, duo per sextum, habeantur super predictis, scilicet cum Potestate, Capitaneo, Prioribus et Vexillifero, et super quantitate servitii per eos provideatur; et quod donum fiat personaliter d. Regi, per sufficientem * nuntium vel * ambaxiatorem Comunis Florentie.

Firmatum fuit per Potestatem et Capitaneum, Priores et Vexilliferum, Capitudines et Sapientes, concorditer, visa prius voluntate dicti Consilii, ad scrupulum cum pissidibus et palloctis: quod d. Regi predicto donetur² et detur, de pecunia Comunis, tanta³ quantitas que valeat ^{im}iiij florenorum auri; et ultra, tanta quantitas de qua solvatur gabella. Et Camerarii solvant dictam quantitatem illi persone seu personis de quibus videbitur Prioribus presentibus vel futuris, per ipsas presentandam et dandam⁴ d. Regi predicto in sua persona.

Die martis primo mensis aprilis.

Die ^ox aprilis.

In Consilio generali et speciali d. Capitanei et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Si videtur dicto Consilio concedere licentiam d. Soczo Guicciardini electo capitaneo populi civitatis Pistorii, pro

¹ Di fronte, nel margine esterno, "pot.", cioè "Potestas".

² Il testo: "donentur".

³ Il testo: "tantam".

⁴ Il testo: "presentandis et dandis".

sex mensibus initiandis in kallendis maii futuris; et ser Ricchomanno ser Cipriani electo potestati terrarum comitis Aghinolfi de Romena, existentium in Mucello, pro anno uno futuro.

Ser Donatus Billenchi consuluit secundum propositiones.

Factis partitis per d. Capitaneum, placuit omnibus secundum propositiones: salvo quod per hoc non diminuatur in aliquo alicui iuri seu iurisdictioni dicti Comunis Florentie, nec dicto Comiti sit aliquod ius acquisitum.

[c. 195^r.] Die x^o mensis aprelis.

In Consilio Centum virorum, presentibus Prioribus et Vexillifero, proposuit d. Capitaneus infrascripta.

¹Primo videlicet, super^t ²

Salvinus Drictafede consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter per d. Capitaneum, placuit super prima propositione^t ³

[c. 195^r.] Die xj^o aprelis.

In Consilio generali Comunis proposuit sapiens vir Ardinghus Bonaiunte de Medicis camerarius Comunis, presentibus Prioribus et Vexillifero, infrascriptas sex propositiones. Primo videlicet, propositionem librarum v^o expendendarum in muris et pro muris civitatis faciendis.

Item, petitionem quandam per Sex de blado porrectam.

Item, provisionem factam super solutione Castellani de Tirli et suorum peditum.

Item, provisionem factam super solutione Capitanei tallie, pro quatuor mensibus et iij^o diebus inceptis in kallendis februarii, in quantitate librarum v^o lxxvj, soldorum xvij et denariorum viij.

Item, provisionem factam super solutione d. Alberti de Bostolis, capitanei⁴ militum iturorum in servitium d. Pape, pro xviii diebus.

Item, provisionem factam super solutione trium constabilium et suorum militum iturorum in servitium domini Pape.

Clarus Clari consuluit secundum propositiones predictas.

Placuit, super prima propositione, ij lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.

Item, super secunda propositione, placuit ij lxxxviii secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super tertia propositione, placuit ij lxxxviii secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super quarta propositione, placuit ij lxxxj secundum propositionem; nolentes fuerunt xiiij.

¹ Di fronte, nel margine esterno, è il numero "j".

² Segue uno spazio bianco fin oltre il mezzo della pagina.

³ Altro spazio bianco per tutto il rimanente della pagina e per un tratto capace di 6 o 7 righe nella pagina seguente.

⁴ Qui si omette "tallie, pro xv" cancellato.

Item, super quinta propositione, placuit ij lxxviii secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.

Item, super sexta propositione, placuit ij lxxxiii secundum propositionem; nolentes fuerunt x.

Presentibus testibus Puccio Detesalvi populi Sancti Benedicti, Nuto Galghani populi Sancti Georgii et Dino Gallera de populo Sancti Remigii, nuntiis Pallatii.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali predicto, presentibus Prioribus et Vexillifero, proposuit Potestas infrascriptas tres propositiones, scilicet.

Provisionem factam super exactione librarum et prestantiarum.

Item, provisionem factam per Priores super petitione Leonis Poggi et Braccini Bratii.

Item, petitionem nobilium virorum de Colle, super venditione quorundam iurium et bonorum.

[c. 196^r.] D. Raynerius del Forese consuluit secundum propositiones predictas.

Cione Arrighi Paradisi consuluit, super duabus primis propositionibus, secundum propositiones.

Clarus Clari consuluit secundum dictum predicti d. Raynerii.

Factis partitis particulariter, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali Comunis proposuit d. Gualterius de numero Priorum: Quid videtur dicto Consilio providere super exactione condemnationum et super arbitrio dominorum Priorum.

Ser Ghondus de Sancto Casciano *consuluit* secundum propositionem predictam.

Placuit quasi omnibus secundum propositionem predictam.

Die xj^o aprilis, concessa fuit represalia Nicholo de Acciaiuolis contra Comune Perusii; sicut alibi notatum est.

Item concessa fuit represalia Robe Manetti contra Comune Forlivii.

Die xiii^o aprilis.

In Consilio Capitulum^{um} xij^o maiorum Artium et aliorum quamplurium Sapientum adiutorum proposuit d. Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quid videtur dicto Consilio providere super electione Priorum futurorum, videlicet quomodo ipsa electio fieri debeat.

Presentibus testibus d. Maggio de Cenate milite Capitanei et Leone Poggi precone.

Borghus Rinaldi consuluit, quod Capitulum cuiuslibet sextus nominent iij in quolibet et pro quolibet sextu, et Sapientes adiuncti nominent alios iij; et postea fiat scriptinium secundum morem solitum.

Duccius Risaliti consuluit, quod Capitulum et Sapientes cuiuslibet sextus nominent sex in quolibet sextu; et postea fiat scriptinium solito more.

Bertus Ristori consuluit, quod procedatur secundum dictum primi Sapientis.

Nutus de Marignolis consuluit, quod Capitudoines cuiuslibet sextus eligant ^{or}iiij in quolibet sextu; et postea de ipsis nominatis per Capitudoines fiat scrupitium inter Capitudoines et Adiunctos secundum morem solitum.

D. Raynerius del Forese consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Bindus Fierencze Malchiavelli consuluit, quod quelibet Capitudo eligant ^{or}iiij pro quolibet sextu, et Adiuncti cuiuslibet sextus eligant ^{or}iiij; et postea fiat scrupitium ut dictum est.

Facto partito per Capitaneum, placuit quasi omnibus secundum dictum primi Sapientis.

[c. 196 ⁺] Die ^oxiiij aprilis.

In Consilio Capitudoinum ^oxij maiorum Artium et duorum per sextum proposuit Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quomodo electio duorum per sextum fieri debeat in sextu Porte Sancti Pancratii.

D. Raynerius del Forese consuluit, quod Capitudoines et Adiuncti cuiuslibet sextus eligant unum in dicto sextu; et postea fiat scrupitium secundum formam Ordinamentorum.

Placuit omnibus secundum dictum predicti Sapientis.

Presentibus testibus d. Maggio de Cenate milite Capitanei et Braccino Braccii precone.

Die ^oxxij mensis aprilis.

In Parlamento congregato in ecclesia Sancte Reparate, in presentia Potestatis et Capitanei, Priorum et Vexilliferi, iuraverunt d. Octho de Vaccanis de Cummis, capitaneus Populi Florentini, et sui Iudices, Milites et notarii; computato eis iuramento per me B. notarium subscriptum.

Presentibus testibus d. Raynerio del Forese iurisperito et domino magistro Iohanne Lapi Guillielmi et Braccino Braccii precone.

Beroarii non iuraverunt dicta die¹

Die †

Die ^oxxiiij mensis aprilis.

²In Consilio Centum virorum, generali et speciali et Capitudoinum ^oxij maiorum Artium et aliorum Sapientum, proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Bononie.

Ser Rogerius Ughonis Albiczi notarius consuluit, quod ea que oblata sunt per dictos ambaxiatores mandentur *ad* executionem, prout et secundum quod videbitur Potestati, Capitaneo, Prioribus et Vexillifero, cum Consilio Sapientum quod habere voluerint: in quibus et quorum provisione predicta debeant remanere.

Borghus Rinaldi consuluit, quod respondeatur ambaxiatoribus predictis quod per Co-

¹ Questo ricordo è scritto sopra, dopo la data.

² Di fronte, nel margine esterno: "per An. "

mune Bononie satisfiat dampnificatis comitatus Florentie; et quod procedant contra illos qui fecerunt dictum excessum in comitatu Florentie, ita quod Comune Florentie sit contentum.

Ser Bindus ser Guicciardi consuluit, quod predicta omnia remaneant in dominos Priores et Vexilliferum.

Nellus Dietaiuti consuluit †

Manectus Tinioczi consuluit secundum dictum primi Sapientis.

Presentibus testibus domino *Magio*¹ de Cenate milite domini Capitanei et Braccino Braccii preconone dicti domini Capitanei, et aliis.

Facto partito ad *pissides et palloctas*², placuit clxxxvij secundum dictum ser Bindi; nolentes fuerunt xj.

³Item constitutus fuit syndicus ser Parte notarius filius Bruni populi Sancte Marie Maioris, ad vendendum bona Duccii vocati Colombelli filii Dini populi Canonice Fesulane fugitivi et cessantis.

[c. 197^r.] Die xxvj aprilis.

⁴In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas, presentibus Prioribus et Vexillifero: Quid videtur dicto Consilio providere super hiis que firma sunt per Consilia Populi super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Bononie.

Dominus Tribaldus de Giandonatis consuluit secundum quod firmatum est per Consilia Populi.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Duccio Francisci preconibus domini Potestatis, et aliis.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum suprascripti domini Tribaldi.

Die xxvij mensis aprilis.

In Consilio C virorum, generali et speciali domini Capitanei et Populi et Capitudinum ^{cim}xij maiorum Artium, proposuit d. Capitaneus; presentibus Prioribus et Vexillifero: Quid videtur dicto Consilio providere super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Pistorii, super facto confinium.

Item, super ambaxiata et petitione ambaxiatorum Comunis Castelli, petentium milites tallie.

Item, super ambaxiata ambaxiatorum Comunis Ymole, facta super quadam represalia concessa per Comune Florentie contra Comune Ymole, et super quadam alia represalia que petitur dari et concedi contra Comune Ymole.

Item, super eo quod petitur per Comune *Sancti Geminiani*⁵ quod ordinetur et fiat quod cui datum est ab eo requiratur.

Item, super⁶ licentia concedenda d. Bindi d. Peppi de Adimaris, electi potestatis Esii

¹ *Madio*.

² *sedendum et levandum*.

³ Di fronte, nel margine esterno: "per An."

⁴ Di fronte, nel margine interno: "per An." e la lettera "C".

⁵ *Ymole*.

⁶ Qui si omette "eo quod" cancellato.

pro sex mensibus initiandis in kallendis iulii, quod ipse possit acceptare regimen predictum; satisdando ipse vel alter pro eo.

Item, super eo quod Daviczus de Galliano, electus capitaneus vel vexillifer vel dux crucis cruce signatorum, et etiam alii electi seu eligendi¹ per d. Episcopum et d. Abbatem florentinum et d. Archipresbiterum florentinum, possint acceptare dictum offitium et bayliam, et ire utinam feliciter.

Presentibus testibus d. Bonaventura de Bonellis iudice Capitanei, Braccino Braccii precone d. Capitanei et Vermiglio filio Aste nuncio Priorum.

Borghus Rinaldi consuluit, quod licentia concedatur predicto d. Bindo et predicto Daviczo et aliis eligendis, acceptandi regimina et offitia predicta. Item, super facto ambaxiatorum Comunis Pistorii consuluit, quod iura Comunis Florentie conserventur per ipsum Comune. Item, quod alia omnia et singula remaneant in Potestate, Capitaneo tam presenti quam futuro, Prioribus et Vexillifero, cum illis Sapientibus quos et quot habere voluerint; et valeat quicquid fecerint.

D. Raynerius del Forese consuluit super facto Pistoriensium, quod remictatur et commictatur illud factum in officialibus noviter electis ad iura Comunis recuperanda; et valeat quicquid fecerint de predictis. In aliis concordavit cum dicto primi Sapientis.

[c. 197⁴] Cambius Aldobrandini consuluit, quod morelle facte pro confinibus refficiantur, et termini positi per officiales Comunis Florentie ante omnia reponantur, in locis in quibus facte et positi fuerunt, expensis illorum qui eos destruxerunt. Quo facto, postea provideatur super hiis que petunt dicti ambaxiatores Comunis Pistorii per Priores et Vexilliferum, secundum quod viderint convenire. Et quousque predicta facta non fuerint, nichil fiat de hiis que petunt dicti ambaxiatores.

Ser Mannus Talenti notarius consuluit, quod termini ponantur per ambaxiatores.

Factis partitis per Capitaneum particulariter, placuit quasi omnibus secundum dictum Borghi predicti; salvo de facto ambaxiatorum Comunis Pistorii, super quo partitum factum non fuit.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali et Capitudinum et aliorum Sapientum congregato †

Die secundo mensis maii.

In Consilio speciali et generali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposuit dominus Octho de Vaccanis de Cummis novus capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Si videtur dicto Consilio concedere licentiam nobili viro Berto olim domini Pepi de Adimaris electo capitaneo civitatis Esii, pro sex mensibus initiandis in kallendis mensis iulii proxime venturi, quod ipse possit acceptare regimen predictum; satisdando prius ipse vel alter pro eo, ut tenetur secundum formam statuti.

Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.

¹ Il testo ha "aliis electis seu eligendis".

Presentibus testibus Braccino Braccii precone dicti domini Capitanei et Bonfigluolo Rustichi populi Sancti Petri Maioris nuntio eiusdem domini Capitanei, et aliis.¹

[c. 198^r] Die sexto mensis maii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

²Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus faciendi fieri cavalcatas tractas et andatas, toto tempore eorum offitii, ad quascumque partes et quacumque de causa, et de quibuscumque personis.

Item, super commissionibus non faciendis super aliquibus questionibus criminalibus et aliis.

Item, super cassatione privilegiorum concessorum Prioribus et Vexillifero et eorum notariis, pro se vel eorum sociis seu famulis, ultra illa que eisdem concessa sunt per formam Ordinamentorum Iustitie vel capitula Constituti Comunis vel Populi Florentini.

Item, super cassatione capituli specialis facti in favorem preteritorum Priorum et Vexilliferi et eorum filiorum et fratrum.³

Item, super arbitrio dando Potestati presenti usque ad xv diem mensis iunii, super ferritis commictendis, a die vj presentis mensis maii, cum aliquo genere armorum unde sanguis exierit; et super falsis et calumpniosis actis denuntiationis et notificationis, et testibus falsis.

Item, super prorogatione eorum que dominus Potestas tenebatur facere de preterito mense aprelis in presentem mensem maii.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus, quod ipsi possint providere super exactione librarum et prestantiarum, a Millesimo cc lxxxvj mensis aprelis citra; et super commissione exinde facienda Iudicibus domini Capitanei, vel aliis officialibus civitatis Florentie.

Item, super subrogando Consiliarios in Consilio Centum usque in numerum xxv Consiliariorum: et hoc duret usque ad kallendas mensis novembris proxime venturi.

Item, super elimosina fratrum Minorum, in quantitate librarum ij florenorum parvorum.

Item, super expensa librarum c expendendarum in castro de Tirli.

Item, super facto salarii domini Griffi et domini Guidonis.

Presentibus testibus Leone Poggi precone dicti domini Capitanei et Bonfigluolo Rustichi populi Sancti Petri Maioris nuntio eiusdem domini Capitanei, et aliis.

[c. 198^v] Dominus Lopus Saltarelli iudex consuluit secundum propositiones predictas. Et quod predictis duobus Sapientibus provideatur, ad provisionem Officii, de quantitate idonei salarii, considerata qualitate negotii: residuum vero detur fratribus Minoribus in subventionem dictorum Fratrum. Et postea consuluit, quod Fratribus dentur usque in quantitatem librarum cc florenorum parvorum; et quod per Officium provideatur

¹ Il resto della pagina, per un buon terzo, è bianco.

² Le proposte sono progressivamente numerate da "j" a "xij". A questa prima precede inoltre in margine la lettera "f".

³ Il testo ha "fratrum".

de quantitate salarii quod remanere debeat dictis duobus Iudicibus: residuum detur Camerariis pro Comuni.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit omnibus lxxij super prima propositione * nolentes fuerunt *.

Item, super secunda propositione, placuit lxxviii secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super tertia propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super quarta propositione, placuit * lxxij *.¹

Item, super quinta propositione, placuit omnibus lxxij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super sexta propositione, placuit lxxviii secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super septima propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super octava propositione, placuit omnibus lxxij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super nona propositione, placuit omnibus lxxij secundum propositionem * nolentes fuerunt j *.

Item, super decima propositione, placuit lxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Item, super undecima propositione, placuit omnibus lxxij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super duodecima propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Eodem die.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitulum ^{et} maiorum Artium proposita fuerunt predicta, salvo de xxv libris.

Ser Bindus Vernaccie notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Dominus Nichola de Acciaiuolis iudex consuluit secundum propositiones predictas: salvo quod, determinato salario dictorum duorum Sapientum, residuum restituatur illis de Franzesibus qui dictum salarium solverunt.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxx super prima propositione; nolentes fuerunt j.

Item, super secunda propositione, placuit lxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus lxxvij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

[c. 199^r.] Item, super quarta propositione, placuit omnibus lxxvij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super quinta propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt iiij.

Item, super sexta propositione, placuit omnibus lxxvij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

¹ * lxxij, secundum propositionem; nolentes fuerunt j *.

Item, super septima propositione, placuit omnibus lxxvj secundum propositionem * nolentes fuerunt*.

Item, super octava propositione, placuit omnibus lxxvj secundum propositionem * nolentes fuerunt*.

Item, super nona propositione, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super decima propositione, placuit omnibus lxxvj secundum propositionem * nolentes fuerunt*.

Item, super undecima propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt v. Item placuit *xxx*¹ quod residuum perveniat in Comuni; volentes quod restituantur illis de Franzensibus fuerunt xxvj.

Presentibus testibus Braccino Braccii precone domini Capitanei et Bonfigluolo Rustichi populi Sancti Petri Maioris nuntio dicti domini Capitanei, et aliis.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{cin} maiorum Artium proposita fuerunt predicta per dominum Capitaneum.

Item, si videtur dicto *Consilio* dare et concedere licentiam domino Gherardo de Torquincis electo potestati civitatis Astensis, pro sex mensibus initiandis die qua continetur in electione; satisfacendo prius ipse vel alter pro eo apud Comune Florentie ut tenetur, secundum formam statuti.

Geri Lanfredi consuluit secundum propositiones: salvo quod residuum dicti salarii restituantur illis de Franzensibus. Item consuluit, quod licentia detur dicto domino Gherardo.

Ser Lopus Donati de Collognole notarius consuluit †

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Bacchinus ser Guidonis de Lucho consuluit secundum propositiones predictas.²

[c. 199⁴] Die septimo mensis maii.

³In Consilio generali Comunis proposuit Ardinghus de Medicis camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus super cavalcatis tractis et andatis faciendis; item, super elimosina fratrum Minorum, in quantitate librarum ij florenorum parvorum; item, de centum libris expendendis in reparatione castris de Tirli: secundum quod predicta firmata sunt per Consilia Populi facta⁴ die sexto presentis mensis maii.

Ser Bonavere Rossi notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit cclxxxviiiij super prima propositione; nolentes fuerunt xxiiiij.

¹ * xxxviiiij*.

² Il rimanente della pagina, per circa un terzo, è bianco.

³ Di fronte, nel margine esterno: "per An.".

⁴ Il testo ha "factis".

Item, super secunda propositione, placuit cclxxj secundum propositionem; nolentes fuerunt xlij.

Item, super tertia propositione, placuit cccij secundum propositionem; nolentes fuerunt xj.

Presentibus testibus Albiczo Redde et Tura del Grillo preconibus domini Potestatis et Chaio filio Aldobrandini populi Sancti Iacobi Ultrarni nuntio Pallatii, et aliis.

Eodem die et testibus.

¹In Consilio generali Communis proposuit dominus * Baldus de Aquilone de numero Priorum *,² in presentia et voluntate sociorum suorum, infrascripta.

Primo, de arbitrio dando domino Potestati presenti, usque ad xv diem mensis iunii, super feritis commictendis, a die vj presentis mensis maii, cum aliquo genere armorum, unde sanguis exierit, et super falsis et calumpniosis accusationibus denuntiationibus et notificationibus et falsis testibus; item, super prorogatione eorum que dominus Potestas tenebatur facere de preterito mense aprilis in presentem mensem maii; item, de bailia danda Prioribus et Vexillifero super exactione librarum et prestantiarum; item, de subrogandis Consiliariis in Consilio Centum usque in numerum xxv: secundum quod predicta firmata sunt per Consilia Populi facta³ die vj presentis mensis maii.

Ser Gherardus de Sancto Casciano notarius consuluit secundum propositiones predictas. Bertus domini Pepi de Adimariis †

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

[c. 200^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio generali Communis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super commissionibus non faciendis super aliquibus questionibus criminalibus et aliis; item, super cassatione privilegiorum concessorum Prioribus et Vexillifero et eorum notariis, pro se vel eorum sociis seu famulis, ultra illa que eisdem concessa sunt per formam Ordinamentorum Iustitie vel capitula Constituti Communis vel Populi Florentini; item, super cassatione capituli specialis facti in favorem predictorum Priorum et Vexilliferi et eorum filiorum et fratrum;⁴ item, super facto salarii domini Griffi et domini Guidonis: secundum quod predicta firmata sunt per Consilia Populi facta⁵ die vj presentis mensis maii.

Dominus Iacobus de Montagnana iudex consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Item constituti fuerunt syndici sex officiales deputati ad iura Communis recuperanda.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per B."

² * Potestas *.

³ Il testo ha "factis".

⁴ Il testo ha "fratruum".

⁵ Il testo: "factis".

Item constituti fuerunt syndici Massarii Camere, videlicet Martinus quondam Salvi et Corsellinus quondam Petri Caffarelli.

Die xvij^o mensis maii.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum xij^{im} maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Si videtur dicto Consilio dare et concedere licentiam domino Iacobo de Rubeis electo potestati civitatis Vulterre, pro tempore sex mensium initiandorum in kallendis mensis iulii proxime venturi, quod ipse dominus Iacobus possit acceptare dictam electionem, satisdando prius ipse vel alter pro eo apud Comune Florentie, ut debet, secundum formam statuti.

Item, si videtur dicto Consilio concedere¹ licentiam ser Rodolfo de l'Ancisa et Noczo domini Rubei de Giandonatis electis potestatibus² castri et terre Laterini, pro tempore quo predicti esse debent castellani dicti castri pro Comuni Florentie, quod ipsi possint acceptare dictam electionem, satisdando prius ipsi³ vel alter pro eis apud Comune Florentie, ut tenentur secundum formam statuti.

Presentibus testibus domino Leone de Laude iudice et assessore predicti domini Capitanei et Braccino Braccii precone eiusdem domini Capitanei et Populi Florentini, et aliis.

Ciore Guidi Sparti consuluit secundum propositiones.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

[c. 200^o] Die xx^o maii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum.

Item, quod si aliquis qui non sit de iurisdictione civitatis vel comitatus Florentie emerit aliquas possessiones etc., secundum provisionem Priorum.

Item, super provisione per Offitium facta super securitatibus prestandis per Rectores comitatus.

Item, provisionem factam super exactione gabelle mollenlinorum.

Item, provisionem factam super quadam turri facienda in loco dicto Crucifere, et de *v*^o*⁴ libris expendendis in dicto opere.

Item, provisionem factam super quodam cassero Laterini faciundo, et de mille libris expendendis in dicto opere; et usque in quantitatem librarum v^o de pecunia, vel operibus vel deratis, hominum de Laterino.

Presentibus testibus domino Leone de Laude iudice et assessore predicti domini Capitanei et Leone Poggi precone eiusdem domini Capitanei et Populi Florentini et Bonfigluolo Rustichi populi Sancti Petri Maioris nuntio dicti domini Capitanei, et aliis.

¹ Il testo ha, per scorso di penna, "condere".

² Il testo ha "elect. potestates".

³ Il testo ha "ipsis".

⁴ * iij *.

Ser Gianni de Siminectis notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Cambius Aldobrandini consuluit secundum propositiones, salvo propositione facta †

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxxij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super secunda propositione, placuit lx secundum propositionem; nolentes fuerunt xvij.

Item, super tertia propositione, placuit lxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super quarta propositione, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.

Item, super quinta propositione, placuit lxj secundum propositionem; nolentes fuerunt xvj.

Item, super sexta propositione, placuit lxv secundum propositionem; nolentes fuerunt xij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta, salvo de xxv libris.

Ser Lapus de Sexto notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit liiij super prima propositione; nolentes fuerunt ij.

Item, super secunda propositione, placuit liiij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super tertia propositione, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super quarta propositione, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super quinta propositione, placuit lv secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

[c. 201^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.

¹Item, super commictenda custodia hospitalis Sancti Galli Arti Pellipariorum de Florentia pro uno anno.

Ser Bindus Vernaccii notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

Eodem die.

²In Consilio Centum virorum proposuit dominus Baldus de Aquillone de numero Priorum, de voluntate et assensu sociorum suorum, infrascripta.

Primo, super arbitrio dando domino Capitaneo super falsis et non veris accusis denuntiationibus et notificationibus, et super falsis testibus, secundum quod habuit Potestas, usque ad kallendas iulii proxime venturi.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per An."

² Di fronte, c. s.: "per An."

Item, super exactione condempnationum et super arbitrio in hiis dando domino Capitaneo, secundum morem solitum, usque ad kallendas mensis iulii proxime venturi.

Item, quod beroarii domini Capitanei presentis possint accipere salarium quod accipiunt beroarii domini Potestatis, a specialibus personis.

Presentibus testibus Leone Poggi precone predicti domini Capitanei et Populi Florentini et Bonfigluolo Rustichi populi Sancti Petri Maioris nuntio eiusdem domini Capitanei, et aliis.

Ser Gianni de Siminectis notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxxiiij super prima propositione; nolentes fuerunt iij.

Item, super secunda propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Item, super tertia propositione, placuit lxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{clm} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta per predictum d. Baldum.

Noffus Quintavalle consuluit secundum propositiones.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit¹ liij super prima propositione; nolentes fuerunt iij.

Item, super secunda propositione, placuit omnibus lvj secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super tertia propositione, placuit liij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.

Cioninus Giove Aglionis consuluit secundum propositiones, salvo de condempnationibus exigendis.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Dominus Raynerius del Forese consuluit secundum propositiones predictas.

[c. 201^o] Die xxj^o mensis maii.

In Consilio generali Comunis proposuit Ardinghus * Bonaiunte de Medicis *² camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de v^o libris expendendis in constructione cuiusdam turris³ fiende et construende in loco dicto Crucifere.

¹ Invece di "palloctas placuit", ser Antonio scrisse due volte "placuit".

² * de Medicis *.

³ Il testo ha "turri".

Item, quod usque in quantitatem librarum mille expendantur in constructione cuiusdam cassari faciendi in castro Laterini; et de v̄ libris expendendis in dicto cassero de pecunia, vel operibus vel deratis, hominum de Laterino.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Duccio Francisci preconibus domini Potestatis et Comunis Florentie et Chaio filio Aldobrandini populi Sancti Iacobi Ultrarni nuntio Pallatii, et aliis.

Azuctius domini Bernardi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad scrupulum cum pissidibus et palloctis, placuit cclxxx secundum propositionem; nolentes fuerunt xxviiiij.

Item, super secunda propositione, placuit cclxv secundum propositionem; nolentes fuerunt xliiij.

Eodem die.

¹In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

²Primo, quod si aliquis qui non sit de iurisdictione Comunis Florentie emerit aliquas possessiones etc., secundum provisionem Priorum.

* Item, super provisione per Offitium facta super securitatibus prestandis per Rectores comitatus*.

* Item, provisionem factam per Priores et Vexilliferum super exactione gabelle mollen-
dinorum*.

³Item, de arbitrio dando dicto domino Capitaneo super falsis accusis et denuntiationibus et notificationibus et falsis testibus, duraturo usque ad kallendas iulii proxime venturi.

Item, de arbitrio dando dicto domino Capitaneo super exactione condempnationum, duraturo usque ad kallendas iulii proxime venturi.

Item, quod beroarii domini Capitanei possint accipere salarium quod accipiunt beroarii domini Potestatis, a specialibus personis.

Presentibus testibus domino Orlandino de Cuvriagho de Parma iudice et collateralis assessore predicti domini Potestatis et Duccio Francisci preconis Comunis et Chaio Aldobrandini populi Sancti Iacobi Ultrarni nuntio Pallatii, et aliis.

Ser Bindus Vernaccii notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones predictas.

[c. 202.] Eodem die et testibus.

⁴In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, provisionem factam per Priores et Vexilliferum super securitatibus prestandis per Rectores comitatus.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per An."

² Le proposte son numerate in margine. Questa ha il numero "iiiij".

³ Questa proposta ha di fronte nel margine il numero "j", e le due successive i numeri "ij" e "iiij".

⁴ Di fronte, nel margine interno: "per An."

Item, provisionem factam per Priores et Vexilliferum super exactione gabelle mollen-
dinorum.

Item, super committenda custodia hospitalis Sancti Galli Arti Pellipariorum de Floren-
tia, pro uno anno.

Cantinus Cati consuluit secundum propositiones.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secun-
dum propositiones predictas.

Die ultimo maii.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium
proposuit dominus Capitaneus, presentibus Prioribus et Vexillifero: Si videtur dicto
Consilio concedere licentiam domino Bindello de Adimaris nuper electo in potestatem
civitatis Pistorii, pro tempore sex mensium initiandorum in kallendis mensis iulii pro-
xime venturi, quod ipse possit et debeat acceptare dictam electionem, satisdando
prius apud Comune Florentie ut debet, secundum formam statuti.

Ser Lopus Donati de Colognole notarius consuluit secundum propositionem.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositionem.
Presentibus testibus domino Leone de Gavaczo de Laude iudice et assessore predicti do-
mini Capitanei et Leone Poggi eiusdem domini Capitanei et Populi Florentini precone,
et aliis.

Die secundo iunii. Alibi notatum est in cedula signata per "C".

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prio-
ribus et Vexillifero.

¹Primo, de xxv libris expendendis ad provisionem Priorum et Vexilliferi, de presenti
mense iunii, de summa librarum centum.

Item, super oblatione facienda de illis qui exbanniti essent pro debito non soluto, quan-
tum est pro banno; et quod, decetero, aliquis pro debito non soluto non debeat for-
mari vel registrari in banno.²

Item, super provisione facta super exbannitis pro malleficio et condempnatis in quin-
quaginta libris vel a L libris infra, quod offerantur pro banno et habeantur pro obla-
tis quantum est pro banno, quantumcunque sit bannum; et quod, decetero, Potestas
vel Capitaneus non faciant formari et registrari aliqua banna nisi primo condempnatio
facta fuerit; et quod pro aliquo malleficio vel excessu ex quo sequatur condempnatio
pecuniaria in quantitate librarum L vel abinde infra, etiam facta condempnatio,
aliquod bannum non debeat formari vel registrari. Salvo tamen, quod predicta non
prosint nec noceant in aliquo negotio pendentis.

Item, super provisione facta de offerendo magnates qui condempnati seu exbanniti sunt
ante Ordinamenta Iustitie, pro sodamentis non factis; solvendo certam quantitatem
in ipsa provisione contenta, usque ad kallendas octobris.³

¹ Di fronte, nel margine interno: "per An."; e le proposte son progressivamente numerate da "j" a "x".

² Così il testo; ma il "formari" dee riferirsi ai bandi e non a' banditi, come si vede dalla proposta che segue.

³ Il di sopra è scritto da ser Antonio; e di mano di ser Bonsignore segue il ricordo: "Ordinamenta Iustitie
edita fuerunt in Millesimo cc lxxxij, indictione vj, die xvij (sostituito a "xv" cancellato) ianuarii".

[c. 202^a] Item, super petitione Comunis Podii Boniczi.

Item, super provisione facta super erroribus libre comitatus.

Item, super obmissis per Potestatem et Capitaneum et eorum familiares, et officium Priorum et Vexilliferi, de mense maii proxime preteriti, quod fieri possint de mense iunii presentis.

Item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero, cum illo Consilio quod habere voluerint, eligendi potestatem Comunis Tirli et aliorum Comunium plebatuum et populorum circumstantium dicte terre de Tirli, usque ad kallendas ianuarii proxime venturi.

Item, super solutione d. Rodulfo de Vecchiis castellano castris Montecchii et sex peditibus cum ipso Castellano moraturis, pro tempore septem mensium initiatorum in kallendis mensis iunii presentis; ad rationem librarum octo florenorum parvorum pro ipso Castellano et librarum trium florenorum parvorum pro quolibet peditibus, per mensem: dummodo solutio fiat eisdem ad presens pro tribus mensibus, et circa finem dictorum trium mensium fiat solutio pro duobus mensibus tunc futuris, et circa finem dictorum duorum mensium pro aliis duobus mensibus.

Item, super solutione facienda domino Vanni Bere, Puccio domini Michaelis, Michelaczo Bugliecti, Salino Dovighi, Bectuccio de Hostina, pro se ipsis et centum sexaginta quinque stipendiariis, pro tempore sex mensium inceptorum die decimo mensis februarii proxime preteriti; ad rationem librarum xxxj et soldorum iij pro quolibet constabili et librarum xiiij^o pro quolibet milite, per mensem.

Presentibus testibus domino Giorgio Calvaxina de Cummis milite et socio predicti domini Capitanei et Leone Poggii eiusdem domini Capitanei et Populi Florentini preconone et Bonfigluolo Rustichi populi Sancti Petri Maioris nuntio Comunis Florentie, et aliis.

Ser Gianni de Siminectis notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lxviiiij super prima propositione; nolentes fuerunt iij.

Item, super secunda propositione, placuit lxviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super tertia propositione, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super quarta propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super quinta propositione, placuit lxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super sexta propositione, placuit lxviiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt iij.

Item, super septima propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super octava propositione, placuit lxv secundum propositionem; nolentes fuerunt vij.

Item, super nona propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super decima propositione, placuit lxx secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

[c. 203^r.] Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{sim} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta, salvo de xxv libris.

Dominus Iacobus de Montagnana iudex consuluit †

Magister Guccius medicus consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit lvj super prima propositione; nolentes fuerunt iiij.

Item, super secunda propositione, placuit xl^{im} secundum propositionem; nolentes fuerunt xxiiij.

Item, super tertia propositione, placuit lxij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super quarta propositione, placuit lviiij secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super quinta propositione, placuit lxij secundum propositiones; nolentes fuerunt ij.

Item, super sexta propositione, placuit omnibus lxiiij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super septima propositione, placuit lij secundum propositionem; nolentes fuerunt xij.

Item, super octava propositione, placuit lxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super nona propositione, placuit omnibus lxiiij secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Eodem die et testibus.¹

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.

Ser Latinus Latini notarius consuluit secundum propositiones.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

Die tertio iunii. Alibi notatum est in quadam cedula signata per "k".

In Consilio generali Communis proposuit Fatius de Micciole camerarius Communis Florentie, pro se et sociis suis, infrascripta; presentibus Prioribus et Vexillifero.

²Primo, de solutione facienda domino Rodulfo de Vecchis castellano castri Montecchii et sex peditibus.

Item, de solutione facienda quinque constabilibus et suis militibus, secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta ³ die secundo presentis mensis iunii.

⁴Item, super oblatione facienda de illis qui exbanniti essent pro debito non soluto.

¹ Segue questo ricordo: "Hec propositio et reformatio scribatur secundum modum traditum in Consilio facto die xxvij^o mensis ianuarii".

² Le proposte sono numerate nel margine. A questa precede il numero "v" e alla prima che segue il "vj".

³ Il testo, ha, qui e appresso, "factis".

⁴ A questa e alle tre proposte successive precedono, rispettivamente, i numeri "j" a "iiij".

Item, super provisione facta super exbannitis pro malleficio et condemnatione in .l. libris vel a .l. libris infra, quod offerantur quantum est pro banno.

Item, super provisione facta * de *¹ offerendo magnates qui condemnati seu exbanniti sunt ante Ordinamenta Iustitie pro sodamentis non factis, secundum quod firmatum est per Consilia Populi facta² die secundo presentis mensis iunii.

Item, petitionem Comunis Podii Boniczi.

Presentibus testibus Duccio Francisci et Chiaro Chiaresce preconibus Comunis, et aliis. [c. 203³] Ser Gherardus de Sancto Chasciano notarius consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis ad pissides et palloctas, placuit cclxxxxv super prima propositione; nolentes fuerunt xxxvij.

Item, super secunda propositione, placuit cclxxx secundum propositionem; nolentes fuerunt lij.

Item, super tertia propositione, placuit cccij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxx.

Item, super quarta propositione, placuit cclxxvj secundum propositionem; nolentes fuerunt lvj.

Item, super quinta propositione, placuit cccxij secundum propositionem; nolentes fuerunt xviiiij.

Item, super sexta propositione, placuit cccxij secundum propositionem; nolentes fuerunt xx.

Eodem die.

³In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, super provisione facta super eroribus libre comitatus; item, super obmissis per Potestatem et Capitaneum et eorum familiares, et offitium Priorum et Vexilliferi, de mense maii proxime preteriti, quod fieri possint de presenti mense iunii; item, super bailia danda Prioribus et Vexillifero, cum illo Consilio quod habere voluerint, eligendi Potestatem terre de Tirli usque ad kallendas ianuarii proxime venturi, et aliorum Comunium plebatuum et populorum circumstantium dicte terre de Tirli: secundum quod firmata sunt per Consilia Populi facta⁴ die secundo presentis mensis iunii.

Presentibus testibus domino Orlandino de Cuvriagho de Parma iudice et collateralis assessore predicti domini Potestatis et Chiaro Chiaresce preconis dicti domini Potestatis et Comunis Florentie, et aliis.

Acta fuerunt hec in Pallatio Comunis Florentie.

Ser Bonavere Rossi notarius consuluit †

Bartholinus Lapi consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

¹ * super *.

² Il testo: " factis ".

³ Di fronte, nel margine esterno: " per B. ".

⁴ Il testo: " factis ".

¹Item constituti fuerunt syndici dominus Guatanus de Piglis et dominus Ubertinus de lo Strocza ad conveniendum se cum ambaxiatoribus Comunium Societatis Tuscie, occasione eligendi Capitaneum tallie.

Die v̄ mensis iunii.

Per d. Potestatem concessa fuit represalia Berto olim d. Peppi de Adimaris, procuratori d. Bindi fratris sui, contra Comune Fani, de quantitate duorum milium florenorum auri; sicut alibi notatum est.

[c. 204^r] Die xj̄ iunii.

In Consilio Centum virorum proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus *Prioribus* et *Vexillifero*.

²Primo, de v̄ libris expendendis in constructione murorum civitatis.

Item, provisionem factam super quibusdam reformationibus alias factis super facto exbannitorum, videlicet quod oblatio fieri possit et debeat de illis quibus ipse reformationes prestant benefitium, secundum tenorem ipsius provisionis.

Item, provisionem factam super cancellandis bannis et condemnationibus, in eo casu in quo originalis condemnatio seu bannum cancellatum esset.

Item, provisionem factam de bannis cancellandis de quantitate librarum xxv, et etiam abinde supra si condemnatio est de quantitate librarum xxv, sine commissione facienda.

Item, petitionem quatuor peditum de Tirli.

Item, petitionem Brunelli quondam Bonsostegni.

Item, de bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus et futuris, pro duobus mensibus venturis, eligendi officiales ad confinandum terrenum comitatus Florentie cum Comune Pistorii et Sancti Miniatis: salvo quod si non fuerint in concordia, *termini*³ alias *facti*⁴ in suam remaneant firmitatem.

Presentibus testibus domino Giorgio Cavalxina de Cummis milite et socio predicti domini Capitanei, Braccino Braccii eiusdem domini Capitanei et Populi Florentini precone et Bonfigluolo Rustichi populi Sancti Petri Maioris nuntio Comunis Florentie, et aliis.

Ciore Guidi Sparti consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad pissides et palloctas, placuit lxxxj super prima propositione; nolentes fuerunt iiij.

Item, super secunda propositione, placuit lxxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

¹ Di fronte, nel margine esterno: "per An.", e la lettera "f".

² Le proposte furono dapprima progressivamente numerate, nel margine, da "j" a "vij"; poi, con de' punti pur marginali accanto o sotto a detti numeri, fu dato ad esse un altr'ordine. Di fronte a questa prima sono quattro punti; alla seconda, terza e quarta rispettivamente, uno, due e tre; alla quinta sei, alla sesta sette, all'ultima cinque. Questi medesimi punti, e con lo stess'ordine, sono ripetuti anche di fronte ai partiti che seguono e di fronte ai partiti del successivo Consiglio speciale del Capitano ec.

³ *terminis*.

⁴ *factis*.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus lxxxv secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super quarta propositione, placuit omnibus lxxxv secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super quinta propositione, placuit lxxxiiij secundum propositionem; nolentes fuerunt j.

Item, super sexta propositione, placuit lxxx secundum propositionem; nolentes fuerunt v.

Item, super septima propositione, placuit omnibus lxxxv secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Eodem die et testibus.

In Consilio speciali domini Capitanei et Capitudinum ^{cin} xij maiorum Artium proposita fuerunt predicta.

* Cantinus filius Cati *¹ consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad pissides et palloctas, placuit lvij super prima propositione; nolentes fuerunt ij.

Item, super secunda propositione, placuit lvij secundum propositionem; nolentes fuerunt ij.

Item, super tertia propositione, placuit omnibus lx secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super quarta propositione, placuit omnibus lx secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super quinta propositione, placuit omnibus lx secundum propositionem * nolentes fuerunt *.

Item, super sexta propositione, placuit * lviiiij *² secundum propositionem * nolentes fuerunt j *.³

Item, super septima propositione, placuit omnibus lx secundum propositionem * nolentes fuerunt *.⁴

[c. 204^t] Eodem die et testibus.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitudinum predictarum proposita fuerunt predicta.

Item, si videtur dicto Consilio dare et concedere licentiam nobili viro domino Neri de Bardis electo in potestatem terre Sancti Geminiani, pro tempore sex mensium initiandorum in kallendis mensis iulii proxime venturi, quod ipse possit acceptare dictam electionem, satisdando prius ipse vel alter pro eo apud⁵ Comune Florentie, secundum formam statuti.

Item, si videtur dicto Consilio dare et concedere licentiam nobili viro Raynerio domini Rossi de Bondelmontibus electo in * capitaneum *⁶ terre Burgi Sancti Sepulcri, pro

¹ * Dominus Boninsegna de Becchinugiis iudex *.

² * omnibus lx *.

³ * nolentes fuerunt *.

⁴ Per disavvertenza "nolentes fuerunt" non fu cancellato.

⁵ Il testo: "adpud".

⁶ * potestatem *.

tempore sex mensium initiandorum in kallendis mensis iulii proxime venturi, quod ipse possit acceptare dictam electionem, satisfacendo prius, ipse vel alter pro eo, apud Comune Florentie, secundum formam statuti.

Ser Lopus Donati de Colognole notarius consuluit secundum propositiones. Item, quod predicti possint acceptare dictam electionem.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum dictum dicti ser Lapi.

Eodem die et testibus.

In Consilio Centum virorum et speciali domini Capitanei proposuit dominus *Leo iudex et assessor domini Capitanei *¹ presentibus Prioribus et Vexillifero: Si videtur dicto Consilio quod Potestates concedantur infrascriptis terris; videlicet populorum Sancti Donati, Sanctorum Herasimi et Sancte Christine de Meleto et Sancti Nicholay de Plano Avene; item populo et Comuni Sancti Nicholay de Gangareto, item Comuni et hominibus de Monte Murlo, item Comuni et universitati Montisluchi de la Berardingha, item Comuni et hominibus Montis Varchi, item Populo hominibus et universitati Sancti Christofori de Lucolena inferiori, item hominibus et Populo Sancti Stephani de Lucolena superiori, item Populo et hominibus Sancti Laurentii de Volparia, item Comuni et hominibus et universitati de Plano Alberti.

Magister Guccius medicus consuluit, quod concedantur, et vadant² ad palloctas.

Die xij iunii.

³ In Consilio generali Comunis proposuit Borghese Melliorati camerarius Comunis Florentie, pro se et sociis,⁴ infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo, de v libris expendendis in constructione murorum civitatis; item, provisionem factam super quibusdam reformationibus alias factis super facto exbannitorum, videlicet quod oblatio fieri possit et debeat de illis quibus ipse reformationes prestant beneficium, secundum tenorem ipsius provisionis; item, petitionem quatuor peditum de Tirli; item, petitionem Brunelli quondam Bonsostegni: secundum quod predicta omnia firmata sunt per Consilia Populi facta⁵ die xj presentis mensis iunii.

Presentibus testibus Tura del Grillo et Albiczo Redde preconibus domini Potestatis et Comunis Florentie, et Chaio Aldobrandini nuntio Comunis Florentie.

Ser Pierus Otinelli notarius consuluit secundum propositiones predictas.

[c. 206^r] Factis partitis particulariter ad pissides et palloctas, placuit cccxvii secundum propositionem; nolentes fuerunt xxxij.

Item, super secunda propositione, placuit cccxxvij secundum propositionem; nolentes fuerunt xxij.

Item, super tertia propositione, placuit cccxxxv secundum propositionem; nolentes fuerunt xv.

¹ * Capitaneus *.

² Il testo, per error di penna, ha "vadandant".

³ Di fronte, nel margine esterno: "per B. "

⁴ Si omette "proposuit" ripetuto e non cancellato.

⁵ Il testo: "factis".

Item, super quarta propositione, placuit cccxxxvii secundum propositionem; nolentes fuerunt xij.

Eodem die et testibus. In quadam cedula signata per || ||.

¹In Consilio generali Comunis proposuit dominus Potestas infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

Primo videlicet, provisionem factam super cancellandis bannis et condemnationibus, in eo casu in quo originalis condemnatio seu bannum cancellatum *||ess||*et; item, provisionem factam de bannis cancellandis, de quantitate librarum xxv et etiam abinde supra, si condemnatio est de quantitate librarum xxv, sine commissione facienda; item, de bailia danda Prioribus et Vexillifero presentibus et futuris, pro duobus *mensibus* proxime venturis, eligendi officiales ad terminandum terrenum comitatus Florentie cum Comune Pistorii et Sancti Miniatis; salvo quod si non fuerint in concordia, termini alias facti² in suam remaneant firmitatem: secundum quod predicta omnia firmata sunt per Consilia Populi facta³ die xj presentis mensis iunii.

Cantinus Cati consuluit secundum propositiones predictas.

Factis partitis particulariter ad sedendum et levandum, placuit quasi omnibus secundum propositiones.

⁴Item constituti fuerunt syndici, unus⁵ vel plures, ad presentandum electionem Capitaneo tallie.

⁶* Item constituti fuerunt syndici, unus vel plures, ad confinandum terrenum comitatus Florentie cum Comuni Pistorii et Sancti Miniatis*.

[c. 206] Guilielmus Segne populi Sancti Laurentii, actor legitimus ser Noddi Arrighi notarii, quondam churitoris Iohannis et Datuccie filiorum⁷ dicti Guilielmi, heredum ser Michelis Ciufardi notarii, ut de cura constat manu ser Beliotti Bonacursi notarii, et de actoria, publica scriptura facta manu dicti ser Beliotti, petit a vobis domino Potestate, quatenus inbreviaturas rogationes et protocolla que fuerunt olim ser Michaelis notarii predicti morte preventi, commictatis, secundum formam statuti Comunis Florentie, in ser Bernardum Albertini notarium, populi Sancte Marie in Campo, pro dimidia parte predictarum inbreviaturarum; que olim commisse fuerunt ser Canti Azzi del Cischio notario morte preventivo,⁸ per ser Micchaelem predictum notarium morte preventum, pro dicta dimidia parte. Et predicta petit omni modo et iure quibus melius petere potest.⁹

Die xij iunii, commisse fuerunt per dominum Obertinum potestatem; presentibus testibus Tura del Grillo et Albiczo Redde preconibus domini Potestatis et Comunis Florentie et Chaio Aldobrandini nuntio Comunis Florentie, et aliis.

¹ Di fronte, nel margine interno: "per B."

² Il testo ha "terminis alias factis", come aveva sopra nel corrispondente Consiglio de' Cento, del dì 11; se non che là il notaro corresse e qui gli passò.

³ Il testo ha anche qui "factis".

⁴ Di fronte, nel margine interno: "per An. B."

⁵ Il testo ha "unum", e così nella costituzione che segue.

⁶ Di fronte, c. s.: "per B".

⁷ Si trasporta questo "quondam", evidentemente mal collocato appresso dopo "filiorum".

⁸ Il testo ha "preventi".

⁹ Polizza d'altra mano. Il ricordo che segue, in calce della medesima, è scritto da ser Antonio.

[c. 206^{r.}] Die xiii^o mensis iunii.

In Consilio Capitulum ^{cim}xij maiorum Artium et aliorum Sapientum, electorum per Priores et Vexilliferum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo electio futurorum Priorum fieri debeat pro Comuni.

Presentibus testibus domino Giorgio Calvaxina de Cummis milite et socio predicti domini Capitanei, ser Raynerio Tolomei notario dictorum dominorum Priorum et Vexilliferi et Leone Poggi eiusdem domini Capitanei et Populi Florentini precone, et aliis.

Borghus Renaldi consuluit, quod Capitulum et Sapientes cuiuslibet sextus, simul congregati, eligant sex in quolibet sextu;¹ et postea fiat scrupitium more solito. Et si contigerit quod² in ultimo vel in aliquo scrupitio essent minus sex, addantur unus pro quolibet sextu in dicto tali sextu.

Meglre Guadagni consuluit, quod Capitulum cuiuslibet sextus per se eligant tres in quolibet sextu, et Sapientes cuiuslibet sextus per se eligant etiam tres in quolibet sextu.

Facto partito ad sedendum et levandum, placuit omnibus secundum dictum superscripti Megloris.

Eodem die et testibus.

In Consilio Capitulum ^{cim}xij maiorum Artium et duorum Sapientum per sextum, electorum per Priores et Vexilliferum, proposuit dominus Capitaneus: Quomodo eligi debeant sex boni viri, in sextu Ultrarni, qui vadant ad scrupitium pro electione Vexilliferi.

Ser Lopus de Sexto consuluit, quod Capitulum et Adiunti cuiuslibet sextus nominent unum in dicto sextu Ultrarni.

Placuit omnibus secundum dictum dicti ser Lapi.

[c. 206^{v.}] Die xv^o mensis iunii.

In Consilio generali et speciali domini Capitanei et Capitulum ^{cim}xij maiorum Artium proposuit dominus Capitaneus infrascripta, presentibus Prioribus et Vexillifero.

